A

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM

VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII, IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII

ANNOTATIONES TENENS.

Vol V

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM ALIISQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS II.

LONDINI

APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG

MDCCCXXV.

Demosthenes
...
[opera] ...

Vol. V

APPARATUS
CRITICUS ET EXEGETICUS
AD
DEMOSTHENEM

VINC. OBSOPOEI, HIER. WOLFII,
IO. TAYLORI

ET

IO. IAC. REISKII
ANNOTATIONES TENENS.

COMMODUM IN ORDINEM DIGESTUM
ALIORUMQUE ET SUIS ANNOTATIONIBUS
AUCTUM

EDIDIT

GODOFREDUS HENRICUS SCHAEFER.

TOMUS II.

LONDINI
APUD BLACK, YOUNG ET YOUNG
MDCCCXXV.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

DE CORONA

PRAEFATIO.

Non multa sunt, quae restant huic orationi praefanda, quoniam de historia istius controversiae satis liberaliter egi ad initium harum annotationum *). Plene ibi inter caetera egimus de tempore, quo *instituta* fuerit haec causa, quo autem *acta*. Iis cum nihil habeam quod addi velim, nihil quod resecari, istud diligentiae meae exemplum lectoris benevolentiae commendo, committo et relinquo.

Utrum haec Demosthenis defensio *ὑπὲρ Κτησιφῶντος*, an *περὶ στεφάνου*, an *utrumque* recte inscribi debeat, ambigi video. A nonnullis enim, scil. Dionysio Halic. Ulpiano, Harpocratione, Suida, etc. omnibus fere his modis citatur et citari potest. Titulus tamen pro Ctesiphonte usitatior est et accommodatior fere, quo pacto laudant Cicero, Quintilianus, Plinius aliique.

Multa habet optimus ille scriptor, Dionysius Halicarnassensis, quae lector utiliter conferet in hac oratione legenda. Multus utique est ille in epistola, quae ad Ammaeum scribitur, ut probet, Demosthenem non ab Aristotele, verum vicissim hunc ab illo praecepta et artificia rhetorica mutuo sumsisse. Vide potissimum istum tractatulum exeuntem, ubi *legitima* quasi nomenclatura appellatur haec oratio, *ἡ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὲρ Κτησιφῶντος*: et ostenditur etiam, eam ab Aristotele in *Rhetoricis* laudari. Quae cum ultima fere fuerit ex Demosthenicis, satis

*) Hoc est ad principium orat. Aesch. in Ctesiph. vid. Aeschin. p. 359. sqq.

sane constat, parum Demosthenem ex Arte Aristotelis proficere potuisse.

Nimirum scriptor ille felix, sagax, eruditus atque curiosus (Dionysium volo) non solum Demostheni multum affert lucis atque adiumenti, verum caeteris etiam oratoribus Graecis, a quibus similiter Aristoteles (ut ipse ait in loco proxime a me laudato) artem suam et praeceptiones derivavit, quorumque ex imagine futuros quoscunque oratores ad laudem effinxit atque expressit ad excellendum. Verum fortasse Demosthenis paulo ille studiosior eique addictior, quam par erat, inclementer cum Aeschine agit, quem verba fastuosa et ridicula Demostheni exprobrantem reprehendit, quoniam ea verba sedulo et cum cura in reliquiis Demosthenis ab eo quaesita reperiri non potuissent. Quasi necesse fuisset, ut aut omnia, quae magnus ille orator in concionibus dixerit, literis consignarentur, aut omnia, quae consignabantur, ad aetatem Dionysii pervenirent. Exscribo tamen, quae de hac re reliquit Dionysius, cum ob alia, tum quia ad hanc causam atque ad hanc Aeschinis accusationem pertineant. Ita ille ad finem *περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος*. Scilicet: *Τὸ δὲ φάσκειν φορτικοῖς καὶ ἀηδέσι τοῖς ὀνόμασιν αὐτὸν* [Demosthenem] *κεχρῆσθαι πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λέγειν, ὑπὲρ πάντα ἔγωγε τεθαύμακα. οὐδὲν γὰρ εὑρίσκω τούτων παρὰ Δημοσθένει κείμενον, ὧν εἰρηκέναι φησὶν αὐτὸν Αἰσχίνης, οἷον, ὅτι „οὐδὲ τῆς φιλίας ἀποῤῥῆξαι τὴν συμμαχίαν“* [Vid. Aeschin. supra, p. 461. pen.] *καὶ ὅτι „ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν“ καὶ „ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου“ καὶ „φορμοῤῥαφούμεθα, καὶ ἐπὶ τὰ στενὰ τινὲς ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν.“ οἷς αὐτὸς ἐπιτίθησι διακωμῳδῶν· „ταῦτα δὲ οὐ κίναδός τις ἐστὶ ῥήματα ἢ θαυμαστά;“* [Aesch. p. 557.] *οὐδέ γε ἄλλα τινὰ φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα ἐν οὐδενὶ τῶν Δημοσθένους λόγων εὑρεῖν δεδύνημαι, καὶ ταῦτα πέντε ἢ ἓξ μυριάδας στίχων ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καταλελοιπότος.* Interea tamen, an verba illa *Aeschinis* aliquod illustrationis ceperint ex hoc loco *Dionysii*, secum contemplabitur studiosus lector. Certum est, huius textum ad illius esse corrigendum non uno in loco, et falsum esse animi editorem, doctum licet virum, qui ad *Demosthenem* lectorem remittit pag. 562. huius editionis, ad textum scil. quem *Dionysius* in animo habere non potuit. Verum quidni hac aut simili phraseologia aliquando delectaretur *Demosthenes?* Quidni, ut *Sylburgius* recte observavit, diceret *ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου*, qui in *Olynthiaca* III. dixit *ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα*?

Multis sane modis multisque nominibus praedicanda est haec insignissima oratio, totius eloquentiae istius populi (apud quem et nata est et ad iustam magnitudinem excrevit ratio dicendi) flos ipse et medulla, opus nunquam e manibus deponendum, non solum propter civiles rationes, quibus abundat, atque

optimum exemplum reip. administrandae: (nam, ut inquit scriptor non negligendus, *κάλλιστοι δημοσίων λόγων* [Demosthenis] *εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου, καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους*:) non propter summam eloquentiam, cum in hac causa magnus ille dicendi artifex maior se ipso pene constitutus est, verum potissimum ob hanc rationem a *Panaetio* et *Plutarcho* allatam, dignam sane, quae a tam gravibus scriptoribus commemoretur, et quam adeo *Plutarchi* verbis proferre liceat, qui sapientissimum istud monitum conservavit: *Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων φησὶν αὐτοῦ οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους — ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.* Haec ille praestantissimus auctor in *Vita Demosthenis.*

Verum in excellentissima hac oratione nihil excellentius, nihil, quod *primores Critices* magis adripuit, quam *σχῆμα* istud *ὀμοτικὸν*, ut vocatur, quod occurrit infra, pag. 297, 8. et nemini ignotum esse potest, qui de *Demosthene* inaudiverit. *Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας*, et quae sequuntur. Istius artificii vim et felicitatem optime expressit *Longinus* cap. 16. *Ἀπόδειξιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; Οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα τούτου παραδείγματα· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι, οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς. Ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος τὸν τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὀμοτικοῦ σχήματος, ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ, τοὺς μὲν προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παριστάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθιστὰς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος καὶ πάθος, καὶ ξένων καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιστίαν, καὶ ἅμα παιώνειόν τινα καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, ὡς κουφιζομένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις παρίστασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς ἀκροατὰς διὰ τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι·*

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Caetera ibidem consulenda. Nam plurimum conferent ad auctoris nostri *δεινότητα* explicandam. Neque unquam bonus et magnus scriptor tam fidelem et accuratum nactus est interpretem, *μεγαλήγορος μεγαλήγορον*. *Aristides*, Rhetor itidem et ingenio critico praeditus, summa arte trutinat verba haec *ardentia*. *Παραδείγματος ἕνεκα ἔστω νόημα αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἐκ τῆς ἐννοίας σεμνότητος μετεσχηκός· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι —. ἐνταῦθα τὸ μὲν ζητούμενον ἦν — τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν τῶν προγόνων, τοῦτο ἔχει τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος.* De dictione civili §. 8. Adiungam et alios. *Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone et Salamine id agit, ut minore invidia cladis apud Chaeroneam acceptae laboret.* Quintilian. II, 9. *Nec meretur fidem, qui sententiolae gratia iurat, nisi si potest tam bene, quam Demosthenes.* Idem ibid. *Tales sunt illae inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, non ideo improbandae: cum enim uterque alteri obiiciat, palam est utrumque fecisse. Nam neque ille per Marathonis et Plataearum et Salaminis propugnatores recto sono iuravit, nec ille Thebas sermone deflevit.* Idem XI, 3. *Quid denique Demosthenes? Non cunctos illos tenues et circumspectos vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione superavit? Non insurgit locis? Non figuris gaudet? Non translationibus nitet? Non oratione ficta dat carentibus vocem? Non illud iusiurandum per caesos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. satis manifesto docet, praeceptorem eius Platonem fuisse?* Idem XII, 10. Ita *Geminus Antholog. Gr.* Lib. 4.

Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος Ἄρεϊ κεῖμαι,
Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,
Ὑβρίζων Μαραθῶνα καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος
Ἔργα Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.
Ὄμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες, αὐτὰρ ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς ἔσομαι καὶ φθιμένοισι βαρύς.

Nonnulla similiter *σχ. Apollon. Rhod.* II. 259. *Ἐμπαθέστερος γίνεται ὁ ὅρκος, ὅταν τις κατὰ τῆς ἰδίας ὀμνύῃ συμφορᾶς — καὶ Δημοσθένης· μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους.* Adiungatur *Plutarchus* de Gloria Atheniensium: — *τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν· ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων.* Item *Hermogenes* p. 260. Edit. Crispin. *Μεθόδου λαμπρᾶς καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον, οἷον· ὀρθῶς οὖν ἐβουλεύσατε ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων κινδυνεύειν, οὕτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες· ὁ δὲ εἰς τὸν ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε καὶ λαμπρόν· οὐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκιν-*

δυνεύσαντας, καὶ τὰ ἑξῆς. Idem iterum περὶ μεθόδ. δεινότ. p. 424. Cap. περὶ Ὅρκου, scil.: Πρῶτος δὲ ὅρκον ἠθικὸν Ὅμηρος ὤμοσεν, εἶτα Πλάτων ἐμιμήσατο, εἶτα Δημοσθένης ἐκληρονόμησε πάντων — Δημοσθένης δὲ ἠθικὸν πολιτικόν· οὐ μὰ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι παραταξαμένους καὶ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας. Adde *Pausan.* in *Attic.* c. 32. *Hartung. Decur.* II. Capp. 3. et 9. apud *Gruter.* F. A. Tom. II. pagg. 677. 697. Per deridiculum tractat *Athenaeus* I, 9. Δεομένων οὖν ἡμῶν καὶ λιπαρούντων δεικνύναι τὴν σοφίαν, οὐκ ἐρῶ, φησὶ, τῆτες, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας καὶ προσέτι τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας. Et *Lucianus* etiam in *Encomio* iuxta finem: Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις, οὐ μὰ τοὺς —. κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν, τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. Haec, lector, volebam nescius ne esses. [Lactantius ad Statium: *Ut iurent Athenienses Marti et Marathoni.* Codex MS. Lindenbrog. *Matheos et Marathoni.* Legendum μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. v. Gevart. Elect. TAYLOR. *in Schedis.*]

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM I. ORATIONIS PRO CORONA.

P. 220. v. 1. ὑπὲρ] ὑπὸ Bavar. REISK.

P. 220. v. 1. προὐβάλετο] προὐβάλλετο Bavar. REISK.

P. 220. v. 1. συνήθων] συνηθέων συνηθῶν postulat analogia. Sed quorum nominativi in ης penacutum desinunt, eorum genitivos pluralis et adverbia inde ducta toties video et in tam diversis Codicibus penultima acuta scribi, ut dubitem, an id culpa librariorum accidat. WOLF.

P. 220. v. 2. τε] τε prius deest Bavar. REISK.

P. 220. v. 3. ὡς αὐτὸς] ὡς καὶ αὐτὸς Schedae Scringeri. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 220. v. 5. ὠχύρωσα] Alii ὠχύρωσεν. Constructio postulat ὀχυρώσας. WOLF. ὀχυρώσας Wolfianum est, non Editorum aut MStorum. Revoca autem ex iis ὠχύρωσα: Demosthenem enim quasi loquentem fingit orationemque eius adducit, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν. Locum, ad quem adludit, vide pag. 325, 21. TAYLOR. ὠχύρωσε Codex Obsopoei et edit. Felic. ὀχυρώσας dedit Wolf. in sua edit. de coniectura sua: quod factum Taylor. improbat. REISK. Vulgata me perinde ut Wolfium offendit: neque enim haec verba Oratoris sunt. Quod si, spretâ Wolfii scripturâ, ὠχύρωσεν praetuleris, ante λίθοις inseres γάρ. SCHAEFER.

P. 220. v. 7. τὸν] τὸ Paris. sextus. REISK. τὸ περίβολον tam dubiae est fidei, ut Lexicographi iure suspectasse videantur. Mox corrig. περίβολον. SCHAEFER.

P. 221. v. 1. συνεβάλετο] συνεβάλλετο Bavar. REISK.

P. 221. v. 2. τοῖς Ἀθηναίοις] τῶν Ἀθηναίων Paris. tertius. REISK.

P. 221. v. 2. ἀνορθοῦν] ὀρθοῦν simplex Bavar. REISK.

P. 221. v. 3. φυλῆς — τοῦ ἔργου] φυλῆς ἑκάστης, εἰς οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν περαίνεσθαι τοῦ ἔργου. εἰς οὓς pro δι' ὧν. Et sic fortasse legendum. Sed Feliciani Editio [et MSti nonnulli] ἄνευ σοφῶν φαρμάκων habet οὓς [sine εἰς] ἔδει τὴν ἐπι-

μέλειαν ψιλὴν παρέχεσθαι τοῦ ἔργου. WOLF. εἰς οὓς ἔδει κ. τ. λ. habent nonnulla exemplaria, scil. Aldina, Parisiensia, Lindenbrogii. Recte quadantenus. Quod fortasse mireris. Sed vide, ut flammam ex isto silice excutiam. Ait Libanius, huic operi curando dari denos viros e singulis tribubus. Itane? Vix crediderim. Non centenis civibus ea res erat perficienda. Non tanti erat. Verum unaquaeque tribus suum tribulem ad id muneris emisit. Lege ergo correctione nunquam poenitenda, quam subiecit ora exemplaris Bodleiani: ᾑρέθησαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς· οὓς ἔδει κ. τ. λ. TAYLOR. Vulg. φυλῆς ἑκάστης, εἰς οὓς ἔδει κ. τ. λ. Feliciani editio εἰς omittit, probante Wolfio. Nonnullos quoque mstos idem facere testatur Taylorus, qui tamen melius retinet, sed in εἷς mutat sic distinguens: φυλῆς ἑκάστης εἷς, οὓς ἔδει κ. τ. λ. quem sum secutus. Idem mihi quoque in mentem venit et nemini non veniat: res enim plana est ex ipsa oratione. REISK.

P. 221. v. 5. παρέχεσθαι ψιλὴν τοῦ ἔργου] Vulg. περαίνεσθαι τοῦ ἔργου. γρ. παρέχεσθαι ψιλὴν τοῦ ἔργου Paris. secundus et quintus, Cod. Obsop. edit. Felician. Restitui παρέχεσθαι. Videtur in libris quibusdam fuisse ἐπιμέλειαν παρέχεσθαι τοῦ περαίνεσθαι τὸ ἔργον. REISK. Non fuit. SCHAEFER.

P. 221. v. 5. ψιλὴν] i. q. μόνην v. 7. SCHAEFER.

P. 221. v. 5. τοῦ ἔργου] Omisit Bekker. duorum Codicum auctoritate. SCHAEFER.

P. 221. v. 5. τὸ γὰρ ἀνάλωμα δημόσιον] Subaudi ἦν. Eadem ellipsi mox v. 11. ἕτοιμοι γὰρ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ. scilic. ἦσαν. V. Bos. Ellips. p. 605. SCHAEFER.

P. 221. v. 7. μόνην] μόνον Paris. tertius. REISK.

P. 221. v. 8. ἀπετέλεσε] ἐπετέλεσε Paris. tertius. ἐξετέλεσε Paris. quintus. REISK.

P. 221. v. 10. αὐτοῦ τὴν] αὐτοῦ καὶ τὴν Paris. quintus. REISK.

P. 221. v. 11. προμήθειαν] προμήθειαν [Benenati] per η in antepenultima, id est πρόνοιαν, ferri potest. Sed melius est προθυμίαν. WOLF. Ita Regg. β. γ. ζ. TAYLOR. προμύθειαν Aldus, Felicianus. προθυμίαν Paris. secundus, tertius, septimus, Bavaricus, margo Ald. Lessing. idque praefert Wolfius. REISK. Recte Bekker. προθυμίαν. SCHAEFER.

P. 221. v. 13. εἰπὼν] Post εἰπὼν addit Paris. quintus ταύτην. REISK.

P. 221. v. 15. Διονύσου] Διονυσίου Bavar. REISK.

P. 221. v. 17. καὶ] Abest a Bavarico. REISK.

P. 221. v. 18. Δημοσθένους] τὸν Δημοσθένους Paris. quintus. REISK.

P. 221. v. 18. ἡ πόλις ἀρετῆς συμπάσης ἕνεκα] F. ἡ πόλις σύμπασα ἀρετῆς ἕνεκα. MARKLAND. Addi vult Marklandus σύμ-

πασα. REISK. Non tantum addi σύμπασα, sed etiam mox deleri συμπάσης. Neutrum probo. SCHAEFER.

P. 221. v. 20. αὐτήν] ἑαυτήν recte Bekker. e Cod. SCHAEFER.

P. 221. v. 21. φθόνος] ὁ φθόνος. Articulum debemus liberalitati Wolfii, itemque praepositionem κατὰ in linea proxima [ante τοῦ ψηφίσματος]: quae tamen pene est necessaria. φθόνος αὐτοῦ ἥψατο MS. Ven. scilic. *Demosthenem*, ut vertitur quoque. TAYLOR. ὁ φθόνος editio Wolfii ex ipsius liberalitate, ut iocatur Taylorus. REISK. Immo Reiskius Wolfii supervacanea largientis τὴν ἀφθονίαν non illepide ridens. SCHAEFER.

P. 221. v. 21. καὶ τοῦ ψηφίσματος] καὶ κατὰ τοῦ ψηφίσματος editio Wolfii ex eodem fonte. Probat Taylorus: ego minus possum. Posui potius punctum post ψηφίσματος. Tum nova orditur sententia: ἀπηνέχθη (scilic. κατὰ τοῦ Κτησιφῶντος) κ. τ. λ. REISK. Wolfium secutus est Wunderlichius. Bene Bekkerus, deleta Reiskii interpunctione, continuavit καὶ τοῦ ψηφίσματος ἀπηνέχθη παρανόμων γραφή. SCHAEFER.

P. 221. v. 23. ἐπήγγειλε] Pro ἀπήγγειλε l. ἐπήγγειλε. et v. 26. pro νόμος δὲ κελεύει lego cum Obsopoeo νόμον δὲ κελεύειν. et v. 27. pro τὸν κελεύοντα, τὸν λέγοντα. et p. 222. v. 5. καὶ τάξει γε ταύτῃ τῆς κατηγορίας. WOLF. Nam ταύτης ubique, quantum investigare potui. TAYLOR. Vulg. ἀπήγγειλε. ἐπήγγειλε Bavar. quod restitui. REISK.

P. 221. v. 26. νόμον δὲ κελεύειν] Pro νόμος δὲ κελεύει MS. νόμον δὲ κελεύειν in accusativo, quae recta videtur lectio. OBSOP. νόμον δὲ κελεύειν etiam exhibent editi a Benenato et Feliciano. TAYLOR. νόμος δὲ κελεύει Paris. tertius, quintus, septimus, August. secundus, Aldus. Vulgatam, quae in codice Pannonico quoque fuit, praeferunt Obsopoeus et Wolfius [ad v. 23.]. Sed ciccum non interest. REISK. Puto interesse, nec laudo Wunderlichium, qui revocavit νόμος δὲ κελεύει. SCHAEFER.

P. 221. v. 27. κελεύοντα] Pro κελεύοντα antiquum habuit λέγοντα. OBSOP. λέγοντα etiam Felicianus cum MSto Reg. ε. TAYLOR. λέγοντα Paris. tertius, codex Obsopoei, Felicianus: quod rursus iidem cum probent, ego tamen nil interesse arbitror. REISK. Wolfius probat ad v. 23.: Obsopoeum probare non apparet. SCHAEFER.

P. 221. v. 29. ἀναγορεύεσθαι] ἀπαγορεύεσθαι August. secundus. REISK.

P. 222. v. 1. τοὺς ἐπαίνους — τοὺς ἐπὶ τῷ Δημοσθένει] Notanda constructio. SCHAEFER.

P. 222. v. 5. ταύτης] Mihi perinde ut Wolfio placet ταύτῃ. V not. ad p. 221. v. 23. SCHAEFER.

P. 222. v. 7. τοῦ] Omittit August. secundus. REISK.

P. 222. v. 8. ὁ δὲ ῥήτωρ] ὁ γὰρ ῥήτωρ Bavaricus. REISK.

P. 222. v. 11. ταύτην] αὐτὴν Paris. sextus. REISK.

P. 222. v. 11. τὸν λόγον] Omittit Aug. secundus. REISK.

P. 222. v. 12. *ἰσχυροτέρων*] *ἰσχυρῶν* Paris. quintus. REISK.

P. 222. v. 12. *μέσα*] Similiter in argumento, quod sequitur: *τοὺς μὲν γὰρ δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέῤῥιψε στρατηγικῶς τοὺς κακοὺς ἐς μέσον ἐλάσας.* Quintilianus VII. 1. *Demosthenes atque Aeschines — in iudicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, cum accusator a iure, quo videbatur potentior, coeperit, patronus omnia vel pene omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quaestioni legum praepararet. Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ*, inquit Xenophon Memorab. I. 3. in principio, *τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τοὺς χειρίστους κ. τ. λ.* TAYLOR. Quintiliani loco usus est etiam Seagerus in Diar. Class. LIII. p. 50. Ceterum confer Syriani locum a Reiskio citatum ad p. 243, 23., ubi docetur, Oratorem *τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἐν μέσῳ τοῦ λόγου, θεῖναι.* Quanquam vel sic apparet summum in ordinandis partibus admirabilis huius orationis artificium. SCHAEFER.

P. 222. v. 13. *τῶν νόμων*] *τὸν νόμον* Bavar. REISK.

P. 222. v. 13. *τῷ μὲν —*] Lege cum universis *τῷ μὲν περὶ τῶν ὑπευθύνων*: cui familiariter respondet *τῷ δὲ περὶ τῶν κηρυγμάτων.* Nescio, unde Wolfio displiceret. Video esse necessarium. TAYLOR. *μὲν* ab editione Wolfii abesse Taylorus haud probat. REISK. Wolfiana pro *μὲν* habet *τῆς* sensu cassum. SCHAEFER.

P. 222. v. 15. *ἀντιτίθησι διανοίας*] Hoc est, a scripto recedens voluntate legislatoris nititur. WOLF.

P. 222. v. 15. *διανοίας*] *διάνοιαν* Schedae Scrimgeri. REISK.

P. 222. v. 16. *αὐτὸς*] *ὁ αὐτὸς* Bavar. REISK.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM II.

Secundum argumentum primus vulgavit Felicianus. REISK.

P. 223. v. 4. *τοιόνδε*] F. *τοιγαροῦν.* WOLF.

P. 223. v. 4. *πρὸς χρείαν*] F. *πρὸς τὴν χρείαν.* WOLF. Bene: et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 223. v. 6. *μεταδεδομένων*] F. *μετὰ τὰ δεδομένα.* WOLF. Ita Reg. *α*. Caeteri omnes *μεταδεδομένων.* TAYLOR. *μετὰ τὰ δεδομένα*, ut oportebat, Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 223. v. 7. *καὶ ἐχαρίσατο*] Malim *κατεχαρίσατο*, quod etiam Wunderlichium dedisse video. SCHAEFER.

P. 223. v. 12. *δὲ*] Omisit Wunderlichius. SCHAEFER.

P. 223. v. 13. *προσδεηθεὶς*] Vulg. *δεηθείς*. *προσδεηθεὶς* Benenatus, ut legimus supra v. 5. Et membranae quoque Regiae, si Cod. ζ. excipias. TAYLOR.

P. 223. v. 15. *δεδόχθω*] *δεδόχθαι* Wolfius solus et silens. *δεδόχθω* enim constanter in impressis, quibus consentiunt o. l. s. Subiecit quidem *ὁ δεῖνα* in Exempl. Altemps. *δεδόχθαι*. Plura fortasse ad pag. 235. TAYLOR. V. not. ad p. 235, 7. SCHAEFER.

P. 223. v. 15. *χρυσέῳ*] *χρυσῷ* Wunderlich. SCHAEFER.

P. 223. v. 16. *τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν*] In Aeschine legitur *τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν* et *τραγῳδοῖς*. Utrum autem eo tempore novi tragici Athenis exstiterint, an tantum de novis histrionibus fiat sermo, nostra parum interest. WOLF. Vulgata commutanda cum *τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν* videtur Osanno Inscript. IV. p. 164. SCHAEFER.

P. 223. v. 16. *ἴσως* — *βλέπειν*] Ut spuria Wunderlichius uncinis inclusit. SCHAEFER.

P. 223. v. 17. *ὅτε*] *ὅτι* Wunderlich. SCHAEFER.

P. 223. v. 21. *παράνομον* [sic corrig.] — *πρὸς τρεῖς νόμους*] Notabilis constructio. SCHAEFER.

P. 223. v. 25. *ἐδεδώκει*] *δεδώκει. ἀντὶ τοῦ ἐδεδώκει.* WOLF. *δεδώκει* in Aldinis, *ἐδεδώκει* Editorum caeteri. TAYLOR.

P. 223. v. 25. *τειχοποιῶν*] Hoc verbo Lexica carent. SCHAEFER.

P. 223. v. 28. *οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*] F. *οὐκ ἐν τῷ θεάτρῳ*, aut, omissâ negatione, *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*. *Πνὺξ* enim locus fuit legitimae concionis, *διὰ τὸ πυκνὰ ἐκεῖ συνελθεῖν, ἢ διὰ τὸ πεπνῦσθαι, καίτοι μυρίων ἐκεῖ ἀνοήτων καὶ βδελυρῶν πολλάκις ἐκκλησιασάντων καὶ βλαβερὰ τῇ πόλει ψηφισαμένων.* WOLF. Wolfius convertebat iuxta priorem divinationem *non in Theatro*. Quae correctio quanto durior est et horridior, non opus est dicere. Delenda est importuna ista negativa: et bene ista verba, *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*, adduntur ad explicandum insolitum istud vocabulum, *Πνυκί*. Vide omnino Aeschinem c. Ctesiph. p. 427. ult. et annotationes ad locum. Similiter in libello Aeschinis infra p. 244. v. 1. *ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν, ἐὰν δὲ ἡ πόλις, ἐν Πνυκὶ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* In hac quoque sententia est vir doctissimus, qui nuperrime evulgavit Petiti LL. Attic. quem vide ad Lib. III. Tit. VI. p. 378. Nam Petitus ipse, qui aliter emendare studuit, est ex ea schola Criticorum, quae mendum subodorari potest, tollere autem neutiquam. TAYLOR. Particulam negantem delevit Wunderlichius. Suspiceris totum hoc, *οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*, margini olim adscriptum ad verba quae mox sequuntur, *ἐν τῷ θεάτρῳ*, loco non suo in textum irrepsisse. SCHAEFER.

P. 224. v. 12. *περὶ*] F. *κατά*. WOLF.

P. 224. v. 16. στρατηγικῶς — κακοὺς — ἐλάσας] F. στρατηγικῶς κακοὺς ὄντας, vel τοὺς κακούς. WOLF. Dedit Benenatus, quasi poëtae alicuius stichum protulisset: στρατηγικῶς
— κακοὺς δ' εἰς μέσον [μέσσον] ἐλάσας.
TAYLOR. στρατηγικῶς κακοὺς δ' εἰς μέσον ἐλάσας Bekker. serie verborum continua. Mihi placuit κακοὺς — ἐλάσας includere lineolis, quo magis color poëticus huius membri appareret. Quis enim semel monitus negabit respici Homericum illud Il. IV. 299. κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν? Unde simul discas causae nihil fuisse, cur Wunderlichius particulam post κακοὺς omitteret. SCHAEFER.

P. 224. v. 17. εἰς τὰ ἄκρα] *in extremis* oscitanter versum. Tu: *in utraque acie.* TAYLOR.

P. 224. v. 19. ἀναιδῶς] F. ἀνέδην. WOLF. ἀναιδῶς istud, quod praecipitavit Wolfius, o. est l. s. et optime se habet. *Artificium summum adhibet Demosthenes, non tamen eo utitur ἀναιδῶς, sine pudore et moderatione. Aliquando enim orationem suam, non arte, sed utilitate, πρὸς τὸ συμφέρον, metitur:* uti in ea instantia, quam statim adhibet scriptor huius argumenti. Nempe cum τῷ νομίμῳ Aeschinis τὸ νόμιμον, non τὸ τεχνικὸν aut artificiosum, opponere debuit, effecit sane, ut ratio eius administrandae reip. utiliter in locum istius τοῦ νομίμου succederet. Ad eum locum confugit, non arte aut calliditate aliqua, sed ratione et necessitate. Praestant haec multo, si quid ego sapiam, et correctioni et versioni Wolfianae. TAYLOR.

P. 224. v. 23. ὑποκρινόμενος] F. ἀποκρινόμενος. WOLF. ὑποκρινόμενος in o. l. s. et editis. TAYLOR. ἀποκρινόμενος Bekker. SCHAEFER.

P. 225. v. 2. ἀποτεθείσης] F. ἀποδοθείσης, scil. τῷ ἄρχοντι ἢ τοῖς θεσμοθέταις. WOLF. Male hoc. Vide Ulpian. ad p. 266. v. 5. TAYLOR. ἀποδοθείσης Wunderlich. SCHAEFER.

P. 225. v. 11—21. οὐκοῦν τὸ πρῶτον προοίμιον — ἢ τὴν τοιαύτην διάνοιαν] Haec omnia Bekkerus omisit. Nec pars sunt Argumenti, sed interpretatio initii ipsius Orationis. Conf. Schol. Bavar. p. 496. SCHAEFER.

P. 225. v. 18. ἀπὸ] F. ἐκ. WOLF. ἐκ. Ita Wolfius emendare satagebat, cum Aldus ἐπὶ dedit, pariter ut Felicianus et Reg. Cod. Paris. ζ. Facilius erat et proclivius ἀπὸ, uti operae dederunt Lutetianae, auctoritate, credo, exemplarium Regiorum. TAYLOR.

P. 225. v. 20. συνεβίωσε τῇ εὐνοίᾳ] V. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1030. b. Similiter φιλοσοφίᾳ συζῶν Schol. Ms. Brunck. ad Aristoph. Nub. 504. V. H. Stephani Thesaur. c. 4029. s. ed. Lond. SCHAEFER.

P. 225. v. 20. μέλεται] F. ἔχεται. Aut ἀντὶ τοῦ ἐπιμελεῖται positum est insolentius. WOLF. Constantissime exarari video μέλεται. TAYLOR. μέλεσθαί τινος, *curare aliquid*, Wolfius passim legerat. V. H. Stephani Thesaur. c. 6040. s. SCHAEFER.

ANNOTATIONES
AD
ORATIONEM PRO CORONA.

P. 225. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΣ Ο ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ*] Pro titulo dabant Schedae Scrimgeri Ὑπὲρ Κτησιφῶντος. REISK. Ὑπὲρ Κτησιφῶντος περὶ τοῦ στεφάνου Bekker. articulo recte addito. Quanquam Rhetores Grammaticique articulum saepissime negligunt citantes τὸν περὶ (ὑπὲρ) στεφάνου. SCHAEFER. Philostratus Isocratis Panegyricum κάλλιστον λόγων appellat. Sed Dionysius Halicarnassensis: τὸν ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. WOLF. Orationem hanc Aristides T. II. p. 382. ed. Iebb. hoc citat elogio: τὸν ὑπὲρ τῆς ἀναῤῥήσεως [subaudi τοῦ στεφάνου] λόγον. Photius p. 800. hanc ipsam titulo κατ' Αἰσχίνου laudat †), qui titulus alias vulgo orationi de Falsa Legatione tribui solet: nam p. 801. hanc κατ' Αἰσχίνου orationem ab oratione de F. L. planis verbis discernit ††). REISK. Quae Dionysii Halic. Wolfius citavit, leguntur T. V. p. 204. R. Similiter Rhetor T. VI. p. 948. s. ἐν δὲ τῷ κρατίστῳ τῶν δικανικῶν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου γραφέντι λόγῳ κ. τ. λ. De tempore, quo Oratio habita est, v. idem T. VI. p. 746. coll. Bentl. de Epist. Phalar. p. 294. s. Lennep. SCHAEFER.

P. 225. v. 1. *Πρῶτον μὲν κ. τ. λ.*] Laudatur hoc exordium a multis antiquis scriptoribus, et a nonnullis illustratur quoque. *Est et ille verecundae orationi aptissimus, quo, quatuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus et deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo coepisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio.* Quintilian. XI. 3. Adde IX. 2. IV. 1. bis. Sunt et alii, quos recenset Nota MS. ad oram Exemplaris *Altempsiani*, sc. *Dionysius Halic. Plutarch. Lucianus*, *Isocrates* (quod summo iure mireris) et *Th. Magister*. Horum liquet plurimos aliquid de hac oratione consignasse, non exordium attigisse solum. In eo certe

†) Eodem titulo (*contra Aeschinem*) citavit Servius ad Virgil. Aen. 11, 301. SCHAEFER.

††) V. Photius Lexic. c. 333. extr. coll. p. 228, 7. Item Grammatici citati ad p. 249, 11. SCHAEFER.

numero est *Plutarchus*, qui in tractatulo *Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως* Ed. Gr. Bas. pag. 295. multa habet utilia eoque iudicio plena, quo valere dignoscitur scriptor ille praestantissimus. Cui adiungas, quae de eadem re habet *Quintilianus* XI. 1. Existimarunt antiquiores, *Demosthenem* aliquatenus in hoc exordio fuisse adiutum his verbis *Aristophanis Equit.* 760.

Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
Εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
Βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχαν,
Ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας, δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ.

TAYLOR. Citant hoc prooemium, quod fuit antiquitati celeberrimum, Hermogenes p. 113. 283. et p. 344. ubi sic ait: *ἀλλ' ἔστι ταῦτα μὲν ἁπλῶς κατ' ἀφέλειαν ἠθικά. ἕτερα δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν, οἶμαι, τὰ ποιοῦντα οἷον ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν τὸν λόγον. αὐτίκα τό· Πρῶτον μὲν — εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις· εὐχή τις ἐστὶ δήπουθεν. ἀλλά τι παραπλήσιον ἔχει τῷ· ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τῶν φόβων εἴημεν· ἐν Σικελικῷ ὑπ' Ἀριστείδου εἰρημένῳ* etc. Porro Aristophanis Scholiastes Equit. p. 762. Thomas M. v. *βούλομαι* [p. 167.]. Aristides de D. C. p. 248. *ἀξιοπιστίας δὲ αἴτιον καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ἀραῖς χρῆσθαι. οἷον· — καὶ πάλιν· Πρῶτον μὲν, ὦ ἄ. Ἀ., τοῖς θεοῖς εὔχομαι* —. Scholiastae Hermogenis Aldini p. 72. *ἀμέλει ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου* (sic Sopater ait) *τὸ μὲν εἶδος δικανικόν ἐστιν, ἡ δ' ἰδέα πανηγυρική, ἐπειδὴ περὶ εὐνοίας ὁ ἀγών. τινὲς δὲ καὶ συμβουλευτικὴν τὴν ἰδέαν φασί· ψεῦδος δέ.* P. 74. Syrianus ad locum Hermogenis, qui p. 54. ed. Crisp. versu 18. legitur, haec affert: *ἐπισημαίνονταί* [notant cum reprehensionis significatione] *τινες τῷ χωρίῳ, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔχοντι· οὐ γὰρ πάντως τὸ δικανικὸν εἶδος τοῦ λόγου καὶ δικανικῶς ἐξενεχθήσεται. ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου δικανικωτάτῳ τῶν λόγων ὄντι πανηγυρίζει τῇ λαμπρότητι τῶν οἰκείων ἐναβρυνόμενος πολιτευμάτων.* et Sopater: *δικανικὸς ὁ περὶ στεφάνου. καὶ γὰρ ζητεῖται καὶ ἀμφισβητεῖται, εἰ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, ἢ μή.* Marcellinus p. 173. 1. sic dicit: *ὁ μὲν κατήγορος ἐμποιεῖν σπουδάζει τὸ πάθος, ὁ δὲ φεύγων καταστέλλειν, ὡς Δημοσθένης. Αἰσχίνου γὰρ διαβαλόντος ὡς δεινὸν, εὐθὺς ὁ ῥήτωρ ἐκ προοιμίων καταστέλλει τὴν διαβολὴν διὰ τῆς εὐχῆς* [designat votum, quod orationem hanc orditur.] *θραύων τὸ πάθος καὶ ἐκβάλλειν ἐπειγόμενος. — καὶ ὁ μὲν Αἰσχίνης οὕτως. ὁ δὲ Δημοσθένης εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καταστέλλει ὁρῶν φλεγμαίνουσαν τῶν δικαστῶν τὴν ὀργήν· Πρῶτον μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι — καὶ πᾶσιν ὑμῖν. καὶ τὴν ἑαυτοῦ συστήσας προαίρεσιν ἐν τῷ προοιμίῳ, ἐν τοῖς ἐπιλόγοις καθάπαξ ἀναιρεῖ τὴν ὀργὴν καὶ τοὐναντίον εἰς εὔνοιαν μεταβάλλει. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε καὶ ἐκόμπασε περὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν* (sic). *λέγει γὰρ* [p. 327, 2.]· *εἰ, οἷος ἐγὼ παρ' ὑμῖν, εἷς ἐν ἑκάστῃ* etc. ad *παροῦσιν ἐχρήσατο κακοῖς.* REISK. In libello Var. Lection. Reiskius haec scripsit: „Citant h. l. Aristides Artis p. 248. Dionysius Halic. de stru-

ctura orationis p. 142. ed. Upton. [T. V. p. 119. *)] Quintilianus 9, 9. Servius ad Aeneid. 2 **), 301. Thomas Mag. Scholiastes Aristophanis Equit. v. 762. Hermogenes pag. 113. 289. 292. 344. indice et teste Tayloro." Add. Dionysius Halic. T. V. p. 205. s. Tiberius p. 62. Rufus p. 75. SCHAEFER.

P. 225. v. 1. *Πρῶτον μὲν κ. τ. λ.*] In hoc exordio quatuor res potissimum conficit *Demosthenes*. 1. Audientiam postulat cum commendatione suae erga remp. benevolentiae. 2. Praeiudicio anteactae vitae suae accusationem refutat. 3. Accusatori fidem abrogat. 4. Viam sternit laudibus suis citra auditorum offensam commemorandis, *ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν φιλοτιμούμενος*. Qua de re *Plutarchi* libellus exstat. Summa et cardo huius orationis in eo maxime versatur: *Se, qui in gerenda rep. dignitatem potius et perpetuam securitatem cum periculis pariendam, quam praesens otium, nec in longitudinem duraturum et cum turpitudine coniunctum, sit secutus, officio boni civis esse functum, nec fortunam sibi praestandam esse.* Privatam autem vitam suam cum *Aeschinis* recriminatione defendit: ac legibus ab illo citatis partim alias leges, partim exempla opponit, *ῥητορικωτέρως μέντοι, ἔμοιγε δοκεῖν, ἢ ἀληθεστέρως*. Ratio etiam illa de dignitate et imitatione maiorum ab *Aeschine*, et in Oratione *περὶ παραπρεσβείας*, et ultima Epistola eiusdem labefactatur: quod Athenienses, nec iisdem animis, neque viribus iisdem praediti, quibus olim, res consimiles gerere non potuerint. WOLF.

P. 225. v. 1. *ἄνδρες*] Omittunt Tiberius et Rufus ll. cc. SCHAEFER.

P. 225. v. 1. *τοῖς θεοῖς*] Vulg. *θεοῖς*. *τοῖς θεοῖς* MSS. ut puta *Regii β. ε. ζ. η.* et *Aug.* ex nostris *Vind.* et *Harl.* Codd. item quos excussit *Aldus*. Ita etiam laudatur ab antiquis, *Dionysio* sc. *Halic. Quintiliano* IX. 4. *Servio* ad *Virgil.* XI. *Aen.* 301. *Hermogene, Th. Magist. σχ. Aristoph. Equit.* v. 762. aliisque. Vide *Hermogenem* Edit. Crispin. pagg. 113. 280. 292. 344. Sed quorsum, inquies, morosa haec diligentia in articulis expendendis? Quid confert ad mentem aut spiritum *Demosthenis?* Ad numeros fortasse et periodorum structuram multum. Nam *Dionysius* ille, qui exordium hoc celebratissimum in rhythmum et

---

*) Ibid. de Demosthene: *ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. καταδίδωμι* fuit cum mutandum censerem in *ἀποδίδωμι*. Nunc malim simplex *δίδωμι*: quod quomodo in compositum transierit, palaeographiae peritos doceri non opus est. Etiam in Herodoto IV. 199. malim simplex *βέβρωται*: compositum enim *κακέμφατον*, quippe valens *edendo perdere*, ut *καταπίνειν bibendo perdere*. Conf. Homer. Od. XXII. 56. SCHAEFER.

**) Immo 11. SCHAEFER.

pedes dividit, vel *unam* syllabam aegre patietur avelli: et *Dionysius* ille alter, *Longinum* volo τὸν κριτικώτατον, multum interesse arbitratus est, utrum pag. 291, 13. ὥσπερ νέφος, an ὡς νέφος, vel denique ὡσπερεὶ νέφος legeremus. Vide Tractatum περὶ Ὕψους cap. 39. Et, quanquam auriculas nostras non omnis hodie ferire potest gratia constructionis Atticae, multum tamen operae in ea re elaboranda atque in iis minutiis positum olim fuisse, et existimare par est, et docent Rhetorum monumenta, quae ad aetatem nostram pervenere. Verbi gratia, cum scribitur p. 230. pen. οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, quis est nostrorum hominum, qui rotunditatem rite capiat istius periodi, aut quem offendere potuit ista particula, si desideraretur? Attamen dicitur ab *Ulpiano* ad locum παρέλκειν τὸ πω χάριν τοῦ κῶλον μόνον. Adiicere possem constructionem istam p. 227, 12. ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου. Quae fefellit Interpretem. Rhythmus fortasse postulavit, ut verba ita ordinarentur, πάντων ὁμοίως ὑμῶν: sed series et ratio Grammaticae τὸ ὁμοίως cum τῷ ἀκοῦσαι coniungit, ut dicitur in hoc exordio verbis ritualibus et ex lege sumtis, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Teretes erant et religiosae aures Atheniensium, ut *tota theatra exclamarent, si fuit una syllaba aut brevior, aut longior*, ut ait *Cicero* in *Bruto*. Et, iuxta eundem auctorem, *Non Demosthenis fulmina tantopere vibrassent illa, nisi* numeris *contorta ferrentur.* Quam curiosi erant antiqui, ut etiam prosam orationem *digitis et arte callerent*, docet *Dionysius* ille saepe a me laudatus *de Composit. Verbor.* §. 18. Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. ὅρος γάρ δή τις ἐστὶν ἐκλογῆς τε ὀνομάτων καὶ κάλλους συνθέσεως ὁ Δημοσθένης. ἐν δὴ τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ τρία μέν ἐστιν, ἃ τὴν πρώτην περίοδον συμπληροῖ κῶλα· οἱ δὲ ταῦτα καταμετροῦντες οἵδε εἰσὶν οἱ ῥυθμοί. Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. ἄρχει δὲ τοῦδε τοῦ κώλου βακχεῖος ῥυθμὸς, ἔπειθ' ἕπεται σπονδεῖος, εἶτα ἀνάπαιστος, καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος σπονδεῖος, εἶθ' ἑξῆς Κρητικοὶ τρεῖς, σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος. τοῦ δὲ δευτέρου, ὅσην εὔνοιαν caetera, quae eadem fide et diligentia exsequitur in pedes et numeros digerendo. Rursus idem in eodem libello numeros huius exordii attingit, sc. §. 25. et deinde ad tantae ἀκριβείας atque sollicitudinis *defensionem* se accingit, quam meam pariter atque huiusce adnotationis quam maxime cupio fieri. TAYLOR. τοῖς θεοῖς Paris. secundus, quintus, sextus, septimus, August. primus, secundus et quartus, Bavaricus, Harleianus, Vindob. Aldus. REISK. θεοῖς sine articulo etiam Rufus l. c. SCHAEFER.

P. 225. v. 2. πάσαις] ἐλλείπει ταῖς θεαῖς Tiberius l. c. Plene Homerus Il. VIII. 5. SCHAEFER.

P. 225. v. 2. ὅσην εὔνοιαν — πᾶσιν ὑμῖν] Citant Excerpta

ex Grammatica Georgii Lecapeni in Matthaei Lectt. Mosqu. T. I. p. 62. SCHAEFER.

P. 225. v. 2. ὅσην εὔνοιαν κ. τ. λ.] Iuliani imitationem tetigit Wyttenbachius in Iulianeis p. 137. Lips. SCHAEFER.

P. 226. v. 1. παρ' ὑμῶν] καὶ παρ' ὑμῶν Rufus l. c. SCHAEFER.

P. 226. v. 2. μάλισθ'] κάλλιστα Paris. sextus cum γρ. REISK.

P. 226. v. 3. παραστῆσαι] Disputatur, quid id esset, quod precatur *Demosthenes* τοὺς θεοὺς παραστῆσαι: utrum scil. τοῦθ', ὅπερ ἦν ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων εὐσεβείας, an illud demum, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι. In hac sententia est Interpres, adeoque verba, ὅπερ ἐστὶ — δόξης, in quadam quasi parenthesi concludit. Ego tamen aliter sentio. Nam pag. 228, 2. ubi hanc precationem instaurat, legimus: ὅ τι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν. Et mecum est Interpres Italus. TAYLOR. Sane cohaerent syntactice ὅπερ et τοῦτο. Quae sequuntur, μὴ τὸν ἀντίδικον —, addita sunt ἐπεξηγήσεως χάριν. De v. παραστῆσαι v. Dorvill. ad Chariton. p. 438. Lips. Idem ibid. p. 498. tradit in nonnullis libris perperam legi παραστῆναι. SCHAEFER.

P. 226. v. 5. περὶ τοῦ — ἐμοῦ δεῖ] Hermogenes p. 292. πλεῖον δὲ τὸ τῆς ἐπιμελείας καὶ τοῦ κάλλους ἔχουσιν αἱ μικραὶ τῶν λέξεων καὶ δι' ὀλίγων συγκείμεναι συλλαβῶν, οἷον· περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ. REISK.

P. 226. v. 6. ἐμοῦ] Abest a texto August. quarti, sed est in eiusdem margine, a manu tamen, ut videtur, non eadem. REISK.

P. 226. v. 7. τὸν ὅρκον — ἀκροᾶσθαι] Verba iurisiurandi iudicum sunt: καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν. Demosth. in Timocrat. p. 747. SEAGER. *Diar. Class.* LIII. p. 50.

P. 226. v. 8. ἀκροᾶσθαι] ἀκροάσασθαι Bekker. e Cod. SCHAEFER.

P. 226. v. 8. τοῦτο δ' ἐστὶν κ. τ. λ.] Minucianus p. 158. locum hunc citans enthymema ἀπὸ τοῦ καθόλου appellat. REISK. *Περὶ τοῦ καθόλου* tradit Tiberius hoc ipso utens loco p. 38. SCHAEFER.

P. 226. v. 10. προκατεγνωκέναι μηδὲν] Inter προκατεγνωκέναι et μηδὲν velim μηδενὸς interponi. REISK. Locus si quo laboraret defectu, addi oporteret μηδετέρου, non μηδενός. Sed nullo laborat: quippe ad προκατεγνωκέναι subaud. τοῦ εἰσαχθέντος. SCHAEFER.

P. 226. v. 10. οὐδὲ] Plene οὐδὲ μόνον. V. H. Stephani Thesaur. c. 6225. C. et not. ad p. 257, 6. 7. 262, 12. SCHAEFER.

P. 226. v. 11. ἀμφοτέροις] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 226. v. 11. ἀλλὰ καὶ — τῇ ἀπολογίᾳ] ἀλλὰ τὸ καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ ἀπολογίᾳ August. secundus. καὶ τὸ τῇ ἀπολογίᾳ Aldina Taylori. REISK.

P. 226. v. 11. ἀλλὰ καὶ — ἐᾶσαι χρήσασθαι]. Ulpianus in

praefatione: μηδέπω συστήσας, πότερον αὐτὸν ἢ Κτησιφῶντα ἀπολογήσασθαι δεῖ, συναρπάσας τοῦτο ὡς ὁμολογούμενον ἀξιοῖ τοὺς ἀκούοντας ἐπιτρέπειν αὐτῷ, καθ' ἣν βούληται τάξιν προάγειν τὸν λόγον. WOLF.

P. 226. v. 11. τὸ τῇ τάξει — ἐᾶσαι χρήσασθαι] Tiberius l. c. dat sic contracta: τὸ τῇ τάξει καὶ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρῆσθαι. SCHAEFER.

P. 226. v. 11. τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ] Non haec illa exagitata figura hendiadyοῖν, neque aequipollet dictioni τῇ τάξει τῆς ἀπολογίας, sed parum quid deest. Desunt ὥσπερ ἐν τῇ κατηγορίᾳ, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. *sed etiam, ut in accusatione, ita in defensione quoque litigantium quemque eo sinere rerum ordine causam exsequi, quem pro arbitrio suo delegerit.* Nam si defensionis solummodo facta hic esset mentio, quî conveniret deinceps ἕκαστος τῶν ἀγωνιζομένων? REISK. Consulto locutus est Orator perplexius, ut veniam ordinis pervertendi tanquam suffuraretur. SCHAEFER.

P. 226. v. 13. χρήσασθαι] χρῆσθαι Paris. primus, August. primus. REISK. It. Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 226. v. 13. πολλὰ μὲν οὖν κ. τ. λ.] Interpretatur rhetorico modo h. l. Aristides de D. C. p. 204. initio capitis περὶ περιβολῆς seu de amplificatione: πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. τοῦτο ἀόριστον. νῦν τὸ ὡρισμένον, ἐν ἀθροίσματι προσληφθέν. δύο δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα. εἶτα ταῦτα κατ' εἶδος ἐμέρισεν. ἓν μὲν — ἄχθεσθαι. ἅπαντα γὰρ ταῦτα περιβολῆς ἐστι. ἡ πρόληψις τοῦ ἀορίστου. — τὸ ἐν ἀθροίσματι συλλαβεῖν. — τὸ κατ' εἶδος μερίσαι —. REISK.

P. 226. v. 13. πολλὰ μὲν οὖν — Αἰσχίνου] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 23. SCHAEFER.

P. 226. v. 16. ἀγωνίζομαι] Loco huius verbi dat Aristides p. 206. νῦν ἐμοὶ ὁ ἀγών. REISK.

P. 226. v. 16. οὐ γάρ ἐστιν — ἀρχόμενος τοῦ λόγου] *Non pari ego et adversarius periculo ad iudicium venimus: sed mihi quidem —. Nolo quicquam initio dicendi ominosius proloqui.* Aquila Romanus p. 147. Ruhnk. SCHAEFER.

P. 226. v. 18. ἐλεῖν] Super ἑλεῖν superscriptum est in Bavarico λαβεῖν, credo, pro scholio. REISK.

P. 226. v. 18. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν —] Vertit Aquila Romanus in libro de Figur. Sentent. iuxta init. Adde Quintilian. IX. 2. Hermogen. p. 352. 410. TAYLOR. Citat h. l. Hermogenes p. 352. *) et 410. Demetrius Phalereus ex edit. Galei p. 149, 1. [p. 138. edit. Fischer.] REISK. It. Tiberius p. 25. ubi v. Boissonad. cui iunge Ruhnken. ad Aquil. Rom. l. c. SCHAEFER.

*) V. not. ad p. 206, 26. SCHAEFER.

P. 226. v. 18. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν —] Suidas exponit ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω. WOLF.

P. 226. v. 18. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν — οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς] Sic est quoque in texto Bavarici, verum margo ita dat: γϱ. ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι δυσχερὲς. In ἐγὼ consentit etiam Aldina Taylori. REISK. Consentiunt etiam Demetrius Phaler. cum Tiberio ll. cc. ad idemque refertur Suidae expositio. V. Galeus ad Demetr. SCHAEFER.

P. 226. v. 19. εἰπεῖν οὐδὲν] Invertit August. primus. REISK. It. Hermogenes p. 352. Sed Demetrius et Tiberius ll. cc. οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν. SCHAEFER.

P. 226. v. 19. ἀρχόμενος τοῦ λόγου] Hermogenes l. c. ἀρχ. τοῦ λέγειν. Demetrius plane omisit. SCHAEFER.

P. 226. v. 19. ἐκ περιουσίας] Catilina apud Sallustium: *Nos pro libertate, pro patria, pro vita certamus: illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum.* ἐκεῖνοι δ' ἐκ περιουσίας ἀγωνίζονται ὑπὲρ τῶν ὀλιγαρχικῶν, ἤ, ὑπὲρ τῶν ὀλίγων δυναστείας. WOLF. *ex abundantia.* Nollem istud *supervacaneum* Wolfii et Lambini: multo minus *ex nimia rerum affluentia,* quod dedit Anonymus: omnium minime quod Etruscus: *e costui m' accusa per tempo che gli avanza.* Nos forte diceremus: *the odds are on the side of Aeschines. or, the difference of the account. contentio inter nos inaequaliter admodum est comparata.* V. Harpocrat. Suidam v. Ἐκ περιουσίας et Demetr. Phaler. §. 265. TAYLOR. Laborasse iam veteres in huius loci recta perceptione et interpretatione, constat ex Harpocratione, qui in v. Ἐκ περιουσίας prodit, interpretationem ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος sibi magis probari, quam eorum, qui v. περιουσίαν de opulentia accipiant. Et profecto haud leve quoque est hanc dictionem, ἐκ περιουσίας, latine reddere, si presse quidem et concinne reddere velis, unaque significationes, quae in ea insunt, adumbrare. Insunt autem ei hae tres praecipue notiones, quas vernacule mihi liceat primum exprimere, deinde latius latinis verbis declarabo: 1. *vor lieber langer Weile,* fallendi otii ergo, quia quod agat melius nil est, me vexat; 2. *aus blossem Uebermuthe und Muthwillen,* ex mero fastu, insolentia, protervia, petulantia; 3. sed hoc in primis, *weil er allemal nichts dabey verliert, der Austrag der Sache sey für ihn, wie er auch immer wolle,* quia, quicunque erit causae exitus, sive secundus sibi, sive adversus, res suae, Aeschinis puta, post causam dictam (etiamsi amissam) nihilo meliore *) loco erunt, quam fuerunt ante causae dictionem. Si nihil lucretur, nihil tamen rursus multabitur. *Er wagts verlorner Weise: gewinnt er, ist es desto besser, verliert*

*) Immo deteriore. SCHAEFER.

er, so ist er darum nicht schlimmer dran, als vorhin. Ingenio si natus essem eo, ut studio delectarer, quod ego miserum ducens nunquam non refugi, sed alii quamplurimi totas aetates in eo conterunt, neque satiari possunt, ut similes dictiones ex auctoribus in adversaria aut in commentarios suos comportent, nullus dubito, multo altiorem exstiturum fuisse acervum locorum ex omni aetate et ordine auctorum constructum, ubi dictio ἐκ περιουσίας occurrit. Multo plures mihi loci similes occurrerunt Graecos legenti, sed transmisi plerosque, cum adversaria ad manum non essent, pigeretque quaerendorum ergo surgere. Annotavi tamen hos paucos, quos hic proponam, unde constabit, hanc dictionem ita esse a vetustis usurpatam, ut illarum trium, quas paulo ante enumerabam, significationum vestigia satis insignia in iis appareant. Non tamen omnibus omnino locis illae tres significationes simul insunt, sed alii loco haec, alii alia, quarum quae cuique conveniat, e loci cuiusque natura colligendum est. Primus igitur esto locus ille, omnium κορυφαιότατος, fons reliquorum, Thucydidis V. 103. ubi praecipit χρῆσθαι τῇ ἐλπίδι ἐκ περιουσίας, uti quidem spe, verumtamen non ut praesidio palmario, sed *ex supervacaneo*, *ex abundanti*, velut adminiculo secundario, quod non tu quidem asperneris, attamen illi minimum omnium tribuas, sic ea fidas, ut sine ulla fraude tua prorsus aequissimo animo careas hac anchora, quia multo pluribus multoque firmioribus aliis niteris, ut, si prosper exitus spei tuae respondeat, laeteris, sin te fallat, nil ideo deteriore loco sis. Dio Chrysostomus p. 423, 29. queritur, Tarsensium quosdam πολιτεύεσθαι ἐκ περιουσίας, remp. attingere obiter, subsecivis horis, fallendi otii ergo, cuius cum nonnihil supersit a negotiis domesticis peractis, in curiam, in forum provolant, quod melius agant non habentes. Philostratus p. 520, 22. ἐκ περιουσίας ἐκράτει τὴν πρεσβείαν, obtinebat legationem e superabundantia, h. e. non solummodo causam vincebat, ob quam missus in Urbem fuerat, sed etiam *insuper* multas impetrabet largitiones et gratias, neque rogatas, neque speratas. item p. 534, 19. Iulianus in Misopogone (citatus a Valesio ad Harpocrat. p. 46.): ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησε, non ipsum solummodo magistratum dehonestat, sed *insuper* quoque leges ipsas proculcat. Libanius T. I. p. 714, 10. οἱ ἐκ περιουσίας τῷ πολέμῳ χρώμενοι sunt, qui bella gerunt mera ex libidine et petulantia, otii fallendi causa, non quo rem suam faciant, sed quia nihil amittunt. Apud Hermogenem p. 110. ed. Crisp. caput est περὶ τῶν ἐκ περιουσίας προοιμίων, de proloquiis accessoriis, quae veluti mantissae loco adduntur, tametsi sine iis quoque oratio sibi constet. REISK. *at a great advantage.* Figura videtur ab iis desumta, qui supervacanea tantum ex fortunis suis in discrimen committunt, quibus vel amissis iacturam non ita magnam faciunt. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 50. Add. He-

sych. T. I. c. 1147. Ind. ad Demosth. p. 399. s. et H. Stephani Thesaur. c. 3591. B. C. SCHAEFER.

P. 226. v. 20. ἃ φύσει] Vulg. ὃ φύσει. Correxi de meo sensu ἃ (in neutro plurali) φ. *quae natura* (non, *quod natura*). Non enim cohaeret ὃ cum ἕτερον, *aliud, quod*, nequaquam: sed ἕτερον aptum est ex ἐλαττοῦμαι, *alterum eorum, quibus inferior sum Aeschine, hoc est.* Tum enarrat illud. ἃ in neutro plurali refertur ad insequens τούτων τοίνυν versu 22. *quae natura hominibus omnibus insunt, ut —, eorum igitur alterum quidem —, alterum vero —.* REISK. ὅτι φύσει Wunderlichius secutus Bekkerum, qui sic dederat in editione Halensi huius Orationis (a. 1815.), refellensque Reiskii commentum praefat. p. XXXIII. ed. alt. Sed unice tenendum ὃ φ., quod Bekkerus nuper revocavit. SCHAEFER.

P. 226. v. 21. τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς] τοῖς δ' ἐπαινοῦσί γ' αὐτοὺς Paris. tertius. Aldina Taylori nihil annotarat praeter δ' post τοῖς. REISK. Malim τοῖς δ' ἐπαινοῦσιν αὐτούς. Sic paullo concinnior fit positus particularum μέν et δέ. Quanquam non ignoro passim praeferri minus concinnum. Plato de Republ. V. p. 453. in. HSt. εἰς τὰ μὲν οἷά τε, εἰς δὲ τὰ οὔ. ubi tamen al. τὰ δέ. SCHAEFER.

P. 226. v. 22. ἄχθεσθαι] Post h. v. plenius interpungendum: neque enim quae sequuntur cum antegressis syntactice cohaerent. SCHAEFER.

P. 226. v. 23. ὡς ἔπος εἰπεῖν] Aretinus: *ut ita dicam.* Melanchthon: *quod fere omnibus ingratum est.* Perionius: *quod omnes solet offendere.* Meletus: *ut uno verbo dicam.* WOLF.

P. 226. v. 25. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο κ. τ. λ.] Cicero sive quis alius in Sallustium: *Quo me vertam, P. C.? Unde initium sumam? Maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de vita atque rebus nostris huic conviciatori respondebo, invidia gloriam consequitur: aut si huius facta, mores, omnem aetatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio.* WOLF.

P. 226. v. 27. ἂν] ἐὰν Paris. primus, August. secundus REISK.

P. 226. v. 27. ἂν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα κ. τ. λ.] Hermogenes p. 429. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου μέλλων ἑαυτὸν ἐπαινεῖν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν πολλάκις χρῆται τῇ ἀνάγκῃ λέγων· ἐὰν δὲ ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα —. REISK.

P. 226. v. 28. βαδίζω] V. Dorvill. ad Chariton. p. 439. Lips SCHAEFER.

P. 227. v. 1. πειράσομαι — ποιεῖν] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 75. SCHAEFER.

P. 227. v. 1. τοῦτο] Omittit Paris. tertius. REISK.

P. 227. v. 1. ποιεῖν] εἰπεῖν August. secundus. REISK.

P. 227. v. 2. ἀναγκάζῃ] ἀναγκάζει August. quartus. REISK.

P. 227. v. 3. δίκαιος] δίκαιον Paris. sextus cum γρ. REISK.

P. 227. v. 5. δικασταὶ] Fortasse exspectes quod hac in oratione toties legitur Ἀθηναῖοι. Et sic plures Bekkeri Codices. Sed v. p. 293, 23. SCHAEFER.

P. 227. v. 6. τε] Omisit Bekker. Nec pati haec formula encliticam videtur, quandoquidem Demosthenes et Ctesiphon ut duo, non ut ambo, cogitantur. SCHAEFER.

P. 227. v. 7. μὲν γὰρ] Absunt a Paris. primo. REISK.

P. 227. v. 8. τῳ] τινί. WOLF.

P. 227. v. 8. συμβαίνῃ] συμβαίῃ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 227. v. 8. μάλιστα — ὅσῳ] ἀντὶ τοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον — ὅσῳ. WOLF. Fallitur. V. Matthiae Gr. Gr. §. 462. SCHAEFER.

P. 227. v. 10. τε] Vulg. deest. Addunt Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 227. v. 11. μέγιστόν] F. ἓν τῶν μεγίστων. REISK. Aliquanto gravius vulgatum multoque magis decens orationem captantis auram popularem. SCHAEFER.

P. 227. v. 11. ἐστι] ἐστιν Bekker. SCHAEFER.

P. 227. v. 11. περὶ τούτων — ἀπολογουμένου] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. pag. 58. non sine vitio: vitiosius etiam Lexicon Paris. apud Osannum ad Philem. p. 257. SCHAEFER.

P. 227. v. 13. κατηγορημένων] κατηγορουμένων MSti Vind. Harl. Guelpherbytanus optimus cum Regg. α. ε. ζ. TAYLOR. κατηγορουμένων etiam Aldina Taylori. REISK. Item Georgius Lecapenus l. c. SCHAEFER.

P. 227. v. 13. δικαίως] Satis erat ὁμοίως ἀκοῦσαί μου ἀπολογουμένου, sine δικαίως. Et arbitror esse glossam τοῦ ὁμοίως, cum supra dicitur: in Lege πρὸς τοῖς ἄλλοις δ ι κ α ί ο ι ς καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁ μ ο ί ω ς ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Vide autem p. 244, 8. TAYLOR. ὁμοίως non cohaeret cum ἀκοῦσαι, sed cum ὑμῶν. *a votis cunctis pariter*, excepto nemine, nobili ignobilive, potente an infirmo, sene an iuvene, *peto atque contendo.* REISK.

P. 227. v. 17. τῷ] Abest ab edit. P. Manutii. REISK.

P. 227. v. 17. ὑμᾶς] Omittunt August. secundus et quartus item Bavaricus. REISK.

P. 227. v. 18. γέ μοι] γ' ἐμοὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 227. v. 18. ὁρῶν — διαβολὰς] Scholiastes Hermogenis: διττὸν τὸ τῆς διαβολῆς ὄνομα. ἐπί τε γὰρ τῆς διαβολῆς αὐτῆς (calumniatione, ut in vulgari sermone accipitur) τάττεται, ὡς παρὰ

Μενάνδρῳ· οὐκ ἔστιν οὐδὲ διάβολος γραῦς ἔνδον *). καὶ ἐπὶ τῆς κατηγορίας, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου φησίν· ὁρῶ γάρ, ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς —. REISK.

P. 227. v. 19. *πρότερος*] *πρότερον* Cod. Guelph. cum Regio ζ. et Vind. Sed non habeo necesse. Infra p. 301, 25. *σὺ τοσοῦτον ὑπερῇρας ῥώμῃ καὶ τόλμῃ τοὺς ἄλλους, ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτός;* TAYLOR. August. primi librarius primum ipse quoque dederat *πρότερον*, sed postmodum ipse correxit *πρότερος*. REISK. Qui mox dederunt *ὕστερον* pro *ὑστέρου*, videntur etiam hîc dare debuisse *πρότερον*, quod non est accusativus masculini generis, pro quo Taylorus, opinor, habuit, alioqui vix citaturus p. 301, 25., sed adverbium. SCHAEFER.

P. 227. v. 20. *παρελθεῖν*] Suidas in v. et Ulpianus ad Orat. de Rebus Chersonesitanis, ubi ait, *παρελθεῖν* in hac Oratione sumi *ἀντὶ τοῦ νικῆσαι*. Add. Vales. ad Harpocrat. p. 153. TAYLOR. *εἰσελθεῖν* Paris. sextus cum γρ. Citat h. l. Harpocration v. *παρελθεῖν* interpretans *ἀντὶ τοῦ νικῆσαι*. Simile ductum a certantibus cursu seu pedestri, seu equestri, seu curuli, et contendentibus inter sese praevertere. REISK. Add. Photius c. 289. in. SCHAEFER.

P. 227. v. 21. *διαφυλάττων*] *φυλάττων* simplex August. secundus. REISK.

P. 227. v. 21. *τοῦ ὑστέρου λέγοντος*] *ὑστέρου* Codd. Vind. Guelph. Ital. Ven. et Reg. α. TAYLOR. Sic etiam Ald. Tayl. August. primus et quartus. Vulg. *τοῦ λέγοντος ὕστερον*. Praetuli *τοῦ ὑστέρου λέγοντος*. REISK. Ordinem verborum pro arbitrio mutavit, cum libri habeant *τοῦ λέγοντος ὑστέρου*. *τοῦ λέγοντος ὕστερον* revocarunt Wunderlich. et Bekker. Reiskii scripturam probat Kiddius ad Dawesii Miscell. p. 572. SCHAEFER.

P. 227. v. 22. *προσδέξεται — ποιήσεται*] Pro *προσδέξηται* et *ποιήσηται* editi omnes et MSti (nostri certe) *προσδέξεται* et *ποιήσεται*. TAYLOR. Taylorus malit cum Wolfio *προσδέξηται* et *ποιήσηται*. REISK. Soloecismum maluerunt, quem tiro nunc caveat. SCHAEFER.

P. 227. v. 23. *διάγνωσιν*] γρ. *διαγνώμην*, Ἀττικῶς. Ita σχ. Ulpiani. TAYLOR. *διαγνώμην* ex Ulpiano legi vult Taylorus. REISK. Est vox Thucydidea, qua Oratorem usum esse mihi quidem parum probabile fit: quanquam Thucydideis passim colorari orationem Demosthenicam non ignoro. Mirum errorem Thomae Mag. p. 211. oportuit ab Interpretibus acrius castigari. SCHAEFER.

P. 227. v. 23. *ποιήσεται*] V. modo annotata ad v. 22. *πεποίηται* dat August. secundus. REISK.

P. 227. v. 25. *πάντων*] *ἁπάντων* Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK. *ἁπάντων* Bekker. SCHAEFER.

---

*) Frustra quaesivi in Sylloge Meinekiana. SCHAEFER.

P. 227. v. 25. *μέλλων δὲ τοῦ τε ἰδίου βίου παντὸς κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 352. *αἱ δ' ἐνδοιαστικαὶ ἐπικρίσεις ἧττον ἔχουσι τὸ ἐνδιάθετον, ἠθικαὶ μέντοι οὐδὲν ἧττόν εἰσι καὶ μᾶλλον προσήκουσι τῇ βαρύτητι, οἷον· μέλλων δὲ τοῦ τ' ἰδίου βίου παντὸς* etc. REISK.

P. 227. v. 25. *ὡς ἔοικε*] Aretinus: *ut videtur.* Meletus: *sicut convenit.* Caeteri praetermiserunt. WOLF.

P. 227. v. 26. *βούλομαι, καθάπερ ἐν ἀρχῇ*] Quatuor haec verba desiderantur in Paris. primo, tria postrema in August. primo et secundo. REISK. *καθάπερ ἐν ἀρχῇ* uncis inclusit Wunderlich. Ego non imiter. SCHAEFER.

P. 227. v. 28. *ἐγὼ*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 228. v. 1. *παρ' ὑμῶν*], Omittit August. secundus. REISK.

P. 228. v. 3. *τοὺς θεοὺς*] Omittit August. secundus, sed sunt a nova manu in margine addita. REISK.

P. 228. v. 5. *εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε κ. τ. λ.*] Syrianus p. 79. ad Hermogenem: *μάλιστα μὲν οὖν δεῖ περὶ τὸ κρινόμενον ἵστασθαι πᾶσαν τὴν δικαιολογίαν. εἰ δ' ἄρα τι κατεπείγει ἔξωθέν τινα παρεισάγειν, μιᾷ τῶν τριῶν μεθόδων χρησόμεθα τῶν τεχνικῶν, αἷς ὅ τε Θουκυδίδης κέχρηται καὶ ὁ Δημοσθένης παρ' αὐτοῦ* [hic videtur *λαβὼν* vel tale quid deesse]. *ἢ γὰρ ἐπὶ τὰ πράγματα ἀνοίσομεν τὴν αἰτίαν, ἢ ἐπὶ τὰ πρόσωπα τὰ ἔξωθεν, ἢ, τὸ βιαιότερον, εἰς αὐτὸν τὸν ἀντίδικον. ἐπὶ μὲν τὰ πράγματα, ὡς ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας* [hic error est memoriae, nam locus legitur in Or. pro corona p. 230, 23.]· *ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες, καὶ προσῆκον ἴσως, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ὑμᾶς ἀναμνῆσαι, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε. ἐπὶ δὲ τὰ ἔξωθεν πρόσωπα, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· ἀναγκαῖον δ' ὑπολαμβάνω καὶ δίκαιον ἅμα περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν* [fieri potest, ut haec verba in Oratione in Aristocratem legantur *): insequentia certe leguntur in Or. pro corona p. 228, 11.], *ἵνα μηδεὶς ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μόνου* [lege *μου*]. *ἐπὶ δὲ τὸν ἀντίδικον αὐτὸν, ὡς ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου* [p. 236, 26.]· *ἀξιῶ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ δέομαι, τοῦτο μεμνῆσθαι παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, ὅτι, μὴ κατηγορήσαντος Αἰσχίνου μηδὲν ἔξω τῆς γραφῆς, οὐδ' ἂν ἐγὼ λόγον ἐποιούμην —. καὶ πάλιν* [p. 228, 5.]· *εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβλήματος* [Technici menti problemata obversari nil mirum est. Lege *προβουλεύματος*.] *εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην. — ἐπισημαίνεσθαι δ' ἄξιον, ὡς οὐκ ἀρκεῖ μόνον μιᾷ χρῆσθαι τῶν τριῶν μεθόδων βουλομένους τὸ παρὰ τὸ κρινόμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐνδείκνυσθαι, ὅτι*

---

*) Nisi forte hic etiam error est memoriae. Conf. v. 10. Ut Syrianus Demosthenica e nostra oratione omnia petiisse videatur. SCHAEFER.

διὰ βραχέων λέξει τὰ παρὰ τὸ κρινόμενον καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸ κρινόμενον ἥξει. πανταχοῦ γοῦν καὶ Δημοσθένης τό γε πρῶτον προστίθησι [malim *τόδε πρῶτον προτίθησι*], *τὸ μικρὰ ἢ βραχέα περὶ τῶν ἐξαγωνίων ἐρεῖν.* REISK.

P. 228. v. 5. *εἰ μὲν οὖν — ἀπελογούμην*] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 28. SCHAEFER.

P. 228. v. 6. *κατηγόρησεν*] *ἐκατηγόρει* Reg. *α.* TAYLOR. V. II. Stephani Thesaur. c. 612. S. SCHAEFER.

P. 228. v. 7. *προβουλεύματος*] V. Photius c. 333. extr. SCHAEFER.

P. 228. v. 7. *εὐθὺς*] In Aldina Taylori punctis subnotatum est. REISK.

P. 228. v. 8. *τἄλλα*] *τἆλλα*, ut solet, Bekker. SCHAEFER.

P. 228. v. 8. *ἀνάλωκε*] *ἀνήλωκε* Ask. Harl. Regg. *α. ε. ζ.* Lind. et Obsop. approbante ipso Obsopoeo. TAYLOR. Sic Paris. sextus cum *γρ.* August. primus, secundus et quartus. Utramque lectionem dat pro more suo Bavar. REISK. *ἀνήλωκε* Bekker. Eadem forma placuit Bremio not. ad p. 93, 1. SCHAEFER.

P. 228. v. 8. *πλεῖστα*] *πλείω* August. secundus. REISK.

P. 228. v. 11. *πρῶτον εἰπεῖν*] Invertit August. secundus. *πρώτων* (in genitivo plur.) dat August. quartus. REISK. *εἰπεῖν πρῶτον* Bekker. Nostrum ordinem Syrianus tueri videtur. V. not. ad v. 5. SCHAEFER.

P. 228. v. 12. *δικαίων*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 228. v. 13. *βεβλασφήμηκε*] Nota augmentum. SCHAEFER.

P. 228. v. 15. *λέγω*] *γρ. λέξω* Paris. sextus. REISK.

P. 228. v. 15. *εἰ μὲν ἴστε με κ. τ. λ.*] Aristides p. 248. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ ὅταν τις τὰς κρίσεις τῶν ταῦτα ἀκουόντων, ἐφ' οἷς ἂν λέγῃ, προσλαμβάνῃ, ὡς καὶ παρ' ἐκείνοις ὁμολογουμένων τῶν πραγμάτων. — οἷον· εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα.* REISK.

P. 228. v. 16. *οὗτος*] Abest ab August. quarto. Eius loco est *αὐτὸς* in Paris. tertio. REISK.

P. 228. v. 16. *οὐ γὰρ —*] Sentit unusquisque legentium, hiare sententiam et saltim tacite post *ᾐτιᾶτο* subiicienda esse haec: (nam ut addantur, necesse non est, neque tam sum hospes in antiquis auctoribus, ut tales hiatus ratiociniorum mirer, ut potius bene mihi constet, in Ciceronis Philosophicis et aliis quibusdam talibus, item oratoribus, eos singulis pene paginis occurrere, ubi lectorum solertia defectus sarciri debet:) *οἷος δ' ἐγώ εἰμι, ῥᾴδιον ὑμῖν γνῶναι.* vel: *δύνασθε δὲ ἐμὲ, ὁποῖός εἰμι, εἰδέναι.* *facile enim vobis est me nosse, quippe qui totam aetatem meam inter vos exegerim.* REISK.

P. 228. v. 17. *μηδὲ φωνὴν*] *καὶ μηδὲ φωνὴν* August. secundus. REISK.

P. 228. v. 17. ἀνάσχησθε] ἀνασχήσεσθε August. quartus. REISK. Videtur confusa esse διττογραφία, ἀνάσχησθε et ἀνάσχεσθε. Prius laudandum, posterius tolerandum, fortasse etiam Aristidi suo in libro lectum. V. not. ad Poët. Gnom. p. 155. SCHAEFER.

P. 228. v. 17. ἀνάσχησθε] Scil. ἐμοῦ γρύξαντος. Aristides de D. C. p. 194. ὅτε δὲ καθ' ὑπερβολὴν δύνασαι ἀποδεῖξαι μὴ ἀδικοῦντα σεαυτὸν, ἐκεῖ δὲ θρασύτητι χρῆσθαι τοιαύτῃ, ἀφαιρεῖν σεαυτὸν συγγνώμης ἢ φιλανθρωπίας τῆς παρὰ τῶν δικαστῶν, ὡς ὅταν λέγῃς· μηδὲ φωνὴν ἀνέχεσθε — καταψηφίσασθε. REISK.

P. 228. v. 20. καὶ ἐκ βελτιόνων] Formula. Lysias Orat. IX. κατὰ Θεομνήστου p. 118. edit. Stephan. ἀλλ' ὅτι βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων ὁ φεύγων ἐμοῦ; MARKLAND.

P. 228. v. 21. καὶ] καὶ prius abest ab August. quarto. REISK.

P. 228. v. 22. γινώσκετε] γιγνώσκετε Bekker. SCHAEFER.

P. 228. v. 22. μὲν δὴ] Vulg. μέν. Addit August. quartus δή. δὴ addidi, quod h. l. idem est atque ἤδη, *a iam nunc*, *von nun an*. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 228. v. 23. πιστεύετε] πιστεύητε August. quartus. REISK.

P. 228. v. 26. γεγενημένων] Omittunt Paris. primus et August. primus et secundus, quamquam in utriusque margine recentior manus id addidit. REISK.

P. 228. v. 27. κακοήθης] H. l. *malitiose ingeniosus*. Docet quod ei mox opponitur εὔηθες ᾠήθης. SCHAEFER.

P. 228. v. 27. εὔηθες] ἀντὶ τοῦ, εὐήθως. WOLF.

P. 228. v. 29. τρέψεσθαι] τρέψασθαι Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. τρέψασθαι Wunderlich. edidit praefat. p. XXI. s. exponens, cur aoristum praetulerit. Ego futurum teneo. SCHAEFER.

P. 229. v. 1. οὐχ] οὐδ' Paris. tertius. REISK.

P. 229. v. 1. τετύφωμαι] Vide Harpocrat. in v. et Vales. p. 187. TAYLOR. It. Anecd. Bekk. p. 308, 10. et Photium c. 427. S. SCHAEFER.

P. 229. v. 2. διέβαλλες] Aberat hoc verbum ab August. quarto. Eius loco relictum erat ibi vacuum spatiolum. διέβαλες dant Aldus et P. Manutius. REISK.

P. 229. v. 2. αὐτίκα] Abest a Bavarico. REISK.

P. 229. v. 2. τῆς δὲ πομπείας κ. τ. λ.] Ex h. l. Ammonius p. 115. et Thomas Mag. p. 730. citant haec: τῆς δὲ πομπείας ταύτης ὕστερον. Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 58. haec: τῆς δὲ πομπείας τῆς ἀνέδην οὑτωσὶ γεγενημένης. Anecd. Bekk. p. 400, 20. haec: τῆς δὲ πομπείας ταυτης τῆς ἀνέδην γεγενημένης. SCHAEFER.

P. 229. v. 2. πομπείας] Ulpian. ὕβρεως, λοιδορίας, διὰ τὸ ἐν ταῖς πομπαῖς κωμῳδεῖν καὶ λοιδορεῖν ἀλλήλους. Deinde sequitur

Scholion aliud, alterius, ut puto, scriptoris, quod tamen non longe distat sensu et interpretatione. Infra scripsit Noster p. 268, 25. ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο. ubi rursus consules σχ. ad locum. Addes porro Hermogenem π. μεθ. δεινότ. statim ab initio, Harpocrat. v. Πομπείας, Suid. quoque v. Πομπεία et Πομπείας, Magistr. et Ammon. v. Πομπή. σχ. Aristoph. Plut. 1015. TAYLOR. Add. Photius c. 327. et Valcken. ad Ammon. l. c. SCHAEFER.

P. 229. v. 3. ἀναίδην] Cum non significet ἀναιδῶς, sed ἀπαρακαλύπτως, rectius scribi videtur per ε̄ ἀνέδην, παρὰ τὸ ἀνιέναι, sicut συστάδην, βάδην, παρὰ τὸ συνιστάναι, βάναι *). WOLF. Iterum audi σχ. nostrum: Ἐὰν μὲν διὰ τῆς διφθόγγου γράφηται, τῆς ἀναισχύντου λέγει, ἂν δὲ διὰ τοῦ ε̄, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῆς πολλῆς, ἐκ τῆς ἀνέσεως, ἀθρόας τε καὶ σφοδρᾶς. Et ego sane cum Ulpiano potiorem esse hanc lectionem iudico. Ob soni et literarum affinitatem iterum MSS. discordant circa has voces ad initium σχ. Orationis Timocrateae. ἀναίδην praeter Parisinam Benenati Ald. Ven. et Ital. ἀνέδην MSS. Ald. β. γ. ex Regiis, Harl. Vindob. editio optima Feliciani et Cod. Aug. TAYLOR. γρ. ἀνέδην Paris. secundus et tertius, August. secundus et quartus, P. Manut. index Aldi. Ex August. primo Taylorus ex fide Fabricii idem affert. Sed secus est. Consentit ille cum vulgata, quod iterum atque iterum inspicienti mihi certo constitit. Citat h. l. Harpocrat. v. πομπεία et Ammonius v. πομπή et Thomas Mag. item in v. πομπή. REISK. ἀνέδην Wunderlich. et Bekker., quomodo Anecd. Bekk. et Lecapenus ll. cc. Lecapenus quidem: γράφεται ἀεὶ ψιλόν. Conf. Weisk. de Hyperb. I. p. 27. SCHAEFER.

P. 229. v. 3. οὑτωσὶ] Abest a Paris. primo et August. primo atque secundo. REISK. Omisit Bekker. Neque habent Anecd. Bekk. l. c. Malim servari: satis ἠθικῶς enim additum videtur. SCHAEFER.

P. 229. v. 3. ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τούτοις] Vulg. ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν. ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τουτοισὶ August. primus, secundus et quartus. A texto Bavarici abest ἀκούειν, sed in margine sic legitur: γρ. βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τούτοις. REISK.

P. 229. v. 5. τούτοις] Bene τουτοισὶ Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 229. v. 6. καὶ δεινά] Absunt ab August. primo et secundo. REISK. Nec Sopater videtur legisse, cuius haec memoriter citantis locum attulit Reiskii nota ad v. 23. SCHAEFER.

P. 229. v. 6. καὶ] καὶ secundum omittit Paris. sextus. REISK.

---

*) Mirabile Wolfii commentum. SCHAEFER.

P. 229. v. 7. τάττουσι] διδόασι Paris. secundus cum γρ. August. secundus, Bavarici margo cum γρ. REISK.

P. 229. v. 7. τοῦ δὲ παρόντος — πάντα τὰ τοιαῦτα] Refert Hermogenes li. 1. ad περιττότητα κατὰ πλῆθος p. 408., ubi sic ait: πλῆθος δέ ἐστι ποικίλων ὀνομάτων ἰσοτίμων ἐπίχυσις εἰς κίνησιν ἤθους, οἷον· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ προπηλακισμὸν καὶ λοιδορίαν ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ὅπου καὶ τὸ πλῆθος ἔδειξεν εἰπὼν ὁμοῦ. REISK.

P. 229. v. 8. αὐτὴ] Vulg. αὕτη. γρ. αὐτὴ Paris. primus et sextus, August. primus, Bavar. Ald. P. Manut. Praetuli αὐτὴ. ipsum consilium propositumque, ad quod actor spectavit et contendit causam capessens, sepositis et secretis criminibus. REISK. αὕτη Bekker. SCHAEFER.

P. 229. v. 8. μὲν] Attende vim particulae. „περιγραφικὴν et περιοριστικὴν δύναμιν habet μὲν particula per se posita." Devarius de Partic. p. 205. Reusm. SCHAEFER.

P. 229. v. 10. ἐμοῦ] Damnat itaque Hermogenes [l. c. ad v. 7.] meam, quae mihi visa fuit, emendationem ἐμοῦ sufficientis in locum vulgatae ὁμοῦ eamque pro corruptela proscribit. Refragatorem habeo quoque Augustanum. Servandum si sit ὁμοῦ, convenientius ad meum quidem sensum stet pone καὶ ad hunc modum: — προπηλακισμὸν καὶ ὁμοῦ πάντα τὰ τοιαῦτα. REISK. ἐμοῦ etsi habet Cod. Bekk., vulgatam tamen ὁμοῦ bene revocarunt Wunderlichius cum Bekkero. SCHAEFER.

P. 229. v. 10. μέντοι] F. μὲν τοίνυν. WOLF. Fallitur. Tria Orator in hoc tanquam ingressu defensionis proponit: 1) atrocitatem criminum, 2) malum animum adversarii, 3) poenam sibi, si posset convinci, irrogandam. SCHAEFER.

P. 229. v. 12. ἔνι] Malim ἐνῆν. WOLF. ἔστι Paris. primus cum γρ. August. primus. ἔχει August. secundus. REISK.

P. 229. v. 12. οὐδ' ἐγγύς] Scil. τῆς ἀξίας δίκης. WOLF.

P. 229. v. 12. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — οὐδ' ἐν ἐπηρείας —] Forte, ἀλλ' ἐν, vel τὸ δ' ἐν ἐπηρείας, aut οὐ δὴ ἀφαιρεῖσθαι. Aretinus: *Non enim decet auferri ius populum adeundi nec in odio ac malevolentia istud ponere. Non enim rectum nec iustum nec civile est fieri, Athenienses.* Melanchthon: *Tanta vero crimina cum mihi obiecerit, ut ne pares quidem poenae inveniri queant, audet petere, ne mihi docendi potestas concedatur. Iniustissimum est autem et nequaquam civili societati conveniens, odio et petulantiae cuiusquam largiri, ne reus audiatur.* Perionius: *Neque enim eripienda est potestas veniendi ad populum nec causae dicendae facultas: nec id in obtrectationis aut invidiae loco ponendum: nec fieri recte atque ordine potest: nec id aequum est quidem, iudices. Sed eum oportuit* etc. Meletus: *ne in ipso quidem recenti facto.* (Sic τὸ οὐδ' ἐγγύς interpretatur.)

Non enim privandus est aditu populi et potestate dicendi Aeschines. Sed ut hoc ex petulantia atque invidia faciat, neque per deos est rectum neque civile neque iustum, viri Athenienses, sed in quibus etc. Locus est obscurus et controversus proptereaque suspectus. Ego meam interpretationem si non veram, at perspicuam esse puto. Connexio periodorum habet obscuritatem: *τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ* etc. — *τῶν μὲν τοίνυν κατηγοριῶν* etc. — *οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ* etc. — *ἀλλ' ἐφ' οἷς* etc. Est commemoratio quaedam in conquestione iniquitatis et confessio, maxima esse crimina et omni supplicio vindicanda recteque delata ad iudices, si vera essent. Eum enim esse iudiciorum usum, ut causae cognoscantur et nocentes mulctentur. Sed abuti iudicum benignitate ad criminandos ex odio atque invidia insontes, id quod nunc Aeschines faciat, id vero nequaquam esse ferendum. Sed in hac quoque sententia me nonnihil turbat, quia ait *προσελθεῖν τῷ δήμῳ*, ut non de *iudiciis*, sed de *concionibus* loqui videatur. Eodem pertinet etiam *τὸ λόγου τυχεῖν*. Queritur enim Isocrates, *τοὺς πολλοὺς οὐδὲ τῆς φωνῆς τῶν ἐναντιουμένων ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἐθέλειν ἀνασχέσθαι*. Quid ergo, si sic connectas? *Si crimina mihi obiecta vera essent, nec dignas poenas neque dignis proximas de me sumere possit resp. Quae cum mihi adeundi populi habendarumque concionum potestatem dederit, ea ego potestate sim abusus ad explendum odium meum adversus inimicos atque invidiam. Id quod neque rectum est* etc. *Atqui si me tantis in rebus Aeschines, quantas ea facit, pestem et perniciem reip. moliri videbat, cur non statim in iudicium adducebat?*

Cum via multa patet, nulla est bona. qua sit eundum
Ipse tibi monstret ductor Atlantiades.

WOLF. In Reiskiana haec annotatio Taylori dicitur: sed Wolfii esse ipsa Latinitas docet, Wolfiana illa, haudquaquam Tayloriana. SCHAEFER.

P. 229. v. 12. *οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ κ. τ. λ.*] *Ἐν τούτοις τοῖς ῥητοῖς*, ut conquestus est Ulpianus, *ἀσάφειά ἐστι πολλή*. Et merito sane. Interea voces ipsae sunt satis perspicuae: sed sententiae non recte cohaerent neque apte distribuuntur. Ego igitur primum lectoris oculis subiiciam eum ordinem et sequelam, quam ex Demosthene auctore profectam esse arbitror: deinde meam de ea re exponam sententiam, et iis rationibus, quas habeo, enitar vincere, simul et turbatum esse in textu, quo utimur vulgo, atque istius infelicitatis causam a me esse deprehensam. Ad hunc modum igitur loquitur Demosthenes, si me audias, scil. *τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμὸν ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· [ὃ] οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν,*

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ᾽ ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν· ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν, οὖσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι· εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ᾽ ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμενον. καὶ μὴν, εἴ τι τῶν ἄλλων ὧν νυνὶ διέβαλλε καὶ διεξῄει (scil. πράττοντά με ἑώρα) ἢ καὶ ἄλλ᾽ ὁτιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων καὶ τιμωρίαι καὶ κρίσεις —· καὶ τούτοις ἐξῆν ἅπασι χρῆσθαι. In his interpretandis versione utar propemodum Lambini: nam ille quadantenus in hac causa processit et pariter translationem instituit: *Crimina igitur mihi illata sunt multorum atque atrocium facinorum, quibusque poenae sunt acerbissimae legibus constitutae: sed tota haec accusatio nihil aliud habet propositi, quam improbam inimici calumniam, petulantiam, convicium, probrum et contumeliam caeteraque generis eiusdem.* [Omitto hic, quae repeti arbitror.] *Quod medius fidius, Athenienses, neque rectum neque civile neque iustum est ne ulla quidem ex parte. Non enim ius adeundi ad populum causaeque dicendae potestatem cuiquam eripere, non in ea re dolori suo servire neque maledicendi et petulanter alterum insectandi occasionem ex ea quaerere oportet: sed quae me facinora committere in remp. videbat, quum praesertim essent tanta, quanta modo voce pene tragica clamabat, eorum poenas a legibus constitutas, recentibus etiam tum maleficiis, expetere iudicioque persequi debebat: si res delatione nominis dignas admittere videret, nomen meum deferre et hac via me in iudicium vocare: si quid contra leges scribere ac decernere, accusationem mihi de decretis contra leges factis intentare: denique si quid omnino me contra remp. admittere videret, cuicuimodi esset, sunt leges, sunt iudicia, sunt actiones, quibus omnibus uti licebat.* Profecto si eo ordine et nexu non scripsit Demosthenes, optandum pene fuit, (absit verbo invidia,) ut ita scripsisset: adeo nitide, adeo luculente, adeo disposite procedunt omnia. Verum quid de fugitivis istis commatibus statuam, proximum est, ut ostendam. Ab huiusmodi propositione satis recte orditur, nempe: τὰ μὲν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας. Bene est: et huic sententiae adversative apponitur ea, quae sequitur, satis proba et luculenta, scil. τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις — ἐπήρειαν ἔχει — καὶ λοιδορίαν κ. τ. λ. Esto: sed et aliud adversativum video: τῶν μέντοι (i. e. δὲ) κατηγοριῶν etc. v. 10. Et, quod merito displicere potest, nihil aliud hic in redditione dicitur, quam quod in propositione dictum erat prius. Age, ἐξέτασον παράλληλα, ut scribunt Graeci et ut scribit Noster, ut eo situ dispiciamus, quid intersit:

τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.

τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς.

Conferas, trutines, metiaris, excutias, excrucies, quidvis fac periculi: solertem dabo, qui quidvis ex hac posteriore oratione expresserit, quod non interceptum erat in priore. *Multa mihi crimina obiecit Aeschines, quorum de singulis gravissimae quae possunt poenae statuuntur, ultimum sc. supplicium, gravissimum quidem, quod sors humana patitur, verum ob delicti naturam leve:* interea tamen *tot et talia mihi crimina obiecit Aeschines, ut poenas dignas a me repetere civitas nullo modo possit.* Hiccine est, quem dicunt Demosthenem? Haeccine ea quae contorqueri aiunt fulmina? Atqui, ut in instituto pergam, haec confusio non simplici vice auctori nostro contigit. Infra p. 491. cum Aeschine ita agit: *Quando in eo statu essent res Graecae et Philippus cunctorum servitutem palam meditaretur, a te, Aeschine, vel ab alio quovis, qui mea consilia reprehendit, rogarem, quid in ea fortuna civitatem nostram agere oporteret. Utrum eam decuit, quae toti Graeciae saluti esse solebat, iam dignitatis atque istius praerogativae immemorem, Philippum in consiliis exsequendis adiuvare, ut Thessali et Dolopes faciebant? An, quod levius fortasse, istud quidem non agere, sed domi sedentem atque otiosam sinere Philippum ea per se facere, quo pacto Arcades, Messenii et Argivi se gesserunt? Age dic mihi,* ποίας μερίδος, ἐν τίνι τάξει, *in qua classe, expediebat fuisse remp.? Nam, si meis consiliis usa non fuisset, necesse est eam vel in hac vel in illa parte omnino fuisse constitutam.* Recte. Sed videas, quaeso, quo pacto eam rem exsequitur:

Pag. 245. ult.

πότερον αὐτὴν ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς ἐν τῇ Θετταλῶν καὶ Δολόπων τάξει συγκατακτᾶσθαι Φιλίππῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχὴν καὶ τὰ τῶν προγόνων καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν; ἢ τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν· δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς· ἃ δ' ἑώρα συμβησόμενα, εἰ μηδεὶς κωλύσει, καὶ προῃσθάνετο, ὡς ἔοικεν, ἐκ πολλοῦ, ταῦτα περιϊδεῖν γιγνόμενα;

Pag. 246, 8.

ἀλλὰ νῦν ἔγωγε τὸν μάλιστα ἐπιτιμῶντα τοῖς πεπραγμένοις ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν· πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν καὶ αἰσχρῶν, ἧς ἂν Θετταλοὺς καὶ τοὺς μετὰ τούτων εἴποι τις, ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι, ἧς ἂν Ἀρκάδας καὶ Μεσσηνίους καὶ Ἀργείους θείημεν.

Posterius sane incisum, si quid est in ea observatione, quod prodesse potest, non erat in Ulpiani Codd., quantum ex eius scholiis augurari fas est. Verum sive ille invenerit, necne, a me nunquam impetrare possis, aut haec et similia non nisi deploratissima ad nos pervenisse, aut multum me aberrare in ea divinatione, quae omnem hanc molestiam amoliri posse videtur. Scilicet utroque in loco, ubi vides iterari commata illa *ἰσοδυναμοῦντα*, si alterum tollas, (neque id aegre feres,) defaecabitur textus, cumque colorem Demostheni restitues, quem ille exoptaverit. Unde autem, dices, per tot saecula interpolatum sit? Duae nimirum ab ultima vetustate exibant Demosthenis quae vocantur *ἐκδόσεις*. Solebat id apud antiquos fieri, atque ea cura iis scriptoribus impendi, quorum in libris expoliendis recensendisque aliorum opera utiliter collocari poterat. Ita Homeri alia erat editio *κατὰ Φιλήμονα*, alia *κατὰ Ῥιανὸν*, *Σωσιγένους* alia, alia *Ἀριστάρχου*, *Ζηνοδότου*, alia Cypria, Sinopica, alia *κοινή*, et nominantur etiam *κόιναὶ* et *χαριέστεραι*, alia denique *ἐκ νάρθηκος*, ut caeteras omittam, quae erant numerosae. Quod legitur hodie Apollonii Rhodii, est ex secunda editione istius scriptoris. Scholiastes enim, qui latus eius claudit, cum diligenter ad *προέκδοσιν* sive editionem priorem recensuit, quae quantum ab hodierna distet, intelliges ex *σχ.* ad hos versus 1. libri, sc. 285. 515. 543. 725. 788. 801. Et similis fortuna, ut dicebam, obtigit auctori nostro. Quod quoniam alibi a me animadversum est liberius, hic sufficiat memorare, unam ab Ulpiano vocari *ἀρχαίαν* sive *antiquiorem* Demosthenis editionem, *δημώδη* sive *popularem* alteram. Vide Ulpian. ad Orat. contra Midiam saepiuscule. Hinc fortasse liquebit, cur multa hodie non legantur in nostro auctore atque hac oratione, quae citarunt ex ea antiquiores. Verbi gratia nullibi per totam hanc orationem occurrunt haec verba: *τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποστολαῖς*. Attamen ea diserte profert Ulpianus et exponit ad Philipp. I. ex Oratione, quae erat *ὑπὲρ Κτησιφῶντος*, et Suidas etiam citat in v. *Ἀποστολὰς*, sed auctore dissimulato. Nimirum in altera editione legi poterant, in altera non ita. Et sic de aliis quoque statui posse et debere arbitror. Et quoniam ea res iam agitur, non videbor esse importunus, si locos deperditos ex hac oratione colligam. Interea tamen non omne, quod laudatur ex Oratione *περὶ Στεφάνου*, ad eam classem protinus redigo. Nempe aliquando errat ille, qui citat, et Demosthenem intelligit, non in causa Ctesiphontis sive *περὶ στεφάνου*, verum in earum alterutra, quae exstat, inscripta *κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν*. Ita Suidas v. *Καταψευδομαρτυρησάμενος*, quem tamen facile argueret Harpocratio, qui *κατὰ Στεφάνου* diserte habet; quin et initium istius orationis, ita scil. conceptum: *Καταψευδομαρτυρηθεὶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ*, et quae sequuntur. Idem dicendum est de voce *παραπεπτωκὼς*, quae in harum quoque priore legitur, non in ea de Corona. Ita etiam statuendum est de v. *φαρμακῶντα*. Vid.

Suid. Harpocr. v. *Φαρμακὸς* atque etiam Etymol. M. Atque huic simile exemplum mox subiungam. Haec igitur erat una erroris ansa in citando. Sequitur alia. Nempe ob causae non magnam dissimilitudinem confundere solebant hanc nostram cum illa π. *παραπρεσβείας*. Utraque enim gravis, spectabilis et ad remp. pertinebat. Id Th. Magistro aliquoties usu venit. Aliquando memoria freti antiquiores sensum solummodo adducebant, verbis aliquantulum disparibus et diversis. Haec omnia fortasse vel plurima perseveranti in legendis iis, quae scribimus, plana fient. Denique alia de causa abesse poterant nonnulla, quae olim hic legebantur, sc. quia obelum Criticorum perpessa sunt. Qua de re audi Hermogenem p. 317. *ἐκεῖνα μέντοι διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες· λέγω τὸ, κυάμους ἑφθοὺς βοῶσα, καὶ, κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο, καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν μὲν ἰδιωτικοῖς λόγοις ἴσως ἂν ἁρμόσειεν· ἐν δημοσίῳ δὲ καὶ τηλικοῦτον ἔχοντι ἀξίωμα λόγῳ ἢ προσώπῳ ἢ πράγματι πῶς ἂν ἁρμόττοι;* His praemissis, haec citantur, quae sequuntur: *Τοῦ μὲν τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι.* Th. Magister v. *Ἑταίρα.* — *Λογογράφους τοίνυν καὶ ὑβριστὰς ἀποκαλῶν καὶ τοιαῦθ' ὑβρίζων.* Id. v. *Λογογράφος.* Exstant in π. *παραπρ.* — *Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε.* Id. v. *Ὁ δεῖνα.* Si hoc sit verba Oratoris laudare. — *Τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει;* Id. v. *Τί διαφέρει.* Vide Not. ad pag. 295. — *Φιάλας Λυκιουργεῖς δύο.* Athen. XI. 12. Vide Leopard. XI. Emend. 18. — *Σινώπη.* Harpocr. in v. — *Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ὑπὸ τούτων, Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων σύλων Φασηλίταις κατὰ Ἀθηναίων. ἐπειδὰν γὰρ μὴ ἐθέλωσιν ἀποδοῦναι, ἃ ἔλαβον, τί ἄλλο τις ἔχοι ὄνομα θέσθαι τοῖς τοιούτοις, ἢ ὅτι ἀφαιροῦνται βίᾳ τὰ ἀλλότρια;* Haec et plura laudant ex *περὶ στεφάνου* tum Suidas tum Etym. M. Leguntur tamen hodie in Orat. *πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν*: et vox quidem *σύλας* (id est *συλήσεις*) in ea oratione, quae inscribitur *περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας.* Vides his verbis, quae subiicimus, istius erroris originem. Nam recte se habet Harpocratio: *Σύλας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου* [*τῆς τριηραρχίας, κἀν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου· Ἐξελόμενος ὁπόταν μὴ σύλαι ὦσιν Ἀθηναίοις.*] *ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγούμενος αὐτό φησιν· Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα κ. τ. λ.* Verba Harpocrationis, quae uncis inclusimus, deerant in Etymologo. Atque haec hactenus: redeo. Aio autem porro, fieri etiam potuisse, ut binae istae editiones, quibus fruebantur antiqui, aliquando per incuriam describentium aut quavis alia ex causa conflarentur ad hanc nostram, quae sola hodie obtinet, concinnandam. Ita constabit, quare plurimae identidem sententiae verbis aliquantulum diversis ab auctore nostro iterentur (vide quaeso, quae praefamur ad Midianam): licet Photius arbitretur magis, eas quasi abortivas excidisse ex scriniis Demosthenis, priusquam ultimam manum auctoris expertae fuis-

sent, aut secum ille statuisset, utri parti orationis eae elegantius convenirent. Ex hac etiam hypothesi expediemus fortasse, unde toties turbatum sit per Orationem de falsa Legatione, tot repetantur, commisceantur, tot ex improviso inchoata statim etiam ex improviso relinquantur imperfecta. Vide notata ad Aeschin. p. 254. et Demosthen. p. 449, 5. et quae praemisimus isti orationi. Verum age, exemplis et rationibus hanc rem transigamus. Scribit Demosthenes c. Aphob. I. p. 816, 12. 13. *καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ὁμολογήσουσιν, ὧν γίγνεται τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου τέτταρα τάλαντα καὶ πεντακισχίλια.* Ut in transcursu id moneam, istud *πεντακισχίλια* erat *πεντακισχίλιαι*, sc. drachmae, non talenta. Nam hoc fuisset incredibile. Verum ad me propius pertinet in isto loco Budaei sollicitudinem levare, qui merito miratur, quare praeter omnem consuetudinem Demosthenes scriberer *ἀρχαίου κεφαλαίου*, cum utrumvis vocabulum recte per se stare possit et *sortem*, i. e., uti nos appellare solemus, *the principal*, denotare. Nimirum vox haec in uno exemplari, in altero illa exstabat. Plurimos proferre potui auctores, qui *τὸ ἀρχαῖον* de ea re dicunt, plurimos etiam, qui *τὸ κεφάλαιον*, ni ea res esset a Lexicographis praeoccupata: sed qui utrumque adhiberet, et *τὸ ἀρχαῖον* et *τὸ κεφάλαιον*, praeter Demosthenem in hoc loco vidi neminem. Neque sane nata est ea locutio ex glossemate, quod vocant. Non enim solent rara vocabula aeque raris explicari et exponi. Nimirum opera ista luderetur. Et quo iure diceres *τὸ κεφάλαιον* elucidare *τὸ ἀρχαῖον*, eodem illud ab hoc elucidari contenderem. Porro c. Aphob. falsi testimon. p. 846, 24. *μαρτυριῶν γὰρ πλέον ἢ πάνυ πολλῶν τῶν ἁπασῶν ἀναγνωσθεισῶν* et quae sequuntur. Nimirum scribebatur: *μαρτυριῶν πλέον ἢ* ** (numero abraso). et rursus: *μαρτυριῶν πάνυ πολλῶν.* In Philipp. I. p. 42, 9. dicitur: *συνελόντι δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν.* quae vox *ἁπλῶς* in nonnullis desideratur. Scil. dixerunt antiqui eodem animo et *συνελόντι δ᾽ εἰπεῖν*, et *ἁπλῶς δ᾽ εἰπεῖν.* His fortasse coniungenda sunt et ea in oratione, in qua occupamur, p. 247, 23. *τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας [αὐτεπαγγέλτους] [ἐθελοντὰς] παραχωρῆσαι Φιλίππῳ.* Vide locum. Et Philipp. I. p. 43, 23. *ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν [ἐθελοντὰς] ὑπάρχειν ἅπαντας [ἑτοίμους].* In Oratione de Corona ter legitur: *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* Sensus optime perficeretur, si legamus vel: *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν;* vel: *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* At utrumque dici inficetum et molestissimum. Unde a nostris MSS. vel hoc vel illud abesse solet. Verum quod omnium maxime memorari et animadverti volebam, incredibile dictu est, quanto aestu laborant nonnulli, cum Aeschines ait, decem legatos, Demosthenes, quinque tantum ad Philippum fuisse missos: porro ei numero Demosthenem accenseri ab Aeschine, excludi a se ipso, vel, quod potius, quandoque a se ipso in eo coetu numerari, quandoque

autem praetermitti. Attigi ad Argumentum Orat. π. παραπρεσβ. Attamen ubi, ais tu, sibi in ea re adversatur Demosthenes? In ea causa, quam hodie tractamus. Nam aliquando exaratur de ea legatione παρόντων ἡμῶν — μὴ ἀπίωμεν ἐκ Μακεδονίας — ἀπαγγειλάντων ἡμῶν — ἀπαγγελλόντων ὑμῖν ἡμῶν, cum in aliis Codd. constanter παρόντων ὑμῶν — μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας — ἀπαγγειλάντων αὐτῶν — ἀπαγγελλόντων ὑμῖν τούτων. Vide modo pag. 235. ult. Nimirum consarcinata est editio, quae ad nostram aetatem pervenit, ex prioribus, quarum haec unam, illa alteram partem in hac disceptatione tuebatur. Nam in editorum nullis, prout hodie circumferuntur, ea est constantia, qualem iure exspectare potuissemus, si ex uno exemplari depromerentur. Et proinde in eo, quod memoravi, Argumento Orationis de falsa Legatione habitae, cum tenor loci atque res ipsa tulerit ad eam hypothesin, ut Demosthenes secunda vice ea legatione defungi crederetur, ait: — ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ pag. 336, 18. Adhaesit tamen ex altera Hypothesi in libris quamplurimis: ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν. Plura fortasse alibi. Iam, ut telam pertexam, si istud impetravero, repeti hic nonnulla atque inconsiderate interseri ex diversis exemplaribus atque semel coeptum esse iuxta hunc locum perturbari, nemo caetera mihi invidebit, sc. permisceri potuisse atque ex suo ordine moveri comma unum atque alterum, quibus nos postliminium dedimus et de quibus mox plura dicemus. Scio equidem, auctoritatem Hermogenis pag. 279. contra me facere, qui iteratas illas interrogationes p. 245. ult. πότερον αὐτὴν ἐχρῆν —; et ἀλλὰ νῦν ἔγωγε ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος — exemplum adfert istius figurae, quae ἐπιμονὴ dicitur a Technicis et solerter ab Oratoribus antiquis aliquando adhibetur. Ita ille: ταύτῃ τῇ ἐννοίᾳ πλέον ἢ τετράκις ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κέχρηται —. διὰ γὰρ τὸ ἔνδοξον τῆς ἐννοίας ἐπιμένει καὶ δεινῶς ἐπίκειται τῷ ἐχθρῷ ταῖς συνεχέσιν ἐρωτήσεσι οὐδὲ ἀναπνεῖν ἐῶν. Non nego, feliciter olim vibrasse ea fulmina Demosthenem et saepissime pertundi et καταῤῥητορεύεσθαι iis artibus adversarium, quem nactus est. An id hoc loco praestare voluerit, vehementer dubito. Iudicet aequus lector. Ego interea acumen Hermogenis desidero, qui *plus quam vicibus quaternis* hic ait ingeminari a Demosthene. Teneo, quid hominem impulerit, ut ita scriberet. Sed in eo decipiebatur. Et nihil amplius ex istius auctoritate efficitur, quam ut constaret, inveterasse iam inde ab Hermogenis aetate duas istas paragraphos, quarum alteram eliminandam pronunciavi. Neque ego mendi diuturnitatem valde disputo. Verum de tota hac causa plura contendam ad p. 235, 3., ubi (si nondum vicisse videbor) causa vicero. Et lectorem meum magnopere oro et obtestor, ut adiungeret huic disputationi ea, quae ibi dicturus ero. TAYLOR. Multa movendo Taylorus sane quam metuo ne nihil promoveat. Mihi enim totus hic locus, quem vehementer miror numerari in crucibus Criticorum et Inter-

pretium, videtur integerrimus. Et priora quidem, *τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα — οὐδ' ἐγγύς*, quomodo intelligi oporteat, breviter dixi not. ad v. 10. Iam Orator sic pergit: Neque enim oportet (i. e. satis habendum est) iura *τῆς ἐπιτιμίας* alii (tertio cuidam) eripere nec ius fasque patitur hoc facere *ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου*, sed, si talia commisi, qualia adversarius paratragoedians iactat, in me, quo tempore deliqui, impetus fuit faciendus. Wunderlichii contra Taylorum loci integritatem tuentis disputatio (praefat. p. XXXIII. ss.) an aliis satisfaciat, ignoro: mihi quidem non omni ex parte probatur. Vir doctus in Nova Bibliotheca Critica (*Neue kritische Bibliothek* 1822. N. 1. 2. p. 190. ss.) quid ad h. l. notaverit, cum libro caream, dicere non possum. SCHAEFER.

P. 229. v. 12. *ἀφαιρεῖσθαι*] Post *ἀφαιρεῖσθαι* addit August. quartus *τινα*. REISK. Perplacet. Demosthenes dum in universum loquitur, cogitat Ctesiphontem. V. p. 230, 10. s. SCHAEFER.

P. 229. v. 13. *λόγου τυχεῖν*] Si hic sit locus, quem voluere Harpocratio et Suidas, ubi has voces ex nostra oratione citant, errant sane in expositione: neque enim per *λόγου* intelligendum est *ἐπαίνου*, quod illi praedicant. Et in ea mente est Valesius. Forte *εἰπεῖν*, inquit ille. TAYLOR. Locum hunc citat Harpocrat. v. *Λόγου τυχεῖν*. REISK. Idem est Photii exponentis error c. 168. med., ubi praeterea male *κατὰ Κτησιφῶντος*. *λόγου τυγχάνειν* quid sit, si quis forte ignoret, consulat Indic. Graecit. p. 329. med. SCHAEF.

P. 229. v. 13. *οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει κ. τ. λ.*] Taylorus quomodo hunc locum constituat, velim ex ipso intelligi: non enim patitur spissitas negotii hic brevibus repraesentari. Brevius est Lambini hoc de loco referre coniecturam aut Morelli (certo enim haud constat, utrius sint notulae in indice Lambiniano exhibitae): *δίκην ἀξίαν λαβεῖν, ὃ οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν —· ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με —*. In Aldina Taylori *ἐστιν* punctis subnotatum est. REISK.

P. 229. v. 13. *οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου*] Malim *ἀλλ' οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου*, id est *μετ' ἐπηρείας καὶ φθόνου*, vel *πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ ἐπηρείας καὶ φθόνου*. quamquam utique par est atrocia scelera accusari neminique via occludenda est ad populum ea delaturo, verumtamen fieri hoc debet honestis de causis studioque pestem a patria avertendi, non autem solummodo ex mera libidine inimico insultandi et nocendi atque livori tuo satisfaciendi. REISK. Wunderlichius praefat. p. XXXVI. s.: „Vana est locique sententiam corrumpit coniectura Reiskii *ἀλλ' οὐδ'*, quamquam, ab eodem sensum oppositorum satis perspectum esse, negari nequit. Saltem *ἀλλ' οὐκ* scribendum erat.“ Reisigio Commentatt. Crit. ad Sophocl. Oed. C. p. 250. vulgatam pariter tuenti *οὐδέ* videtur h. l., ut alibi, non solum diversum aliquid sed vere contrarium notare. Idem „Sen-

tentiarum rationem" inquit „perspexit Reiskius." Invitus (plurimi enim facio viri ingeniosissimi iudicium) discedo in alia omnia. V. quae paullo ante Tayloro opposui. SCHAEFER.

P. 229. v. 15. ὃ οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς κ. τ. λ.] Adponam correctionem Lambini, ut intelligat lector, quantum ille profecerit: — δίκην ἀξίαν λαβεῖν· ὃ οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν —· ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με κ. τ. λ. Haec vir doctus. Et quis contra sentiet, cum ea transpositio unius sententiolae textum optime complanat atque sensum ubique connectit, qui olim conclamabatur? Solent hac res fieri in exemplaribus antiquis: cuius rei illustre exemplum dabo. Legitur in Themistoclis vita a Cornelio Nepote descripta: *Scio, plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse: sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat,* qui illorum temporum historiam reliquerunt, *et eiusdem civitatis fuit.* Acute sane! An potuit scribi miserius? Nam si haec verba ita sunt sumenda, sc. Thucydidem proximum esse aetate etc. iis, qui illorum temporum historiam reliquerunt, ridicula sunt: sin Themistocli proximum ex numero eorum, qui illorum temporum historiam reliquerunt, obscura. Aliquid subesse argumenti crediderim, si ideo Nepos Thucydidem sequeretur, propterea quod et aetate erat coniunctus Themistocli et ex eadem urbe: id quod res erat et verissime dici potuit. Age: *Scio, plerosque,* qui illorum temporum historiam reliquerunt, *ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse: sed ego potissimum Thucydidi credo,* quod aetate proximus erat et eiusdem civitatis fuit. An potuit scribi luculentius? TAYLOR. Tolle asteriscum: intelligo enim nunc, non me primum vidisse, ὃ esse addendum, sed dudum ante me Morello quoque, sive mavis Lambino, in mentem venisse. REISK. Scilicet asteriscum illi ὃ Reiskius praefixerat, ut indicaret relativum de suo se addidisse. Nos omnes illos asteriscos, qui Reiskianum Demosthenis textum satis crebri obsident, ut oculis parum iucundos cum aliis eiusdemmodi emblematis omittendos censuimus. Iure autem Wunderlich. et Bekker. ὃ omiserunt. Sed praeterea, deleto coli signo post ποιεῖν, arctissime iungenda οὐδ' ἐν ὑπηρείας τάξει — δίκαιόν ἐστιν. SCHAEFER.

P. 229. v. 18. ἐτραγῴδει] διετραγῴδει codex Obsop. REISK. Scilicet in Wolfianis Reiskius ad h. l. ediderat: „Obsop. διετραγῴδεις. WOLF." sed addita hac Taylori notula: „Potius 232, 22." quam post non attendit. Satis apparet scripturae hanc diversitatem referendam esse ad locum alterum, ubi libri inter simplex compositumque fluctuantur. Hoc quidem loco omnes, quod sciam, simplex habent. Bene, opinor. Atque etiam infra simplex praeferam, nisi Bekkerum sequi praestet. Sic p. 400, 17. ταῦτα γὰρ τραγῳδεῖ περιϊών. Nec simplex hic displicuit Krügero ad Dio-

nysii Halic. Historiograph. p. 148. Displicuit Osanno ad Philemon. p. 261. SCHAEFER.

P. 229. v. 20. *παρ' αὐτὰ τἀδικήματα*] *εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα*, ferventibus delictis et flagrante crimine, ut ICti loquuntur. WOLF. *recentibus delictis*. Eo ore omnes fere Interpretes. Ita scribit Iosephus Antiq. Iud. p. 416. *ἵνα γνῷς, ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ μὴ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες*, scil. *poenam ex continente adiectam sceleri*, *τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον*, ut verbis utar Thucydidis III. 38. Sed et aliam habet et maiorem emphasin, nempe poenam iuxta formam criminis, ut dici potest, subeundam: verbi gratia, si *εἰσαγγελίας ἄξια* commiserit, ut v. 20., eas poenas daret, quae lege isti culpae affiguntur; si *παράνομα γέγραφε*, v. 22., eas, quae competebant *παράνομα γράφοντι*, denique (continuatur enim argumentum v. 26. sine importunissimo isto commate, quod v. 23. s. inveteravit) cuiuscunque demum criminis argueretur, erant leges, erant supplicia, quae in unumquemque facinorosum peculiariter statuisset maiorum diligentia. Iurisprudentia enim Attica accurate distinxit, quo animo, quo gradu maleficii et quanto cum damno reip. committeretur unumquodque facinus: et eadem pariter fide et diligentia trutinavit supplicia quoque. Qui Graecos scriptores evolvit sine eo monito et delectu, multa frigide leget, quae illi exactissime scripserunt. Atque, arrepta ea opportunitate, sumere liceat p. 310, 16. huius orationis, ubi, quae cum summa proprietate scripsit Demosthenes, vel levissime, ut dixi, feriunt lectorem fori Attici hospitem, rerum istarum indiligentem et in eo iure minus exercitatum: *ἐν οἷς εἰσηγγελλόμην, ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μου, καὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκουσιν οὐ μετεδίδοτε, τότ' ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν*. Ea erat *εἰσαγγελίας* conditio et natura. Atque ad istum ritum pertinent solennia ista, *ἐψηφίζεσθε* — *ἀπεψηφίζεσθε* — *τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων*. Sequitur criminis et processus species altera: *ἐν οἷς δὲ τὰς γραφὰς ἀπέφυγον, ἔννομον καὶ γράφειν καὶ λέγειν ἀπεδεικνύμην*. Ecce ut stilum vertat? *γραφὰς φεύγειν* — *ἀποφεύγειν* — *ἀποδείκνυσθαι ἔννομα γράφειν*. Quae non temere aut inconsulto variantur. Sequitur: *ἐν οἷς δὲ τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πεπρᾶχθαί μοι προσωμολογεῖτε*. Erat et haec quaedam quasi accusationis species, sed in se recepit calculi quandam rationem eosque ritus, qui in scrutando, ponderando, inquirendo atque computando fere exercebantur. Dixit ergo *ἐπισημαίνεσθαι*: quod de rationibus subscribendis atque obsignandis dicitur. Iterumque dixit *προσωμολογεῖτε*: quae pariter vox solemniter et quasi ritualiter adhibetur, cum, rationibus probe subductis, FELICITER aut ACCURATE pronunciatur. Aeschines c. Ctesiph. p. 447, 1. *ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ, οὐδεὶς ὑμῶν ἐστιν οὕτω δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ' ὁμολογήσας καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι, ὅ τι ἂν*

αὐτὸς ὁ λογισμὸς (vel, ut vertente pagina scripsit, *ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς*) *αἱρῇ*. An eo dico, quae lectori probari possunt? Nondum tamen omnia, quae videor deprehendisse. Nam cum ibidem concludit Demosthenes et rem ad quandam quasi *ἀνακεφαλαίωσιν* reducit, ibi distinctionis, proprietatis et decoris memor accurate subiungit: *τί προσῆκον ἦν — τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον; οὐχ ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστάς; οὐχ ὃ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν;* Non est utique temere factum, quod ad *εἰσαγγελίαν τὸν δῆμον*, ad *γραφὰς τὸν δικαστὴν*, ad *εὐθύνας* denique *τὴν ἀλήθειαν* adcommodaret. Ita cum scripsit Demosthenes p. 269, 2. *ἐξέλιπες ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσι*, bene subiungit Ulpianus, scil. *εὐθύνη ἐστὶν, ὧν δημοσίᾳ τις ἐπιστεύθη· γραφὴ ἐπὶ τῶν παρανόμων· κρίσις δὲ ἐπὶ ἐγκλήματος*. Ita scriptum est c. Stephanum II. p. 1131, 20. *μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὑτῷ οὔτ' ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ' ἐπὶ ταῖς δίκαις, οὔτ' ἐν ταῖς εὐθύναις*. Idem tamen p. 310, 4. huiusce orationis distinxit propius ad ea, quae proferimus, scil. *καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτα ἐπαγόντων μοι*. Sed haec a me sunt alio loco expendenda. Atque isti usui, quem dixi, commode inservit praepositio *παρά*. Quae comparationem quandam (*iuxtapositionem* vocant technice) repraesentat atque monet, rationem esse institutam inter poenam et maleficium. Licet ergo haec et similia in leviori sensu nonnunquam accipiantur et *statim, confestim* etc. significent, nempe p. 303, 14. *διόπερ τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγὼν* —, et similiter modo p. 230, 3. *ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ καὶ φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους*, verumtamen ad nostram sententiam prope et probe accedit id, quod dicitur p. 262, 26. *φέρε δὴ παρὰ τοῦτον τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον*, age *conferas, adponas* utriusque nostrum catalogum, ut, quid intersit, dispicere possimus. Eo igitur animo saepissime in his orationibus reperitur *παραναγινώσκειν, τοὺς νόμους* scil., *τὰ ψηφίσματα*, aut aliquid eiusmodi. Age recita causam, quae in ius deducitur, et *iuxta* quoque recita leges. *ὑπομνήσατ' αὐτὸν ἄνευ θορύβου τὸ σανίδιον λαβεῖν καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι παραναγνῶναι*. Aeschines c. Ctesiph. p. 590, 3. Similiter p. 577. pen. *ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα· παρανάγνωθι καὶ ὃ γέγραφε Κτησιφῶν*. Adde eundem p. 241, 1. p. 268, 10. et notas ad loc., ubi lector meus consulere admonebatur, quae vir doctissimus habiturus erat ad Aeschinem p. 582. Cl. enim Marklandus in eo loco pro *πάλιν ἀναγινώσκειν*, fretus iis exemplis, quibus in hac re modo utimur, *παραναγινώσκειν* legi iusserat. Quod cum optima fide praestare potui, deterritus tamen iis verbis, quae ex Polluce ibidem adduxi, ab ea correctione abstinui, licet peritissime iudicarit vir praestantissimus; atque ad eam normam, in qua iam laboramus, summa cum proprietate dici ab Aeschine potuisset *παρανάγνωθι τοὺς νόμους καὶ τὸ ψή-*

φισμα. Denique ea locutio extra forum deprehenditur quoque: ut ubi ait Demosthenes p. 315, 19. φέρε δὴ καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν μαρτυρίας, ὧν λελειτούργηκα, ὑμῖν ἀναγνῶ πάσας· παραναγνῶθι δὴ ἡμῖν καὶ σὺ τὰς ῥήσεις, ἃς ἐλυμαίνου. *Recitentur monumenta meorum in remp. benefactorum, et* una quoque, iuxta, comparandi gratia, *senarii, quos ille infelix actor recitando labefactavit.* Porro: a παραναγινώσκειν recta deducimur ad παραγράφεσθαι. Quod cum significet, non nude et simpliciter describere, verum eo animo, ut in contentionem veniat atque ideo opponi possit id, quod describitur, idcirco de exceptoriis in iure Attico usurpatur, de qua re disputavi ad Aristocrateae p. 629, 16. Haec autem si vere dicantur, et arbitror esse verissima, hallucinatur Wolfius aliquoties in vertendis nostris auctoribus. Ait Aeschines c. Ctesiph. pag. 589, 2. *Quemadmodum in architectonica rectitudinem et obliquitatem discernimus normam adplicando*, οὕτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τοῦ δικαίου τουτὶ τὸ σανίδιον (sc. haec tabella litis institutae, libellus) καὶ τὸ ψήφισμα (decretum, quod tulit Ctesiphon) καὶ οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι, sc. *leges, quas describi fecimus, iuxta apponi curavimus, et quibus, ut exceptoriis, utimur contra ius, quod Ctesiphon sua rogatione statui voluit.* Ita verto liberius et iustius, credo, quam *Wolfius*, qui habet miserrima haec verba, scil. *leges, quibus fraus facta est.* Neque hilum proficit Interpres Etruscus: *le leggi publicamente scritte.* Rursus in hac oratione pag. 263, 19. λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων. *de violatis legibus*, ait *Wolfius*: et Ferrus iam sibi dispar: *delle leggi ingiustamente scritte.* Neuter recte. Neque quidem Scholiastes ad locum: qui quid intellexit per haec verba, νόθων νόμων, ὧν εἰσῆγεν Αἰσχίνης, παρ' οὓς παρέγραψα τὸ ψήφισμα, ipse viderit. Tantum scio, locum ipsum non ab eo fuisse intellectum. TAYLOR.

P. 229. v. 20. χρῆσθαι] Malim ἔδει χρῆσθαι. REISK. ἔδει non addendum, sed supplendum e praegresso δεῖ. V. Wunderlich. praefat. p. XXXVII. SCHAEFER.

P. 229. v. 23. οὐ γὰρ δήπου κ. τ. λ.] Ita suum scholiolum curiosus aliquis lector adlevit ad oram exemplaris Altempsiani: Ταῖς μὲν κατηγορίαις καὶ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις πολιτικὸν ἦν τότε καὶ δίκαιον ἅμα παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι, καὶ οὐ νῦν. οὐ γὰρ δύναται ἐκ τοῦ κρίνειν καὶ διώκειν ἐμὲ, ὥστε καταδικάσασθαι τὸν Κτησιφῶντα. Wolfius, perinde ac legisset: εἰ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ', εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο, ita vertit: *Cum enim Ctesiphontem propter me persequi iudicio possit, ipsi mihi profecto, si convinci posse confideret, non pepercisset.* Venetus ita: *Non enim Ctesiphontem iure accusare valet mea causa, me quidem ipsum si convincere posse putasset, non accusasset?* Etruscus: *Perciochè non può esser questo, che egli per amor mio*

habbia accusato Tesifonte, e me, se egli havesse sperato di convincermi, non mi havesse accusato. Alius: *Non enim utique Ctesiphontem quidem potest iudicio persequi propter me, me vero, siquidem convincere existimabat ipsum, non accusasset.* Et similiter Lambinus. Harum vero nulla versionum vel minimum sensum exhibet, neque si verba per se ipsa contemplemur, neque si eam relationem aut nexum, quem habere debent cum iis, quae praecedunt, aut iis, quae sequuntur, et quem hodie infeliciter sane interpellant. Ita πόνος πόνῳ πόνον φέρει, et labes labi materiam praebet. Si hoc videbitur, dele: mox restituemus in suo loco. Vide statim ad p. 230, 17. TAYLOR. Hermogenes p. 296. ἡ ἐπαναστροφὴ, τὸ σχῆμα, τῶν καλλωπιζόντων· γίνεται δὲ, ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου ἀρχήν τις ποιήσηται. οἷον· οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγράψατο. Sopater ad Hermogenem pag. 128. s. ὁ Δημοσθένης θείᾳ τινὶ μεθόδῳ κεχρημένος κἀν τούτῳ τὸ ἀξίωμα φυλάττει λαμπρῶς, καὶ — ἐξαίρει τὸ φρόνημα. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ στεφάνου τοὺς μὲν παραγραφικοὺς λόγους τῷ ἀντιδίκῳ συνέπλεξε πρὸς αὐτὸν ἀποτεινόμενος, ὡς διὰ τοῦτο ἐφ' ὅσον βούλεται χώραν παρέχων τῷ παραγραφικῷ, τοὺς δὲ τῆς ἀπολογίας τοῖς παροῦσι τὴν ἑαυτοῦ παῤῥησίαν οὐδὲν ἧττον ἐξαίρων. προὔταξε δὲ τὴν ἀπολογίαν τοῦ παραγραφικοῦ πάνυ τεχνικῶς, τοῦ μὴ δόξαι ἀσθενῶς ἔχειν περὶ τὴν ἀπολογίαν. ἔπειτα ἐπάγων τὸ παραγραφικὸν οὕτω πως λέγει [p. 293, 22.]· ἔστι δὲ ταυτὶ πάντα μοι πρὸς ὑμᾶς ἅμα καὶ τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροωμένους· ἐπεὶ πρός γε τοῦτον αὐτὸν τὸν κατάπτυστον βραχὺς καὶ σαφὴς ἐξήρκει μοι λόγος. εἰ μὲν γὰρ ἦν πρόδηλα τὰ μέλλοντα, καὶ ἑξῆς. καὶ ἡ μὲν τῆς μεταχειρίσεως τοῦ παραγραφικοῦ μέθοδος τοιαύτη. περὶ δὲ τῆς τάξεως φαμὲν, ὅτι Δημοσθένης συνιδὼν τὴν τοῦ κεφαλαίου δύναμιν καὶ πρώτην αὐτῷ καὶ μέσην χώραν ἀπένειμε καὶ τελευταίαν. καὶ πάντα ταῦτα ἐν τῷ περὶ στεφάνου εὑρήσεις. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν μετὰ τὰς προοιμιακὰς ἐννοίας οὕτω [p. 229, 5.]· τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλάκις *) περὶ ὧν ἔνιοι τὰς ἐσχάτας τάττουσι τιμωρίας, καὶ ἑξῆς. κατὰ δὲ μέσον, οἷον [p. 232, 21.]· ἔστιν οὖν ὅπου σὺ παρὼν τοιαύτην πρᾶξιν ἢ συμμαχίαν, ἡλίκην νῦν διεξήεις, ὁρῶν ἀφαιρούμενον τῆς πόλεως, καὶ ἑξῆς. κατὰ δὲ τὸ τέλος **)· ἦν μέντοι τοῦ δικαίου πολίτου τότε λέγειν, μὴ νῦν ἐπιτιμᾶν. ὁ γὰρ συμβουλεύων, καὶ ἑξῆς. — περὶ δὲ τῆς ἐργασίας τοῦτό φαμεν. δύο τινὰ περὶ αὐτὸ θεωρεῖται, ῥαστώνη μὲν ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου, δυσχέρεια δὲ ἐκ τοῦ παρελθόντος, οἷον· εἰ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα ἠλέγχθη [f. p. 229, 20.], ῥαστώνη εἶχε ἡ κατηγορία [sic]. χαλεπότης δέ ἐστιν ἐκ τῶν [f. τοῦ] μετὰ χρόνον ῥηθῆναι, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης [p. 230, 1.]· καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο ταῦτα ποιῶν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρημένος τοῖς πρὸς ἐμὲ, ὡμολογεῖτο ἂν ἡ κατη-

*) Corrig. πολλὰ καί. SCHAEFER.

**) V. Ind. Graecit. p. 243. med. SCHAEFER.

γορία τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. νῦν δ' ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ — καὶ τὰ λοιπά. δεῖ δ' ἐν τούτοις καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα λύειν, ὥσπερ ὁ αὐτός. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι ἢ δι' ἐπιείκειαν οὐ κατηγόρησεν, ἢ δι' ἀπραγμοσύνην, ἢ ὅτι οὐκ ἔτυχε παρὼν, ἢ ὅτι περὶ μικρῶν, ἢ ὅτι οὐκ ἐνόησε, λύει πάντα ταῦτα Δημοσθένης οὕτως εἰπών. τὴν μὲν ἐπιείκειαν οὕτως [p. 229, 23.]· οὐ γὰρ δὴ Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν, ἐμὲ δ', εἴπερ ἠδύνατο, οὐκ ἂν ἐγράψατο. [Hic videtur aliquid deesse.] πῶς γὰρ ἀπράγμων ἂν δόξειεν εἶναι, ὃς καὶ δι' ἐμὲ πράγματα παρέχον [l. παρέχει*)] ἑτέροις; τὰ δὲ λοιπὰ πάντα δι' ἑνὸς οὕτως [p. 232, 21.]· ἔστιν ὅπου καὶ σὺ παρὼν τηλικαύτην τάξιν [sic], ἡλίκην νῦν ἐτραγῴδεις. διὰ μὲν γὰρ τοῦ παρὼν λύει τὸ οὐ παρῆν, διὰ δὲ τοῦ τηλικαύτην, ὅτι οὐ μικρὰ ἢ φαύλη, διὰ δὲ τοῦ νῦν ἐτραγῴδεις τὸ ὅτι οὐκ ἐνόησας, ὃ πεποίηκας. Adde reliqua ad finem annotationis, quae nunc piget transscribere. REISK. οὐ γὰρ — ἐγράψατο citantur a Tiberio p. 42. et in Libello de Construct. Verb. quem Hermannus edidit p. 367. Huius autem membri qui sit nexus cum antegressis, Sopater videtur tam perite ostendisse, ut Taylorum hic etiam turbantem vehementer mirer. SCHAEFER.

P. 229. v. 23. δήπου] δὴ Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 229. v. 23. μὲν] Omittit Hermanni Grammaticus l. c. cum Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 229. v. 25. ἐμὲ δ' — αὐτὸν] ἀντὶ τοῦ ἐμαυτὸν δὲ, Attica tmesi et interpositis aliquot vocibus. WOLF. Perperam. TAYLOR. V. Taylor. ad p. 230, 17. Ego Wolfio assentior. Sic etiam Scholium libri Augustani. V. mox Reisk. ad v. ἐξελέγχειν. SCHAEFER.

P. 229. v. 25. δ'] Immo δὲ, ut Tiberius l. c. et Bekkerus: neque enim cum proxima particula pronuntiando coalescit. SCHAEFER.

P. 229. v. 25. ἐξελέγχειν] ἐξελέγξειν Wolfenbutt. Harl. Aug. primus, qui etiam sic distinguit: ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγρ. cum addito Scholio: ἀντὶ τοῦ ἐμὲ αὐτὸν, quo significat, illa duo a se divulsa esse interiectu vocum quarundam. REISK. ἐξελέγξειν Bekker. Post ἐξελέγχειν Hermanni Grammaticus l. c. vitiosâ redundantiâ infercit αὐτὸν, continuans ille ἐμὲ δ' εἴπερ —. SCHAEFER.

P. 229. v. 28. καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις καὶ τιμωρίαι] Sic verba ordinant Paris. primus et quintus, August. primus. Vulgatis in libris sic inter se traiecta iacent: καὶ τιμωρίαι καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις. Duo vocabula καὶ τιμωρίαι, ad exponendum non profecto hic loci facillima, omittit Hermogenes h. l. citans p. 278. ad hunc modum: εἰσὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. quae lectio utique est planissima. Potest tamen, ni fallor, hoc quoque modo vulgatae molliri durities, si legatur: κρίσεις, καὶ τιμωρίας πικρὰς (in accusativo) καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. Iudicia habent et supplicia acerba vel poenas ama-

*) Malim: — εἶναι ὁ — παρέχων —. SCHAEFER.

ras, hoc est, sententias iudicum in causis pronuntiatis consequuntur acerbi cruciatus a damnatis tolerandi; manent item iudicia seu exitus et finitiones iudiciorum mulctae ingentes a legibus praescriptae, quae mulctae sunt τὰ ἐπιτίμια. REISK. καὶ τιμωρίαι καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις Bekker. καὶ τιμωρίαι si quis cum Hermogene malit omittere, ei ego quidem non repugnem. Videntur orta ex interpretatione sequentis vocis ἐπιτίμια. Hesychius T. I. c. 1396. Ἐπιτίμιον. — τιμωρία. SCHAEFER.

P. 229. v. 28. πικρὰ] Pro πικρὰ est μικρὰ in August. quarto et in margine Bavarici cum γρ. REISK.

P. 229. v. 28. πικρὰ — τὰ ἐπιτίμια] Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 77. e Demosthene citans εἰσὶ νόμοι βαρέα τάττοντες τἀπιτίμια videtur hunc locum respicere. SCHAEFER.

P. 229. v. 29. τὰ ἐπιτίμια] τἀπιτίμια Bekker. SCHAEFER.

P. 229. v. 29. ἐξῆν — ἐμοῦ] Pro ἐξῆν Paris. sextus ἐχρῆν. Post h. v. ἐξῆν addunt plerique αὐτῷ, ut Paris. primus et sextus, August. primus et quartus, Aldina Taylori. ἐχρῆν αὐτὸν nescio unde affert farrago Wolfiana. Post χρῆσθαι addunt κατ' ἐμοῦ Paris. primus, August. primus, Aldina Taylori. In plerisque melioribus libris esse ἐξῆν αὐτῷ πᾶσι χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ testatur Taylorus. REISK. αὐτῷ omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 230. v. 1. καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο κ. τ. λ.] Citat Sopater. V. Reisk. ad p. 229, 23. SCHAEFER.

P. 230. v. 1. πεποιηκὼς] Perperam ποιῶν Sopater. SCHAEFER.

P. 230. v. 5. τὰ πράγματα] τὰ πεπραγμένα ματα (sic) August. quartus, quo aut errorem suum corrigere aut varietatem lectionis indicare voluit librarius. REISK.

P. 230. v. 7. ὑποκρίνεται] histrionem agit, qui quaestus ei olim familiaris erat, h. e. alienam personam induit, non bona fide, sed mala fraude agit. Ctesiphontem accusat, quem laedere nullo modo vult, sed per latus eius me petit, quamquam videri vult nullas simultates adversus me exercere. Citat h. l. Hermogenes p. 284. REISK.

P. 230. v. 8. πως] Post ἐμὲ addit πως Aldus, quod annotator Tayloranus punctis subnotavit. πως encliticam, *quodammodo*, ex Aldina addidi. REISK. Bene delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 230. v. 10. προΐσταται] „Προΐσταμαι, Praetendo, praetexo“ H. Stephanus in Thes. hoc loco citato. „susceptae omnino causae nostras inimicitias praetendit“ P. Foulkes et I. Freind. Atqui Aeschines non obtentu in Demosthenem odii accusabat Ctesiphontem, sed contra accusationis huius obtentu Demosthenem petebat, *ut ulciscendi inimici causa* (inquit Cicero De opt. gen. Or.) *nomine Ctesiphontis iudicium fieret de factis famaque Demosthenis*. Mihi igitur videtur προΐσταται significare *ducere agmen facit, locum praecipuum dat*. Multo enim plura in Demo-

sthenem quam in Ctesiphontem dixerat Aeschines. Nihil veritati magis contrarium quam Reiskii interpretatio in Indice Graec. Demosth. „causatur, quamquam id falso quidem et mendaciter, cur hac me actione impeteret, aliam sibi nullam fuisse causam, quam suam mecum simultatem aut suum mei odium.“ SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 51. Est i. q. πρόφασιν ποιεῖται, intelligendum illud de causa vera, non de praetextu. Conf. p. 192, 5. s. SCHAEFER.

P. 230. v. 11. πρὸς ἅπασιν — εἰπεῖν τις] πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οἷς ἄν τις εἰπεῖν August. primus sine δικαίοις, quod etiam ab August. secundo et a Paris. primo abest. Verumtamen August. primus et Paris. primus non plane omittunt hoc vocabulum δικαίοις, sed positum solummodo dant post ἔχοι v. 13. REISK.

P. 230. v. 12. ὑπὲρ] περὶ August. quartus. REISK.

P. 230. v. 13. τοῦτ᾽] τοῦτό γε August. primus. REISK.

P. 230. v. 13. δοκεῖ] δοκοῖ Bavaricus. REISK.

P. 230. v. 16. ἐξετασμὸν] V. Anecd. Bekk. p. 93, 20. SCHAEFER.

P. 230. v. 17. παραλείπειν] παραλιπεῖν August. secundus. παραλίπεῖν (sic) August. quartus. REISK.

P. 230. v. 17. ἑτέρῳ δ᾽ — ζητεῖν] V. Buttmann. ad calcem Gramm. Gr., ubi vir egregius de attractione disputat. SCHAEFER.

P. 230. v. 17. ὑπερβολὴ γὰρ ἀδικίας τοῦτό γε] Istam ὑπερβολὴν ἀδικίας, quam in Aeschine reprehendit, potuit luculentius descripsisse, si comma istud turbulentum p. 229, 23. οὐ γὰρ δήπου — οὐκ ἂν ἐγράψατο hic sequeretur. Scilic. *Utrumque est iniustum et incivile, Ctesiphonti quidem* litem intendere, *me autem per totam causam* accusare. *Meae enim criminationes ad istius condemnationem pertingere non possunt aut debent.* οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι᾽ ἐμέ. Illud prius. Proximum est: *Neque rursus confidit posse, ut me reum perageret; aliter contra me actionem instituisset, non contra Ctesiphontem.* vel, ut Graeca sonant, ἐμὲ δ᾽ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. Nihil certius, quam ut ἐμὲ ad ἐξελέγχειν (vel, ut Codd. Vindob. Guelph. et Harl., ἐξελέγξειν) iure sit referendum, αὐτὸν ad ἐγράψατο. Etsi non pro vero venditem, vero tamen simile haberi velim, erraticum istud comma hic iure optimo sisti oportere. Ita infaustissimae huic paragrapho valedicere liceat, quam alii forsan felicius vindicare possint, nemo sollicitius exploravit. TAYLOR. V. not. ad p. 229, 23. SCHAEFER.

P. 230. v. 19. ὁμοίως] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 230. v. 20. ἓν] Omittunt Paris. primus et quintus, August. primus et quartus. REISK.

P. 230. v. 21. ὅσα] ὅσα γε Paris. tertius. REISK.

P. 230. v. 23. ἔστι δ' ἀναγκαῖον —] Hermogenes p. 232. καὶ εἰσὶν ἔννοιαι μὲν εὐκρινεῖς αἱ καταστατικαὶ πᾶσαι καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγουσαι τὸν λόγον, οἷον· ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ προσῆκον ἴσως etc. Conf. locum Syriani paulo ante ad p. 228, 5. recitatum. REISK.

P. 230. v. 26. ἀναμνῆσαι ὑμᾶς] ὑμᾶς ὑπομνῆσαι Hermogenes p. 232. ὑμᾶς abest ab August. secundo. REISK. ὑμᾶς ἀναμνῆσαι Syrianus l. c. SCHAEFER.

P. 230. v. 27. τοῦ γὰρ Φωκικοῦ κ. τ. λ.] Certatim hoc comma a Rhetoricis laudatur, a Quintiliano V. 2. fin. ab Hermogene p. 281. 286. 287. 307. a Demetrio Phaler. §. 322. 323. Aquila Rom. p. 16. TAYLOR. Nobile exordium in scholis Technicorum: nam hic ingreditur Demosthenes tractationem. Citant Hermogenes p. 281. et 286. Alexander de Figuris p. 54. his verbis: μετάστασίς ἐστιν, ὅταν ἀπ' αὐτῶν [subaudi ἡμῶν] μεθιστῶμεν τὴν αἰτίαν ἐφ' ἕτερον ἔξω τοῦ πράγματος ὄντα, ὡς Δημοσθένης· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. Scholiastes anonymus ad Hermogenem p. 380., cuius haec sunt verba: ἐπεμβολή ἐστιν ἡ μεταξυλογία, ὅταν μεταξὺ τῆς ἀκολουθίας ἔξωθέν τι ἐπεμβάλλῃ, οἷον· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου. εἶτα ἡ ἐπεμβολή· οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. ἡ γὰρ ἀκολουθία ἦν· πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε. Item p. 392. ἡ δὲ ὑποστροφὴ ὑπ' ἐνίων καλεῖται καὶ ἐπεμβολή. οἷον [p. 774, 5.]· ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τό· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου. τό γε μὴν τῆς ὑποστροφῆς σχῆμα καὶ ὑπέρβατον λέγεται. REISK. In Aquila Rom. p. 156. ed. Ruhnk. miror servatum *et*. SCHAEFER.

P. 230. v. 27. συστάντος πολέμου] Invertit August. primus. REISK.

P. 230. v. 28. δὴ] Omittunt Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK. Item Scholiastes Hermogenis l. c. ad v. 27. SCHAEFER.

P. 230. v. 28. τότε] ποτε textum Bavarici dat, sed margo vulgatam. REISK.

P. 231. v. 1. βούλεσθαι] ἐβούλεσθε August. quartus. REISK.

P. 231. v. 2. ἂν] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 231. v. 4. ἐπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει] Vide Longin. cap. 24. TAYLOR. Huius dictionis ergo citat h. l. Alexander de Figur. p. 74. REISK.

P. 231. v. 6. οὐθ' οἱ πρότερον — τῶν πόλεων ἦσαν] Significat, τοῖς δεκαδάρχαις (de quibus vide Isocratis Panegyricum et Panathenaicum) magistratum fuisse abrogatum. WOLF.

P. 231. v. 7. ἐκείνων] ἐκεῖνον Aldus. Sed Weimar. corrector vulgatam adscripsit. REISK.

P. 231. v. 7. *ἄκριτος*] Vide Harpocrat. in v. et Suid., qui per *ἀδιάκριτον* exponunt. Adde H. Stephan. Thes. Gr. L. T. II. col. 430., qui de vi et usu istius vocabuli disputat. Exponere liceat *contentionem tacitam et obductam, quae nondum in apertum bellum erupit.* TAYLOR. Citat h. l. Harpocration v. *ἄκριτος.* REISK. Tangunt etiam Anecd. Bekk. p. 366, 16. V. Ind. Graecitat. p. 25. SCHAEFER.

P. 231. v. 8. *καὶ παρὰ τούτοις — ἅπασιν Ἕλλησιν*] Rescribe iuxta probatissima exemplaria *καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν.* Sunt autem Reg. *α.* Guelph. Vindob. Aug. et Harl., qui conspirant amice. TAYLOR.

P. 231. v. 8. *παρὰ τοῖς ἄλλοις*] Vulg. *τοῖς ἄλλοις. παρὰ τοῖς ἄλλοις* Paris. primus, August. primus et secundus, Wolfenbutt. Vindob. Harl., probante Tayloro: et videtur Aldus quoque hanc lectionis varietatem in indice notare voluisse, sed oblitus est aut ipse, aut quicunque Schedas eius digessit; notatus enim h. l. in texto Aldinae est asterisco, cui nihil respondet in indice. Multi sunt per totam Aldinam loci huic similes, quibus de universis ita statuo, reperisse Aldum ad eos locos suis in libris aliquid diversitatis, quod cum voluerit ille indicare, casus quicunque interceperit. Nil refert *) eiusmodi locos indicare. Iteravi *παρά.* REISK.

P. 231. v. 8. *ἅπασιν Ἕλλησιν*] Vulg. *ἅπασιν.* Addunt *Ἕλλησιν* Paris. primus, August. primus. Omittit August. quartus *ἅπασιν* et eius loco dat *Ἕλλησιν.* Addidi *Ἕλλησιν.* REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 231. v. 11. *πάντας*] *πάντα* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 231. v. 11. *συνέκρουε*] V. Dorvill. ad Chariton. p. 452. Lips. SCHAEFER.

P. 231. v. 12. *ἑαυτοὺς*] Codd. Regg. *α.* et *β.* Guelph. Vindob. Aug. et Harl. habent *ἀλλήλους.* Tu diiudica. TAYLOR. *ἀλλήλους* Paris. primus et cum *γρ.* secundus, August. primus, Wolfenbutt. Harl. Vindob. REISK. Profectum est ab interpretante vulgatum. V. not. ad p. 43, 7. *ἑαυτοὺς* tuetur etiam Priscianus T. II. pag. 187. ed. Lips. *αὑτοὺς* Bekker. SCHAEFER.

P. 231. v. 12. *ἐτάραττεν*] *ἐξήρασσεν* vel *ἐπήραττεν*, ab *ἀράττω.* MARKLAND. Levissima coniectura, quales oppido multae sunt Marklandi. V. not. ad p. 276, 10. SCHAEFER.

P. 231. v. 12. *οἱ*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 231. v. 15. *ἐφύετο*] V. Ind. Graecitat. p. 530. SCHAEFER.

---

*) Immo nonnihil refert. Sed hanc diligentiam, ut plura Critico curanda, vir optimus spernebat. SCHAEFER.

P. 231. v. 15. οἱ τότε μὲν βαρεῖς κ. τ. λ.] Citat h. l. Phoebammon p. 134. ed. Norm. REISK.

P. 231. v. 16. νυνὶ] Vulg. νῦν. νυνὶ Paris. primus, August. primus. REISK. Verum h. l. νῦν revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 231. v. 17. ὁ Φίλιππος] Subnotata punctis sunt in Aldina Taylori. REISK.

P. 231. v. 18. γένοιτο] γένηται Paris. primus, August. primus. Utramque lectionem dat Bavaricus. REISK.

P. 231. v. 21. ἑκόντας ὑμᾶς] Vulg. ὑμᾶς ἑκόντας. Invertit August. primus. ἡμᾶς dat August. quartus. ἑκόντας subnotavit Aldinae annotator Tayloranus. Transposui. REISK. Vulgarem ordinem restituit Bekker. Ego Reiskium sequar: iungenda enim videntur ὀλίγου δεῖν ἑκόντας. SCHAEFER.

P. 231. v. 21. ἢ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε —] Constructio passim obvia. Nonnihil differt Galeni T. V. p. 830. s. ed. Lips. τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς, εἴτε διαθέσεως ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία. SCHAEFER.

P. 231. v. 25. κοινῇ] Abest ab August. secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 231. v. 26. οὔτ'] Vulg. οὐδὲ. οὔτε Paris. primus, August. primus et secundus. Praetuli οὔτ' (per tau). REISK.

P. 231. v. 27. πάντων] ἁπάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 231. v. 28. τῷ] Abest a Paris. primo, August. primo. Etiam in Aldina Taylori τῷ punctis est subnotatum. REISK.

P. 232. v. 1. εἰρήνῃ] Post εἰρήνῃ addunt τῷ Φιλίππῳ Paris. quintus, August. quartus: quod in textum immitti equidem haud aegre feram. REISK.

P. 232. v. 1. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. Apostrophum non admittit vox post h. v. paullisper subsistens. SCHAEFER.

P. 232. v. 2. διέβαλλεν] διέβαλεν (per unum λ) Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 232. v. 3. ἂν] ἐὰν Paris. primus. REISK.

P. 232. v. 4. ταυτὶ] ταῦτα Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P. 232. v. 5. τινα] τι August. secundus, qui consentanee quoque v. 6. pro ἀδικήματα rursus in singulari dat ἀδίκημα. Num τινῶν? REISK. τι — ἀδίκημα Bekker. SCHAEFER.

P. 232. v. 6. μάλιστα] μέγιστα Aldina Taylori. REISK.

P. 232. v. 6. ἐστι τούτων δήπου] τούτων inserunt MSS. Regg. α. ε. Aug. Harl. Vindob. et Guelph. TAYLOR. Vulg. ἐστι δήπου. ἐστι τούτων δήπου Paris. primus et quintus, August. primus et quartus, Wolfenb. Vindob. Harl. τούτων addidi. Redit sive ad τῶν ἀδικημάτων sive ad τῶν ἀδικησάντων. REISK. τούτων delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 232. v. 7. ὑπὲρ] Omnes fere l. s. uno ore περὶ. Sunt autem Ven. Guelph. Aug. Ital. Vindob. et Parisienses Regii α. β. ε. ζ. η. Adnotavi de hac re ad Aeschinem p. 452, 5. Noster quod in una pagina, scil. 228, 3. ait παραστῆσαι — πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι, idem v. 12. ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. Servius ad Virgil. IV. Aen. 233. SUPER *sua laude*] *Id est*, PRO *sua laude. et Graecum est schema. Sic enim Demosthenes* ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, *id est*, pro *corona*. Ita minus erit necessarium semper ad emendationem confugere, sicubi hae voces turbari et inter se commisceri videantur. Vide Not. p. 522, 16. et p. 532, 9. TAYLOR. περὶ Paris. primus et cum γρ. secundus, quintus, sextus, septimus, August. primus et quartus, Venet. Wolfenb. Ital. Vindob. Bavar. Lessing. Ald. Tayl. REISK.

P. 232. v. 11. Ἀγνούσιος] Ἁγνούσιος cum aspero Bavaricus. REISK. Citat Harpocrat. v. Ἀγνοῦς. SCHAEFER.

P. 232. v. 11. οὐκ ἐμὸς] οὐχ ὁ ἐμός Bekker. SCHAEFER.

P. 232. v. 12. διαῤῥαγῇς] διαῤῥαγείης Regg. α. γ. Guelph. Harl. Vindob. TAYLOR. Item August. primus. REISK. Quis dubitabit praeferre coniunctivum, quem ceteri libri tuentur? Minus recte Meinekius ad Menandr. p. 251.: „Miro consensu codd. διαῤῥαγείης. Fuit igitur οὐδ᾽ ἂν εἰ σὺ διαῤῥαγείης.“ SCHAEFER.

P. 232. v. 12. συνειπόντες] συνεπιόντες Paris. secundus cum γρ. item index Aldi. Taylorus ipse in eo libro, quem Ald. Tayl. appellare soleo, eandem lectionem rubrica adscripserat ex Harlei., ni fallor. REISK.

P. 232. v. 13. Εὔβουλος] Citat h. l. Harpocrat. v. Εὔβουλος. REISK.

P. 232. v. 15. τούτων] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 232. v. 16. ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων] P. 230, 19. ἐπ᾽ ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα. SCHAEFER.

P. 232. v. 17. ὥστ᾽ ἐτόλμα] Pro ὥστε τολμᾷ habent ὥστε τολμᾷν Ven. et Reg. ζ. ὥστ᾽ ἐτόλμα Guelph. Aug. Vind. et ex Regg. Parisiensibus Cod. α. Neutrum credo necessarium. Aeschines c. Ctesiph. p. 610, 10. οὕτω γάρ ἐστι δεινὸς — ὥστε οὐκ ἀπόχρη κ. τ. λ. Et Noster infra p. 236, 19. οὕτω δ᾽ ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ — ὥστε πάλιν μισθοῦται τουτονί. TAYLOR. Vulg. ὥστε τολμᾷ. ὥστε τολμᾷν Paris. sextus et Venet. Ald. Tayl. ὥστ᾽ ἐτόλμα Paris. primus, August. primus, Wolfenb. Vindob. Praetuli ὥστ᾽ ἐτόλμα. REISK. Recte praelatum esse arguit quod sequitur, ὡς — κεκωλυκὼς εἴην. Nescio quid tricatus Wunderlichius praefat. p. XXVI. s., ut praesens ostenderet praeferendum esse, perperam dederat ὥστε τολμᾷ. Laudo igitur Dissenium, qui in altera editione imperfectum restituerit. SCHAEFER.

P. 232. v. 18. ἔτι] Omittunt Paris. primus, August. primus et secundus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 232. v. 20. εἶτ', ὦ τί ἂν —] Recte hanc figuram dicendi cepit Wolfius: nonnullos perterrefecit. Neque bonus Etruscus vidit, quidnam rei hic ageretur. Suidas v. Ὦ μηδαμῶς. τὸ τοιοῦτον σχῆμα ἀποσιώπησις λέγεται. ἔστι καὶ παρὰ Δημοσθένει τὸ ὅμοιον· ἀλλ' ὦ τί ἂν τίς σε εἰπὼν ὀρθῶς προσείποι; εἰρηκότος γὰρ αὐτοῦ μηδαμῶς, εἶπεν· Ὦ μηδαμῶς. Ut postrema haec intelligantur, conferas Aristophan. Acharn. 333., ad quem verba haec olim adnotabantur, et cuius σχ. compilavit Suidas, ut solet. Adde Hermogenem p. 179. 352. TAYLOR. Celeberrimus est h. l. in scholis Technicorum. Hermogenes p. 179. τὸ κλητικὸν σχῆμα [oratio per vocativum prolata] πνεύματός ἐστι μέρος ἀποστροφὴν ἐργαζόμενον καὶ καταφοράν. εἶτα, ὦ τί ἂν εἰπών σε etc. REISK.

P. 232. v. 21. ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν κ. τ. λ.] Alexander de Figur. p. 54. tertium genus τῆς μεταστάσεως seu translationis facit, ὅταν τὸν ἀντίδικον εἰς αἰτίαν καθιστῶμεν ἐξ ὧν αὐτὸς ἡμῖν ἐγκαλεῖ, ὡς πάλιν Δημοσθένης· εἶτα, τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην —. REISK. Bis utitur hoc loco Sopater l. c. ad p. 229, 23. SCHAEFER.

P. 232. v. 21. ἔστιν ὅπου σὺ] Sopater priore loco ἔστιν οὖν ὅπου σὺ, posteriore ἔστιν ὅπου καὶ σὺ. SCHAEFER.

P. 232. v. 21. τηλικαύτην] Sopater priore loco τοιαύτην. SCHAEFER.

P. 232. v. 22. πρᾶξιν] Quid si παράταξιν, *apparatum*? Recte coniungitur cum voce συμμαχίαν. Et credo, tametsi neutiquam corroboretur a MStis, eam esse lectionem unice veram. TAYLOR. πρᾶξιν ita verum est, ut aliud nullum vocabulum ei sufflci queat. πρᾶξις, ut alias multas h. v. notiones taceam, has tres habet ab h. l. non alienas: 1) callidam, versutam quamque machinationem, quae peragitur oratione insidiosa, captiosa, blanda, lenociniorum plena, obtestationibus, promissionibus, minis, omni genere adminiculorum ad persuadendum valentium mista; 2) negotium quodcunque ingens, arduum, ubi ingenio, solertia, usu rerum, industria, celeritate opus est; 3) comparationem amicitiarum, pertractionem civitatis alicuius tuas in partes, cui persuasum esset, ut sponte se dederet. V. a me ad Polybii p. 135, 21. dicta. REISK. Sopater posteriore loco τάξιν, solenni confusione, de qua v. Apparat. T. I. p. 876. πρᾶξιν, h. e. τὸ ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων. SCHAEFER.

P. 232. v. 22. καὶ συμμαχίαν] Sopater priore loco ἢ συμμαχίαν, posteriore omisit. SCHAEFER.

P. 232. v. 22. διετραγῴδεις] Pro ἐτραγῴδεις habent διετραγῴδεις Cod. Reg. ε. Obsop. et Lindenbr. TAYLOR. Vulg. ἐτραγῴδεις. διετραγῴδεις Paris. quintus, Bavaricus, Pannon. Obsop. Lindenbr. Verba haec duo ἐτραγῴδεις καὶ absunt ab August. secundo. Praetuli διετραγῴδεις. REISK. Sopater priore loco solum habet διεξῄεις, omissis διετραγῴδεις καὶ, posteriore solum ἐτραγῴδεις, omis-

sis καὶ διεξῄεις. Bekkerus omisit διετραγῴδεις καί. V. not. ad pag. 229, 18. SCHAEFER.

P. 232. v. 23. με] σε Paris. sextus. REISK. Sopater priore loco omittit. SCHAEFER.

P. 232. v. 25. κατηγορεῖς] Malim κατηγόρεις. V. v. 22. et p. 234, 12. SCHAEFER.

P. 232. v. 25. καὶ διεξῆλθες] Vulg. ἢ δ. καὶ δ. Paris. primus, August. primus, quod praetuli. REISK. Satis apparet Parisini Augustanique scripturam huc referri oportere. Sed cum Reiskii operae in numero versus errassent, factum est, ut Wunderlichius καὶ ad ἢ praecedentis versus referens perperam ederet καὶ παρελθών. SCHAEFER.

P. 232. v. 25. καὶ μὴν, εἰ τὸ κωλῦσαι κ. τ. λ.] Citat Hermogenes p. 281. h. l. hoc pacto, non parum illo a vulgata lectione discrepante: εἰ γὰρ τὸ κωλῦσαι τὴν πόλιν μετὰ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ. Aut ergo locum prorsus alium in mente habuit Hermogenes, aut e memoria recitavit. REISK. Non alium locum Technicus in mente habuit. SCHAEFER.

P. 232. v. 26. κωλῦσαι] Reiskiana et, quod ferendum iniquius, Wunderlichiana perperam κωλύσαι. SCHAEFER.

P. 232. v. 26. ἐγὼ] ἔγωγε Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 232. v. 28. τουτοισί] Duo Codd. Bekk. τουτοισίν. V. not. ad p. 113, 23. SCHAEFER.

P. 232. v. 28. οὐδαμοῦ] μηδαμοῦ August. secundus. REISK.

P. 233. v. 1. οὐδείς· εἰκότως.] Leg. οὐδείς· εἰκότως. WOLF. Post οὐδείς subiicitur in optimis exemplaribus et plurimis, Guelph. Harl. Vindob. Regg. α. β. ε. ζ. et edit. Feliciani, εἰκότως. Recte. TAYLOR. Vulg. οὐδείς. Post οὐδείς addunt εἰκότως Paris. primus et cum γρ. secundus, quintus, sextus, August. primus et quartus, Felic. P. Manut. Wolfenb. Harl. Vindob. Wolfius quoque in Annott. admonet εἰκότως esse addendum. Et ego addidi. REISK. V. Fr. A. Wolf. ad Leptin. p. 252. SCHAEFER.

P. 233. v. 2. οὐδένας] Pro οὐδένα habent οὐδένας Codd. Ven. Vindob. Guelph. et Regii α. γ. TAYLOR. Vulg. οὐδένα. οὐδένας etiam Ald. Tayl., nisi Veneti et haec auctoritas eadem est. Praetuli οὐδένας in plurali. REISK.

P. 233. v. 3. πάλαι] Paris. septimus, Ald. Tayl. Bavaric. dant τότε, sed in huius margine vulgata legitur annotata. REISK.

P. 233. v. 3. ἐξεληλεγμένοι] Recte Wolfius. Item Etruscus: *gran tempo era che ci eravamo chiariti de gli animi di tutti loro.* Plurimi offendunt. ἀποδεδειγμένοι recte Ulpianus. TAYLOR. V. Ind. Graecitat. p. 216. m. SCHAEFER.

P. 233. v. 6. *εἰ γὰρ ὑμεῖς κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 423. ult. REISK.

P. 233. v. 6. *εἰ*] *οὐ* Paris. septimus. REISK.

P. 233. v. 6. *τοὺς μὲν Ἕλληνας*] *ἄλλους* [post *μὲν*] deest in MSS. *α. ε.* Guelph. Harl. Vindob. Caeteras etiam hic colligo varietates, quae sunt paulo notabiliores. Mox v. 8. deest *πρέσβεις* in Reg. *ε.* Et v. 13. Ven. pro *ἐβουλεύεσθε* habet *ἐπρεσβεύετε.* Laudatur totum hoc comma ab Hermogene *περὶ μεθόδ. δεινότ.* p. 424., ubi vulgata lectio constantissime retinetur ubique. TAYLOR. Vulg. *τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας. ἄλλους* omittunt etiam August. primus, secundus et quartus. Omisi v. *ἄλλους.* REISK. Ego malim *τοὺς μὲν ἄλλους,* omisso *Ἕλληνας.* Ita aptius opponitur *αὐτοὶ δὲ* v. 7. SCHAEFER.

P. 233. v. 7. *περὶ εἰρήνης*] Cod. Bekk. *περὶ τῆς εἰρήνης,* minus ex usu linguae. Talia enim fere carent articulo. Mox v. 13. *περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε.* V. Porsoni Addenda ad Euripid. Hecub. p. 99. ed. Lips. tert. et conf. not. ad p. 235, 6. SCHAEFER.

P. 233. v. 8. [*πρέσβεις*]] Abest a Paris. quinto. REISK. Vere Wunderlichius: „Reiskius hanc vocem nulla ratione seclusit.“ Etiam Bekkerus uncinos amovit. SCHAEFER.

P. 233. v. 8. *Εὐρυβάτου*] V. Interpretes ad Aristaenetum p. 513. s. Boiss. SCHAEFER.

P. 233. v. 13. *ἐβουλεύεσθε*] *ἐπρεσβεύετε* Ven. Ald. Taylori. REISK.

P. 233. v. 15. *ἐξ ἀρχῆς*] Ulpianus haec illustrat ad Demosthen. *π. παραπρεσβ.* p. 369, 17. Vide Aeschin. p. 448, 1. TAYLOR. *ἐξαρχῆς* Reiskiana. Diremi, ut similia: quod satis sit semel monuisse. SCHAEFER.

P. 233. v. 16. *ἄλλων ὢν*] [Vulg. *ἄλλων οὐδὲν ὢν.*] Licet Graeci negativis saepenumero gaudeant, (de qua re Priscianus col. 1196. Vide supra p. 226, 15. huiusce orationis.) haec tamen omnem modum superant, et prius *οὐδὲν* recte ideo abest a Codd. Regg. *α. ε. η.* Aug. Harl. et Vindob. TAYLOR. Abest ab August. primo, secundo, quarto, Bavar. Delevi. REISK.

P. 233. v. 16. *δείκνυται*] *φαίνεται* Guelph. et Vindob. Quod satius est. Modo pro *ἑκάτερος* iidem *ἕκαστος.* Et proxime *ὄψεσθε* pro *εἴσεσθε* Guelph. Reg. *α.* Aug. Harl. Vindob. TAYLOR. Ad meum sensum *δείκνυται* satius est. SCHAEFER.

P. 233. v. 18. *ἑκάτερος*] V. not. ad *δείκνυται* v. 16. SCHAEFER.

P. 233. v. 20. *εἴσεσθε*] *ὄψεσθε* August. primus. REISK. V. not. ad *δείκνυται* v. 16. SCHAEFER.

P. 233. v. 20. *πάντα συναγωνιζόμενος*] *τὴν εἰρήνην ἀγωνιζόμενος* August. secundus. REISK.

P. 233. v. 22. *βουλεύων*] h. e. *βουλευτὴς ὤν.* Infra p. 234, 20.

V. Thom. Mag. pag. 159. et H. Stephani Thesaur. c. 2790. C. D. SCHAEFER.

P. 233. v. 23. τοὺς τύπους] τοῖς τόποις Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 233. v. 23. τὸν Φίλιππον] Vulg. Φίλιππον. τὸν Φίλιππον Paris. primus, August. primus et secundus. REISK. Articulum omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 233. v. 25. ὅρκους] Post h. v. additum est in nonnullis exemplaribus, scilic. iisdem, quae modo [ad v. 16.] citavi, τὴν ταχίστην. Quod S. Fabricius, qui Augustanum Codicem excussit, irrepsisse arbitratur huc ex superioribus: id quod ego verisimile esse credo. Vel potuit etiam ex inferioribus. V. p. 234, 10. TAYLOR. Post ὅρκους addunt τὴν ταχίστην Paris. primus, August. primus, Wolfenb. Harl. Vindob. Sed Fabricius seu potius Wolfius hoc e superioribus perperam irrepsisse existimat. REISK.

P. 233. v. 25. δὲ] δὴ Paris. septimus. REISK.

P. 233. v. 26. ἠδύνατο] ἐδύνατο August. secundus. REISK. De vi huius verbi v. Matthiae ad Euripid. Med. 129. SCHAEFER.

P. 233. v. 26. ὦ] Abest a Paris. primo, secundo, tertio, Bavarico. REISK.

P. 233. v. 28. τὸν] Abest a Paris. septimo et August. quarto, item Bavarico et Aldina Taylori. REISK. Mox corrig. γενέσθαι. SCHAEFER.

P. 234. v. 1. μόνον ἡμέρας] Invertunt August. primus et secundus. REISK.

P. 234. v. 2. τὴν] Omittunt August. quartus, Ald. Tayl. et Bavar.: sed est in huius margine cum γρ. REISK.

P. 234. v. 2. ἐξελύσασθε] Vulg. ἐξελύσατε. ἐξελύσασθε cum γρ. Paris. secundus, tertius, septimus, Bavar. Ald. Tayl. Praetuli ἐξελύσασθε in medio. non belli cuiusque, sed belli vestri, a vobis gerendi, apparatum intermisistis, abrupistis. REISK.

P. 234. v. 3. τοῦτο] id, de quo dixerat p. 233, 27. ὡς πλεῖστον τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσθαι. REISK.

P. 234. v. 4. νομίζων -- προλάβοι] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 3., omisso commate intermedio ὅπερ (sic corrig.) ἦν ἀληθές. SCHAEFER.

P. 234. v. 5. ὅσα] F. ὅσ' ἄν. MARKLAND. Anecd. Bekk. l. c.: ἐλλείπει ὁ ἄν. Particula nec cum Grammatico subaudienda, nec cum Anglo addenda. V. Wunderlich. praefat. p. XXXVIII. s. SCHAEFER.

P. 234. v. 5. τοὺς ὅρκους] ὅρκον Aldina Taylori. REISK.

P. 234. v. 7. ἕνεκεν] Vulg. ἕνεκα. ἕνεκεν August. primus. REISK. ἕνεκα Bekker. SCHAEFER.

P. 234. v. 7. ἃ ἐγὼ — γράφω] Citat Hermogenes p. 278, 5.

hinc sumtum, quod Reiskium fugit. V. Ind. Graecitat. pag. 433. SCHAEFER.

P. 234. v. 8. τοῦτο τὸ ψήφισμα] Vulg. τὸ ψήφισμα τοῦτο. τοῦτο τὸ ψήφισμα August. primus. REISK. τὸ ψήφισμα τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 234. v. 11. ὑμετέρων] ἡμετέρων Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 234. v. 12. Σέῤῥιον — Μύρτιον] Vide Vales. ad Harpocrat. p. 288. et 130. TAYLOR.

P. 234. v. 12. Σέῤῥιον] Σέῤῥειον August. quartus. REISK.

P. 234. v. 13. Μύρτιον] Μυρτηνὸν Guelph. Harl. Regg. α. ε. Quo fere pacto legit Harpocratio. Neque longe abest Μυρτενὸν Ven. neque Μυρτηκὸν Cod. Aug. Vide Harpocrat. v. Μυρτανὸν et Suid. v. Μυρτώνιον, Meurs. VI. Attic. Lect. 28. TAYLOR. Μυρτηνὸν August. primus. Falso enim illinc retulit Fabricius, Μυρτηκὸν ibi legi, nisi potius error hic operis Basil. imputandus est. REISK. Μυρτόνιον ex h. l. citat Photius c. 206. SCHAEFER.

P. 234. v. 13. Ἐργίσκην] Σεργίσκην Paris. quintus, August. quartus. REISK.

P. 234. v. 17. ἐπιχειροίη] ἐπιχειρείη Aldus, P. Manutius. REISK. Talibus quisquiliis bona charta non fuit conspurcanda: nisi forte sontica videatur causa, qua suam in his sordibus enotandis diligentiam Reiskius excusavit ad p. 238, 26. SCHAEFER.

P. 234. v. 18. εἶτα τοῦτο μὲν —] Locum hunc citat Minucianus p, 152. ult. ed. Norm. REISK.

P. 234. v. 18. ἀναγινώσκει] ἀναγιγνώσκει Bekker. SCHAEFER.

P. 234. v. 22. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus. REISK.

P. 234. v. 23. ἀλλ' ἐν τοῖν — τοῦτ' ἐγράφη] Vide Etymolog. M. v. Θεωρικὸν ἀργύριον, ubi hunc locum citat et illustrat, Casaubon. item ad Theophrasti Charact. p. 100. edit. Needham. TAYLOR. Citat h. l. Pollux 9, 63. REISK. Citat etiam Tiberius p. 64. SCHAEFER.

P. 234. v. 23. ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν] ἀντὶ τοῦ δυοῖν ὀβολοῖν, pro genitivo pretii, ut ὁ Δημοσθένης πέντε ταλάντων σιγῆσαι λέγεται. WOLF. Sic etiam Fischerus ad Weller. III. 2. p. 138. Sed de loco intelligens (nisi forte solum sensum voluit exprimere circumloquendo) Reiskius Ind. Graecitat. p. 206.: *ex iis subselliis, quae mercede binorum obolorum conducuntur.* Wolfii interpretationem reprobat, probat Reiskii Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. I. pag. 240.: Wolfianae rationi enim adversari usum et praepositionis ἐν et articuli τοῖν. Mihi ἐν h. l. videtur valere *ope, auxilio, mittelst:* ut ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἂν sit i. q. ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἦν ἂν θεωρεῖν αὐτούς. Sophocles Aiac. 519. Lob. ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι. i. e. ἐν σοί ἐστι πᾶσαν ἐμὲ σώζεσθαι. Apparet, quam acerbe Orator adversarium subsannet de re levissima loquens satis graviter. Articulum autem, cum de

certa quadam pecunia agatur, nemo dubitet recte additum esse. De eadem pecunia p. 169, 2. τοῖν δυοῖν δ' ὀβολοῖν ἅπαντες [μέμνηνται]. SCHAEFER.

P. 234. v. 25. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως] illud nescio quid pecuniae, quod civitas non lucrata est, honoraria sede legatis adsignata. Similiter τὸ θεωρικὸν rebus magni momenti, unde salus pendeat civitatis, opponitur p. 168. s. Melli est Demostheni identidem insectari τοὺς δύο ὀβολούς. SCHAEFER.

P. 234. v. 25. μικρὰ] σμικρὰ August. secundus. REISK.

P. 234. v. 26. με] Omittit Paris. quintus. Eius loco dat August. primus μὴ, secundus μὲν: utrumque vitiose. REISK.

P. 234. v. 26. τὰ — ὅλα] *res summas*. V. Heinrich. ad Ciceron. Orat. pro Tullio p. 69. SCHAEFER.

P. 234. v. 27. Φιλίππῳ] Omittunt Paris. septimus, August. secundus et quartus, item Bavaric. Ald. Tayl. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 234. v. 27. δήπου] δήπω Paris. quintus. REISK.

P. 234. v. 27. λέγε] i. e. ἀναγίγνωσκε. Sic usurpatus hic imperativus in Demosthene tam frequentis adeoque solennis usus est, ut exempla congerere pigeat. V. not. ad p. 282, 6. SCHAEFER.

P. 234. v. 28. εἰδὼς οὗτος] Vulg. οὗτος εἰδώς. εἰδὼς οὗτος August. primus. REISK. οὗτος εἰδὼς Bekker. SCHAEFER.

P. 234. v. 28. παρέβη] ἑκὼν παρέβη Cod. Reg. Paris. ε. TAYLOR.

P. 234. v. 28. λέγε] Post λέγε scriptum erat in Bavarico signum hoc ο̄ rubrica: quod signum seu compendium vocabuli quid sibi velit, haud intelligo. Tum sequebatur titulus Ψήφισμα. REISK. Illud signum aliaque similia videntur esse de numero ductuum adventiciorum, de quibus v. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 728. Add. not. ad p. 237, 27. 249, 9. 250, 7. 25. 255, 18. SCHAEFER.

P. 235. v. 2. Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου] Mnesiphilus Archon Eponymus non invenitur in Olympiadum recensione nec apud Diodorum: sed hoc anno videtur Theophilus fuisse Archon Eponymus. At idem Mnesiphilus repetitur in alio psephismate infra p. 238, 2. Item pluribus in locis infra nomina Archontum praefixa decretis non concordant cum anno Eponymorum. Ideo dubito, an nomina Eponymorum praefigi solerent decretis eiusdem anni, an vero alterius Archontis nomen, qui praesidebat ecclesiae et suffragiis. Erant enim Archontes IX numero. Ideo ἐπέχω. PALMER.

P. 235. v. 2. Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ] εἴτε τῇ τριακάδι Ἑκατομβαιῶνος, ὅπερ εἰκότερον, εἴτε τῇ νουμηνίᾳ. Melanchthon: *mensis Iunii die primo*. Perionius: *pridie Cal. Iulii*. Meletus:

ultimo die mensis Hecatombaeonis. WOLF. Mnesiphilus Praetor in Fastis Atticis non occurrit. Et memini me alibi monuisse, plures istius farinae in hac unica oratione occurrere, (scil. in decretis, quae recitantur a scriba, aliisque monumentis publicis,) quam in quovis uno libro, qui a vetustate descenderit. Nescimus, inquam, quis fuerit ille Demonicus, qui memoratur p. 265., Euthycles, p. 266., Heropythus, p. 282., Mnesithides, p. 279., Nausicles, p. 288., Neocles, p. 249., Nicias, p. 272., Polycles, p. 261., Nicocles, p. 250. Quos omnes, inquam, nescit Chronologia Attica similiter atque hunc Mnesiphilum, qui rursus occurrit infra pag. 238, 2. Non audeo sane haec monumenta insimulare aut eorum derogare fidei. Totam fere iurisprudentiam Atticam, quae hodie remanet, ea res quasi radicitus evelleret. Sunt tamen ex his actis alia aliis suspectiora. Suspectorum tamen numero ideo accenseri non debet decretum hoc, in quo haeremus. Nam in vulgata serie Praetorum Atheniensium Eponymorum, quam hodie habemus, et quae multos annos complectitur, fieri vix potuit, ut ne unus suum haberet vel vicarium vel quovis modo substitutum. Quali quidem artificio seu malis honesta ratione huic difficultati Archontum Pseudonymorum iamdiu est responsum. Atque ei quaestioni eruditissimus longe Corsinius Dissertationem VIII. Fastorum Atticorum assignavit, in qua omnium istiusmodi Archontum series atque aetas demonstratur. Age autem: maius opus movetur. Res enim gestas de legatione obita, de clade Phocensium etc. uno et constanti tenore narrant oratores nostri: neque enim unquam vel levissime dissident: verum cum de iis ipsis rebus acta publica perspiciamus, quae hic et pag. 238. recensentur, in alia anni parte incredibili discrepantia eas res gestas et conclusas esse deprehendimus. Primum igitur eam seriem temporis describo, qua ab Aeschine et Demosthene traduntur esse transactae.

OLYMP. CVIII. 2.

PRAETORE ATHENIS THEMISTOCLE.

Aeschines c. Ctesiph. pag. 450. ult.

Philocrates decretum tulit, ut X legati ad Philippum mitterentur de pace ineunda, quique eum orent, ut suos quoque legatos cum plena potestate vicissim Athenas mitteret ad eam rem transigendam. Eunt. Impetrant. Redeunt domum.

Argumentum Orationis Demosthenis π. παραπρεσβ. secundum.

Aeschines c. Ctesiph. pag. 450. et passim.

Demosthenes pro Cor. pag. 231. ult.

MENSIS

ELAPHEBOLIO = MARTIUS

praeterpropter.

VIII. ASCLEPIA festum. Concio. Decretum Demosthenis de recipiendis Philippi legatis.

Aeschines c. Ctesiph. pag. 455. ult.
Id. pag. 234, 6.

XVII. DIONYSIA IN URBE.
Aeschines p. 458, 3. 241, 3.

XVIII. Pax cum Philippo sancita.
Aeschines ibid.

XIX. Societas etiam sive συμμαχία inita cum Philippo.
Aeschines ibid.
Demosthenes π. παραπρεσβ. p. 359, 6.

XXIV. Concio. Demosthenes proëdrus. Philocratis decretum. Socii Atheniensium, qui aderant, iureiurando pacem confirmant cum legatis Philippi.
Aeschines π. παραπρεσβ. p. 259. 267.
Id. c. Ctesiph. p. 462.

Hoc die vel nudiustertius potius iuxta Corsinium, die scil. XXII., decernuntur legati ad exigendum pariter a Philippo iusiurandum. Potest tamen fieri, ut die huius mensis XIX. ea res transigeretur. Idque constare arbitror ex decreto ipso, in quo versamur. Et quid tam verisimile, ut die crastino istius diei, quo pax cum Philippo rata est et sancita, iterum concione sive senatu habito, quod factum esse novimus, vellent iuberent Athenienses decerni legatos ad Philippi fidem de ea re iureiurando postulandam?

XXV. Cersobleptes imperio exuitur a Philippo.
Aeschines π. παραπρεσβ. p. 267. ult.

MUNYCHIO = APRILIS.

III. Decernitur, ut legati confestim et sine mora proficiscantur.
Demosthenes p. 234, 10.
Aeschines p. 268, 8.
Absunt legati per spatium trimestre.
Demosthenes p. 359, 8. 235, 22.

THARGELIO = MAIUS.

SCIRRHOPHORIO = IUNIUS.

XIII. Redeunt legati.
Demosthenes π. παραπρεσβ. p. 359, 9.

XVI. Concio. Renunciatur legatio.
Id. ibid. p. 359, 14.

XXIII. Interitus Phocensium.
Idem p. 359, 19.

XXVII. Senatus in Piraeo. Nunciatur Athenis clades Phocensium.
Idem p. 359. pen.

Bene est: conspirant feliciter. Age autem, videamus, quid monumenta publica, quid decreta αὐτολεξεὶ recensita.

HECATOMBAEO = IULIUS.

PRAETORE ATHENIS MNESIPHILO.

XXIX. Decretum de legatis, qui iusiurandum a Philippo exigerent.
Demosthenes pro Ctesiph. pag. 235, 2.

METAGITNIO = AUGUSTUS.

BOEDROMIO = SEPTEMBER.

MAEMACTERIO = OCTOBER.

XXI. Decretum Callisthenis de civitate tutanda, audita Athenis Phocensium clade.
Demosthenes pag. 238, 1.

Ergo decretum de maturanda legatione ad exigendum a Philippo iusiurandum, quod narrant scriptores latum esse III. Munychionis, (sive fuerit decretum de constituendis legatis, quod latum esse vidimus mense priore exeunte, sc. die XXII. Elaphebolionis, vel etiam XIX.) iam non eo mense aut die, verum, si fides habenda sit decreti verbis disertis, quae producuntur hic p. 235, 2., Hecatombaeonis die postremo sive XIX. latum erat. Porro autem decretum a Callisthene de excubiis latum in summa trepidatione civium ob deletam urbem Phocensium ponunt illi contigisse Scirrhophorionis die XXVII., hoc vero Maemacterionis die XXI. Quid de his turbis chronologicis fiet? Certe ad eas molestias tollendas utile et expeditum esset commentum (eo tamen non utor) Stratoclis cuiusdam, ut memoriae traditur a Plutarcho, qui, ut Demetrium captaret Poliorceten, tali consilio Kalendarium Atticum mutavit. Demetrius Athenas mense Munychione appulsus mysteriis initiari voluit. Id lege non licuit, nisi privatis et minoribus, quae mense Anthesterione celebrabantur, prius fuisset receptus, post id tempus eosque ritus mense demum Boëdromione magna illa, ut vocantur, vota suscepturus. Quid ergo fieret? Tulit populus hoc, quem dixi, suasore, ut Munychio pro hac vice Anthesterio, deinde peractis sacris, quae isti mensi competebant, protinus Boëdromio vocaretur. Verum eo consilio atque iis technis, inquam, non utor. Eruditissimus Corsinius in Fastis Atticis Dissertat. III. §. 17. haec duo monumenta publica emendat iuxta normam et seriem istam temporum, quam prius exhibuimus, rescribens hic scil. p. 235, 2. pro Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ Μουνυχιῶνος τρίτῃ aut potius Ἐλαφηβολιῶνος φθι-

νοντος ἐννάτῃ. Rursus p. 238, 3. pro *Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος* rescribit idem *Σκιῤῥοφοριῶνος τετράδι φθίνοντος*. Adde eundem Dissert. II. §. 15. Veruntamen, cum expresse exarentur in utroque loco verbisque disertissimis mensium dierumque nomina, quae non facile vel ob literarum ductum vel ob soni similitudinem a librariis et descriptoribus permutari poterant: cum, si quid erat innovandum, narratio potius ad registrum conformanda erat, quam hoc ab illa emendandum: cum nullus textus sacer esse potest, si verba supputationis tam distincte enarrata et tanta fide membranarum munita in tam aliena et tam disparia protinus mutarentur eo fine, ut unus ex utroque loco computus eliceretur: cum denique non temere, non casu aut exemplarium vitio, sed summo consilio factum esse deprehendimus, ut simile pene intervallum temporis intercederet inter decretum de constituendis legatis et decretum de vigiliis habendis, quale iuxta historiam intercedere necesse fuit, quemcunque demum computum inieris, id est, sive id fiat iuxta superiorem calculum, quem ex Oratorum verbis elicimus, sive iuxta posteriorem, quem decreti verba repraesentant: cum ita, inquam, se res habeat, nollem sane, pace eruditissimi atque amicissimi viri dixerim, eam defensionem fuisse paratam, licet nonnulli fortasse, qui nostram legerint, neque probabiliorem multo neque elegantiorem aut accuratiorem existimaverint. Hoc vero ut felicius expedire possim, liceat repetere atque ingeminare, quae nuperrime dixi, scil. posteriorem calculum feliciter satis esse subductum, neque temere factum videri aut talem, quem a temerario aut oscitante scriba profectum deprehenderis. Quid enim? In superiori computo excitantur legati ad proficiscendum Munychionis die III. Proficiscuntur. Spatium ultra bimestre terunt. Et paulo post reditum, scil. Scirrhophorionis die XXVII., narratur Athenis clades Phocensium. Quod intervallum est dierum circiter LXXXIII. Iam autem, si iuxta hunc computum numeres, scil. ab Hecatombaeonis die ultimo ad Maemacterionis diem XXI., dies iterum sunt LXXX, levissima vel potius nulla differentia. Utrinque ergo conveniunt rationes, atque accuratius quidem, quam in tali re fas erat exspectare. Aliquid igitur latet, quod iis, quas dixi, machinis expugnari non potest. Et profecto, si Kalendarii Attici ratio una fuisset et perpetua, neque stilo renovata, neque interdum ad solis lunaeque vias atque ad accuratiorem amussim diligenter reformata, crediderim illud fuisse inexpugnabile. Verum solebat id aliquoties fieri: atque anno civili Atheniensium, qui indiligenter satis erat confectus, uti opus erat maxime, ita usu venit saepissime, ut intercalationibus novisque supputationum artibus pristinam antiquamque formam moremque numerandi subinde verteret. Ea ratione contigisse potuit, ut, immutata paulatim facie computi civilis, sive, quod verum esse arbitror, id auctoritate publica simul

factum fuerit, praeter ἀρχαίαν illam et vetustam horum Oratorum ἔκδοσιν, quae iuxta eorum aetatem describi poterat, prodiret illa, quam δημώδη Ulpianus vocat, (de quibus supra ad hanc Orationem verba habuimus,) ad vulgarem sc. usum concinnata atque ad eam Fastorum rationem adcommodata, quae tum increbescebat et usu quotidiano pervulgabatur. Unde non alia et diversa anni parte hac res geri describuntur in utroque calculo sive Kalendario, sc. de profectione legatorum et de excidio Phocensium, neque aliter scribunt Oratores, aliter loquuntur monumenta publica, sed uterque computus verus esse potuit, si aeram in uno casu antiquiorem, in altero vulgarem inspicias. Exemplo populari illustrabo. Ego, qui hunc commentarium scribo Aprilis die II., puta anni Anglicani MDCCLVII., si ante quinquennium hoc scripsissem, (quod oportuit fortasse et potui, si hoc solo labore defunctus essem,) non utique dedissem eo mense atque die, quo iam utor, verum Martii die XXII. Ita tulit utilitas publica et Kalendarii nostri redintegratio. Ad Kalendarium Atticum revertor. Inconstantiam annorum Graecorum multa arguunt. Ante Olymp. LXXVII. a Gamelione mense ordiebatur annus Atheniensium, circa solstitium hibernum; post ea tempora ab Hecatombaeone, diversa et opposita anni parte. Neque eo ritu semper deprehendimus *magnos procedere menses*. Nam ex Marmore Sponiano in Populis Attic. Artic. 4. solerter argumentatur optimus Corsinius Fast. Attic. Dissert. XIV. §. 6., mensium ordinem ea aetate, qua saxum istud exarabatur, non ab Hecatombaeone, sed a Boëdromione potius profluxisse. Quod si illa computandi ratio invecta erat ob discordiam temporum tempestatumque ex imperitia Atticae chronologiae enatam, quis non videt, hypothesi nostrae multum roboris accedere? Praeterea invaluit diutius, ut novus annus hoc ordine procederet, scilic.

Hecatombaeo.
Metagitnio.
Boëdromio.
Maemacterio.
Pyanepsio.

Et iuxta illam sane periodum iure optimo per totam hanc disputationem calculum meum constitui. Deinde menses illi 4. et 5. locum inter se permutarunt:

Hecatombaeo.
Metagitnio.
Boëdromio.
Pyanepsio.
Maemacterio.

Et in ea consequentia memorantur ab antiquioribus, ab Harpocratione videlicet, qui Maemacterionem quintum mensem appellat: cumque ordinem servarunt marmora et inscriptiones satis antiquae. Vid. Dodwell. de Cyclis Dissert. II. §. 5. et 16. et Cor-

sinium l. c. Porro autem in saxo illo, quod descripsit Sponius, iam a me memorato ordo mensium ita instituitur:

Boëdromio.
Pyanepsio.
Maemacterio.
Posideo I.
Posideo II.
Gamelio.
Anthesterio.
Munychio.
Thargelio.
Scirrhophorio.
Hecatombaeo.
Metagitnio.

Ecce Posideo bis ponitur et Elaphebolio deest. Et quanquam ea res expedita sit a viris doctis ex intercalandi ratione atque ex anni embolimaei natura, veruntamen inconstantia et nimia incertitudo istius Kalendarii satis inde patet. Pergo autem. Atheniensium Fasti non adeo mensium ratione quam prytaniarum serie deducebantur. Prytania autem fuit spatium illud temporis, quo unaquaeque tribus, quae X numero erant, in senatu praesidebat pro totius anni portione. Constat autem, non longe post aetatem Demosthenis, sc. Olymp. CXVIII., inclinatis rebus Atheniensium, duas novas fuisse tribus adiectas, Antigonida atque Demetriada, in memoriam Demetrii, qui Athenis eo tempore potitus est, eiusque patris Antigoni: eae autem, tempore procedente, illa Attalis, haec Ptolemais ab Attalo et Ptolemaeo regibus nominabantur. Verum omissa omni argumentatione, quae ab auctis tribubus ad Kalendarii innovationem deduci poterat, ad id, quod potius est et propius, festino. In decreto illo de legatis excitandis in hac nostra oratione pag. 235, 3., ubi legitur *φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος*, in exemplari Regio Parisiensi quinto sive litera ε denotato, (quod singulari admodum ratione describitur et a caeteris omnibus longe distare solet, quasi ex quadam prosapia deductum, quae nullam aliam vel genere vel propinquitate attingit,) in eo, inquam, exarari videmus, non *φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος*, sed *φυλῆς πρυτανευούσης Διονυσίδος* vel *Διονυσιάδος*. Istiusmodi quidem tribus alibi nunquam, quod sciam, memoratur, non certe inter denas illas, quae ab ultima vetustate vigebant, non in iis, quae postea additae fuerunt in honorem eorum, qui Athenas vel armis vicerunt, vel beneficiis demerebantur, quales modo vidimus. Verum auctoritate istius exemplaris abunde constat, et tribum fuisse Dionysida vel Dionysiada, a Dionysio, quem nescimus, nominatam, et quae Pandionidis locum in curia occupasse videtur. Id ut a meo lectore impetrem, nullum erit negotium. Ante Sponii aetatem nemo erat quisquam, qui de tribu Hadrianide Athenis inaudiverit. Postea unius marmoris fide nititur istius

tribus historia, et nemo est, qui eam auctoritatem in dubium vocare velit. Sero igitur describebantur ea exemplaria, quae decreta publica in orationibus hisce complectuntur: sero sane ea exemplarium familia, ex qua originem duxit Cod. MS. Regius, de quo agitur. Exarabantur sc. ad Fastorum aeram vulgarem, ad popularem tribuum recensionem, ad seram atque, ut ita dicam, moderniorem reip. habendae rationem, ad usum communem et publicum, ea denique fide, iis rationibus, ea arte, ut *ἔκδοσις δημώδης* revera esse posset atque ita nominaretur. Hisce a me observatis unum atque alterum addere liceat. Haec et eiusmodi phephismata, leges et monumenta aliquando in antiquis membranis desunt, aliquando in margine minio aut atramento describuntur, uti Lindenbrogiano nostro MSto contigit. *) Ita quidem, si verba Lindenbrogii rite interpretor: *Τοῦτο τὸ ψήφισμα λείπει ἐν παλαιῷ*, (quod similiter verum est de omnibus,) *ἀλλ' ἐν σελίδι ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἀναγιγνώσκεται.* Doctissimus ergo Contarenus, qui in Variis Lectionibus disputat de fide huius psephismatis, tum quia praetore latum esse dicitur, qui Fastis ignoratur, tum quia has turbas chronologicas dederit, in quibus extricandis iam occupamur, postremo denique quoniam in eo de quinis solummodo legatis agitur, cum decem fuisse perhibentur, potuit sublestam; et hanc quoque fidem suis suspicionibus addidisse, quoniam e marginali atque aliena manu proficisci videtur. Verum, ut dixi, latius serperet ea dubitatio et multum detraheret ex auctoritate eorum actorum, quibus hodie fere innititur Attica iurisprudentia. Et obtinere quidem pluries animadverti, ut una MStorum series et familia sine publicis istis instrumentis deduceretur, alia in margine haberet descripta, quae deinde in textum insinuarentur. Alterum, quod dico, est eiusmodi. Cum in Cod. nostro Vindob. ad vocem *Ἑκατομβαιῶνος* adnotatur expositionis loco *Μαρτίου* cumque computum ut plurimum tenet Ulpianus ideoque a viris eruditis corrigi solet, potuerunt tamen haec esse veriora iuxta chronologiam, quae ista aetate obtinuit, scilic. redintegrato Kalendario Atheniensium; et iuxta meam hypothesin fieri potuit, ut verna *ἰσημερία*, quae apud priscos Athenienses in Elaphebolionem incidebat, iam, novo ordine introducto, iuxta Hecatombaeonem caderet. Verum haec non constanter dico. Neque enim semper secum concordat Ulpianus, neque eius conspirant exemplaria. TAYLOR. Cum Taylorianis conferantur Weiskiana de Hyperb. III. p. 18. s. *Non nostrum inter vos tantas componere lites.* SCHAEFER.

*) Bekkerus de nostro psephismate: „Psephisma in summa pagina ab ea manu, quae scholia scripsit, Y." Add. Bekker. ad pag. 238, 1. SCHAEFER.

P. 235. v. 2. ἔνῃ] Vulg. ἕνῃ. ἔννῃ Bavaric. August. quartus, margo Lutet. sine auctore. ἐνῃ cum leni et simplici ν August. secundus. REISK. ἔνῃ Bekker., ut ipse Reiskius p. 282, 25. 775, 26. Quam veriorem esse scripturam docet compositum ἄφενος. SCHAEFER.

P. 235. v. 3. Πανδιονίδος] Διονυσίδος Paris. quintus. REISK. V. Taylor. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 235. v. 6. [τῆς]] τῆς omisit Paris. septimus. REISK. Uncinos removerunt Wunderlich. et Bekker. Rectius abest articulus. V. not. ad p. 233, 7. SCHAEFER.

P. 235. v. 6. εἰρήνης] [Vulg. εἰρήνης πρὸς Ἀθηναίους.] Desunt verba πρὸς Ἀθηναίους in Codd. Ven. Guelph. Harl. Vindob. Lind. et Regg. α. ε. Et in iisdem fere post συνθήκας legimus πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον. TAYLOR. πρὸς Ἀθηναίους omittunt etiam August. primus, secundus et quartus, Bavar. Ald. Tayl. REISK.

P. 235. v. 6. πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον] Haec post συνθήκας addunt Paris. primus et quintus, August. primus et quartus et alii, quos modo citavit Taylorus, ipso teste. REISK. Omisit Bekker. Bene, ut opinor. Hic enim non magis requiras, quam prius additamentum post εἰρήνης. SCHAEFER.

P. 235. v. 7. δεδόχθαι] Vide secundum Argumentum huiusce orationis p. 223, 15., ubi δεδόχθαι itidem exarari fecit Wolfius contra fidem Impressorum MStorumque. Hic Cod. Guelph. δεδόχθω habet, ut ibi constantissime describebatur. Ita etiam Vindob. noster. Vide Demosthen. p. 253, 22. 256, 5. 265, 23. 266, 25. Aeschin. π. παραπρεσβ. p. 240, 6. Et utraque lectio proba esse poterit. Cum infinitive dicitur (δεδόχθαι, *placere*), talis est constructio, qualem video in rogatione inferius producta p. 249, 18., ubi clausula, quam legislativam vocant in nostro iure, ita concipitur: ἐπιμεληθῆναι τοὺς πρυτάνεις καὶ τοὺς στρατηγούς. Istud etiam addere liceat. Ubicunque legitur δέδοκται, (nam et hoc legitur quoque, ut in celeberrimo isto ψηφίσματι Demosthenis infra p. 289, 25. et pariter apud Lucianum in Timone §. 51.) ibi sane levissima et facillima emendatione reponerem δεδόχθαι. Nam verbis, ut aiunt, precativis, non categoricis aut enunciativis, rogationes concipi solent, ut earum fert natura. TAYLOR. Aptus est hic infinitivus, ut in talibus formulis plerumque solet esse, ex εἶπεν versu 5. ille — auctor fuit senatui populoque, ut scisceret —. Locum hunc vulgata sic exhibet: ἀποστείλας πρέσβεις περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Ἀθηναίους ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. REISK. Bene monuit, unde infinitivus aptus sit. Sic autem v. 5. rectius interpunges cum Bekkero: εἶπεν, ἐπειδὴ —. SCHAEFER.

P. 235. v. 7. τῷ Ἀθηναίων] Vulg. τῶν Ἀθηναίων. Pro articulo dant τῷ in dativo Paris. septimus, August. primus, Bavaricus. REISK. τῶν Ἀθηναίων Wunderlich. Utrumque probum, sed

libris dissentientibus nostram constructionem praeferam. Et frequentissimus est hic librorum dissensus. V. Ind. ad Gregor. Corinth. pag. 1048. b. Heindorf. ad Platon. Gorg. pag. 31. 115. et Osann. Inscript. IV. p. 162., qui etiam de h. l. agit, sed minus verte scribens de Reiskio et Wunderlichio. SCHAEFER.

P. 235. v. 10. ἤδη] Osannus Inscript. IV. p. 177.: „Reiskius in voce ἤδη offendere non debebat, quippe numeralibus solemniter apposita.“ Scilicet in editione huius orationis Harlesiana hanc legas Reiskii notam *): „ἤδη] *iam statim, actutum.* Possit tamen hoc, unum quod est, vocabulum in tria dissecari, ἢ δ' ἢ, hoc est, ἢ τέτταρας ἢ πέντε, *seu quatuor seu quinque.*“ Quid sibi velit illud Osanni, „quippe numeralibus solemniter apposita,“ parum intelligo: nam in exemplis ab eo citatis satis apparet adverbium pertinere ad verba, ἑλέσθαι, χειροτονῆσαι, ἐφθίατο. Recte autem vertit Reiskius. Sic intelligendum p. 567, 12., ubi errat Reiskius pro ἔτι dictum putans Ind. Graecitat. p. 268. med. SCHAEFER.

P. 235. v. 11. ἀναβολὴν] ὑπερβολὴν Paris. septimus, Bavaricus. REISK. ὑπερβολὴν Bekker. citans Etymol. M. p. 778, 36. Add. Photius c. 456. in. SCHAEFER.

P. 235. v. 13. λαβεῖν τε παρ' αὐτοῦ] παρ' αὐτοῦ λαβεῖν (sine copula τε) August. primus. REISK.

P. 235. v. 15. ὡμολογημέναις] ὁμολογουμέναις Ald. Tayl. et August. quartus, sed cum η super diphthongo scripta. REISK.

P. 235. v. 15. Ἀθηναίων] Ἀθηναῖον (sic) August. primus. REISK.

P. 235. v. 16. συμπεριλαμβάνοντας] συμπαραλαμβάνοντας Codd. Guelph. Vindob. Aug. et α. Vide p. 239, 7. 251, 10. TAYLOR. Ex August. primo affert Taylorus, quod num ibi sit, in medio relinquam, cum nihil ex eo in schedis meis ad hanc vocem annotaverim et codex ille mihi nunc ad manus non sit dudum ad dominos a me remissus. REISK. V. Dorvill. ad Chariton. p. 629. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 235. v. 16. πρέσβεις] Ἀπορητέον περὶ τοῦ τῶν πρέσβεων ἀριθμοῦ. Altemps. TAYLOR. Alibi enim decem legati numerantur. SCHAEFER.

---

*) Plura tenet Harlesii editio a Reiskio annotata, quae non leguntur in Corpore Oratorum. Omittenda putavi, ne dicerer repetiisse quae Reiskius suo ipse silentio damnasse videretur. Velut ista coniectura, ἢ δ' ἢ, tam inepta est, ut nemo non miretur viro cordato tale quid in mentem venire potuisse. Quamquam non diffiteor in illis sparsa esse nonnulla, quibus etiam in Corpore locus concedi posset. V. not. ad p. 266, 28. SCHAEFER.

P. 235. v. 17. *Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης*] Vulg. *Αἰσχίνης Κοθωκίδης*. Nomen *Αἰσχίνης* abest a Bavarico. Paris. quintus verba sic ordinat: *Ἀτρομήτου Κοθωκίδης Αἰσχίνης*. In August. quarto est ordo verborum vulgaris, nisi quod post nomen Aeschinis addit *Ἀτρομήτου*, quod non spernendum. Et hoc idem reperi quoque nescio unde ductum in farragine Wolfiana. *Αἰσχίνης Ἀθρομίτα* (sic) *Κοθωκίδης* Aldina Taylori. *Ἀτρομήτου* addidi. REISK. Addidit etiam Wunderlich. Recte omisit Bekker. Cum enim ceteri legati non nominentur *πατρόθεν*, quis credet in solo Aeschine hoc factum esse? SCHAEFER.

P. 235. v. 18. *Κηφισοφῶν*] *Κησιφῶν* Paris. primus. *Κτησιφῶν* Paris. tertius. REISK.

P. 235. v. 21. *τὸ Φιλίππῳ*] *τῷ Φιλίππῳ* Editi constanter. *τὸ Φιλίππου* Lind. Ven. Harl. *τὰ τοῦ Φιλίππου* Guelph. *τὸ τοῦ Φιλίππου* Vindob. Aug. et ita citat Hermogenes p. 294. Denique MSS. Felician. uti a Wolfio nobisque editur. TAYLOR. Vulg. *τῷ Φιλίππῳ*. *τὸ τοῦ Φιλίππου* Paris. primus, August. primus, index Felic., farrago Wolfiana, edit. Wolf. *τὸ Φιλίππου* August. quartus, index Aldi. *τὸ Φιλίππῳ* Bavaricus, index P. Manutii. Praetuli *τὸ Φιλίππῳ*. REISK. Genitivum qui maluerunt, etiam v. 20. tenere debuerunt *τῆς πόλεως*, quod Cod. Bekk. dat. Sic p. 234, 25. *τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως*. quod aliter scribi non potuit. Plutarchus T. III. p. 701. R. *τὸ τῇ Σπάρτῃ συμφέρον*. sed mox *τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι*. ubi mutatae constructionis causa non est obscura. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 139. SCHAEFER.

P. 235. v. 22. *καθῆντο*] *ἀντὶ τοῦ ἐκάθηντο*. WOLF. *Κάθησο κάλλιον, ἢ κάθου. καὶ καθῆστο, ἢ ἐκάθητο. Ἀριστείδης· δικαστὴς αὐτὸς τῷ Περικλεῖ καθῆστο. καὶ καθῆντο, ἢ ἐκάθηντο. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· καθῆντο ἐκπεπληγμένοι. καὶ καθῆσθαι, οὐ καθεσθῆναι*. Thomas Magister. *κάθηντο* edebatur a Morelio, quod ab Ulpiano defenditur. *ἐκάθηντο* habet Cod. August. Priscianus, qui haec verba citat, auctoris nomine dissimulato, legit *ἐκάθηντο*. Vide lib. 18. col. 1177. TAYLOR. Vulg. *κάθηντο*. *καθῆντο* Paris. secundus, tertius, quintus, septimus, Bavaricus, August. quartus. E primo nihil hic annotavi, e quo Taylorus *ἐκάθηντο* affert. Certus tamen sum, in illo aut vulgatam, aut *καθῆντο* esse. Nam non solum codicem illum diligentia qua potui maxima ad vulgatam Paris. contuli, uxore verba graeca ex editione Lutetiana praelegente, ipse membranas Augustanas legens, sed etiam, labora illo exantlato, sensim singulas quasque lectiones a Simone Fabricio in editione Herwagiana traditas seorsim rursus ad membranas illas exegi, ut non facile me fallere quidquam aut elabi potuerit. Sed esto hoc in medio positum. REISK. Reiskiana *κάθηντο*. Sic etiam Wunderlich. Sed Bekker. *καθῆντο*. Prisciani locus est T. II. p. 196. ed. Lips. ubi hic ordo verborum: *ἐκάθηντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ*. SCHAEFER.

P. 235. v. 23. *καταστρεψάμενος τἀκεῖ*] *τὰ ἐκεῖ καταστρεψάμενος* August. primus et secundus. REISK.

P. 235. v. 25. *μᾶλλον*] *ὁμοίως* libri nonnulli ex melioribus, Ven. Guelph. Reg. *α.* et Aug. Quod Simoni Fabricio displicuit: ego non intelligo. TAYLOR. *ὁμοίως* August. primus et secundus. Forte latet in eo *οἶμαι*. REISK.

P. 235. v. 26. *τὰ χωρία*] V. Weisk. de Hyperb. II. pag. 42. SCHAEFER.

P. 235. v. 27. *οὐ γὰρ — ἡμῶν*] Citant Anecd. Bekk. p. 127, 5. SCHAEFER.

P. 235. v. 27. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Guelph. et Reg. *ε.* TAYLOR. Item August. quartus. REISK.

P. 235. v. 28. *ὥστε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει*] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 31. SCHAEFER.

P. 236. v. 1. *τὸ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 293. et de collocatione verborum subtilia, umbra et otio Grammatici digna, argutatur. REISK.

P. 236. v. 2. *κλέμμα*] Ulpiani ad h. l. scholium, *παραμυθεῖται τὰς συμφορὰς κλέμμα λέγων, ἀλλ᾽ οὐ κατόρθωμα,* tractans Lennepius ad Phalar. p. 312. s. nescio quid reconditi in verbo *παραμυθεῖται* inesse temere statuit: quippe simpliciter valet *solatur.* SCHAEFER.

P. 236. v. 3. *ἀδίκων*] *ἀδικούντων* Paris. quintus cum *γρ.* REISK.

P. 236. v. 3. *ἀνθρώπων*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 236. v. 3. *καὶ θεοῖς ἐχθρῶν*] Absunt ab August. primo et secundo. REISK.

P. 236. v. 5. *ὑπὲρ οὗ — τουτοισί*] Citant Anecd. Bekk. pag. 132, 6. SCHAEFER.

P. 236. v. 5. *καὶ ἀεὶ*] Copulam omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 236. v. 5. *πολεμεῖν*] *καὶ πολεμεῖν* Aug. secundus. REISK.

P. 236. v. 6. *τουτοισί*] Vulg. *τούτοις*. *τουτοισί* Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. Recte Bekker. *τούτοις,* quod etiam Anecd. Bekk. l. c. habent. SCHAEFER.

P. 236. v. 7. *ὤμοσε*] Codd. uno ore *ὤμοσε*, Ven. Guelph. Obsop. Aug. Ital. Harl. Vindob. et Regii *α. β. ε.* Vide notata ad Lysiam p. 194. edit. Lond. [p. 389. R.] Animadvertet lector meus, in nonnullis, qui legunt *ὤμοσε*, deesse *ἕξειν*. Sunt scilic. Guelph. Harl. Vind. et Cod. *α.* TAYLOR. Vulg. *ὡμολόγησε*. *ὤμοσε* Aldina Taylori, Paris. primus et cum *γρ.* secundus et quintus, August. primus et quartus, Lessing. Sed, eo admisso, *ἕξειν* v. 8. esse delendum admonet Wolfius in farragine. Utramque lectionem dat Bavaricus, vulgatam in texto, alteram cum *γρ.* in margine. Prae-

tuli *ὤμοσε*. Quapropter necesse mihi factu fuit, ut *ἔξειν* quoque uncis includerem. REISK.

P. 236. v. 8. [*ἔξειν*]] Abest etiam ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. Sed Wunderlichius habens pro genuino amovit uncos. „Reiske" inquit „hoc vocabulum seclusit, quasi vero diceretur *ὄμνυμι εἰρήνην*." Quidni dicatur? Fr. A. Wolfius ad Xenophont. Hellen. VII. 1. 39. *): „*Ὀμνύναι ταῦτα* quin sit *iureiurando sancire ea, quae litteris continerentur*, non dubito. Nuper admodum duo talia exempla huius usus, *ὀμνύναι τὶ*, legi in Attico quodam." Mireris Wolfium non meminisse Homerici Il. XIX. 187. *ταῦτα δ' ἐγὼν ἐθέλω ὀμόσαι*. Dionysius Halic. T. IV. p. 2047. R. *φιλίας τ' αὐτοῖς ὀμωμοσμένης* —. ut scribendum e Cod. Vat. SCHAEFER.

P. 236. v. 8. *προλαβὼν*] *προσλαβὼν* Harl. Vind. Regg. *α*. *ε*. TAYLOR. *προσλαβὼν* Paris. cum *γρ*. primus et quintus, August. primus et quartus. *προλαβὼν* servavi sententiam praestans convenientem. Sed *προσλαβὼν* quoque non magis foret alienum. REISK.

P. 236. v. 8. *τούτους, τοὺς οὐχὶ*] Vulg. *τούτους οὐχὶ*. *τούτους τοὺς οὐχὶ* Paris. primus et quintus, August. primus et quartus, Aldina Taylori. Interposui *τοὺς*. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 236. v. 10. *ὅπως μὴ — ποιήσαιτο*] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 4. SCHAEFER.

P. 236. v. 11. *ἀπίωσιν*] Scilic. *οἱ πρέσβεις*. Alii eosdem decem, qui in prima legatione fuerint, et in hac una cum Demosthene fuisse tradunt et legunt *ἀπίωμεν*: quaecunque ratio aut causa sit, ut hic tantum quinque legati nominentur. Vide *τὸν περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους*. Etsi difficillimum est *ἐκ τῶν ῥητορικῶν ψευδολογιῶν τἀληθὲς ἐξευρεῖν*. *ὁ μὲν γάρ φησιν, ὁ δ' οὔ φησιν, ἄμφω κακοῖν κοράκοιν κακὼ ὠὼ ὄντε*. WOLF. *ἀπίωμεν* Guelph. Aug. Vindob. cum Reg. *α*. quod notari velim. In ea classe est Cod. Ven. qui habet, sed inemendatius, *ἀπιῶμεν*. Vide infra not. ad v. 17. TAYLOR. *ἀπίωμεν* Paris. primus cum *γρ*. August. primus, Venet. Aldina Taylori, Bavaricus, sed hic cum *οι* super *ω* scripto, ut esset *ἀπίοιμεν*. Non movebo hanc litem, sitne prima an tertia persona praeferenda in illis codicum discrepantiis circa *ἀπίωμεν* et *ἀπίωσιν*, *ἡμῶν* et *αὐτῶν*. REISK. *ἄπιμεν* Anecd. Bekk. l. c. *ἀπίωσιν* non dubito a Demosthene scriptum esse. Docet loci universus tenor, inprimis quod antecessit, *ὠνεῖται παρ' αὐτῶν*. SCHAEFER.

---

*) Dolendum Xenophontea illa viri egregii in altera Schneideri editione omissa esse. Etsi enim festinante calamo effusa sunt, ut Pegasi Fritschiani volatum consequerentur, non pauca tamen habent quae nosse Philologorum referat. SCHAEFER.

P. 236. v. 11. ἂν] Abest ab August. secundo. REISK. Neque habent Anecd. Bekk. l. c., ubi parum recte docetur particulam h. l. ἐλλείπειν s. subaudiendam esse. Recte omisit Bekker. SCHAEF.

P. 236. v. 11. στρατείας] στρατιᾶς Guelph. et Reg. α. Vide Cl. Marklandum ad π. παραπρεσβ. p. 341. TAYLOR. στρατιᾶς etiam August. primus. Sed hic hanc vocem constanter et ubique sine diphthongo, per simplex iota, dat exaratam, ut satis habeam id semel hic commemorasse, nunquam posthac commemoraturus. REISK.

P. 236. v. 11. τοὺς] Omittunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 236. v. 12. εὐτρεπῆ] ἀτρεπῆ August. secundus solenni errore. Et saepissime vidi in libris manuscriptis graecis, quos mihi licuit usurpare, α et ευ ita similibus inter se ductibus literarum exarata, ut discerni, utrum esset, nullo modo nisi ex sententia posset. REISK.

P. 236. v. 12. δεῦρο] δεῦρ' Bekker. SCHAEFER.

P. 236. v. 12. αὐτῶν] ἡμῶν Guelph. Aug. Vind. Pariter Cod. Reg. α., sed inaccuratius, ἐμῶν. TAYLOR. γρ. ἡμῶν Paris. primus, August. primus, Bavarici margo cum γρ., nam textum eius dat vulgatam. REISK. Teneo αὐτῶν. V. not. ad ἀπίωσιν v. 11. SCHAEFER.

P. 236. v. 13. μέλλει — πορεύεσθαι] ἀπὸ κοινοῦ, μέλλει πορεύεσθαι, τὸ πορεύσεται, καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὸ πορεύεσθαι. Hoc noto, ne quis τὸ μέλλει, ut I. Philippica, ἀντὶ τοῦ ἀναβάλλεται καὶ χρονίζει accipiat. WOLF.

P. 236. v. 13. ἐξέλθοιτε] Codd. MSti Vindob. et Guelph. ἐξέλθετε. Quod quale tibi videatur, nescio. Interea non dubito, quin exaratum fuerit olim ἐξέλθητε. Sequitur enim in iisdem, nec non Harl. Aug. et Reg. α. eadem syntaxi κλείσητε. Sequitur item in Guelph., sed solo, ἀκούητε pariter et ἔχητε. TAYLOR. Suspicer equidem Codd. Vindob. et Wolfenbutt. dare voluisse ἐξέλθαιτε, si constaret ἐξῆλθα in aor. primo olim in usu fuisse: de quo viderint Grammatici. REISK. Vides Reiskium ipsum se eximere numero Grammaticorum. Et profecto ἐξέλθαιτε illud sic comparatum est, ut, quantumvis Reiskium suspiciam, vix possim mihi temperare, ne viro summo tam turpiter labenti subirascar. Turpiter enim labitur, qui adeo ridicule suspicatur. — ἐξέρχεσθαι proprio sensu dictum, *contra hostem egredi*. V. H. Stephani Thesaur. c. 3859. A. B. SCHAEFER.

P. 236. v. 16. κλείσαιτε] Vulg. κλείσοιτε. κλείσητε Paris. primus, August. primus, secundus et quartus, Wolfenb. Vindob. Harlei. κλείσετε Bavaric., sed cum αι super ε medio scripto. REISK.

P. 236. v. 16. τὸν πορθμὸν] τὴν στενὴν θάλασσαν. WOLF. Cl. Wolfius vocem hanc uti appellativam, ut dicitur, et hic et alibi excudit. Nempe pro freto sumsit, uti ex eius annotatione li-

quet, tametsi non eadem mente interpretetur. Credo equidem hic intelligi angustum istud mare, vulgo *the streights*, quod Euboeam a terra continente dividit. Erat tamen etiam civitas eo nomine seu promontorium istius insulae. Ulpianus ad Philipp. III. *Πορθμός. ἐπήνειον* (corrige *ἐπίνειον*) *τῆς Ἐρετρίας. ὁμωνύμως δὲ ἐκλήθη τῷ πελάγει τῷ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Ἀθηνῶν.* Et confirmat textus Demosthenis, ad quem illa verba Ulpiani adnotantur, scilic. *πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸν δῆμον ἐκβαλοῦντας τῶν Ἐρετριέων.* Adde Ulpianum iterum ad Demosthen. *π. παραπρεσβ.* p. 368, 23. Ita infra p. 248, 15. *καταλαμβάνων Ὠρεὸν καὶ κατασκάπτων Πορθμόν.* ad quem, ut arbitror, locum alludunt Suidas et Harpocratio, cum Porthmum, Euboeae civitatem, ex Oratione de Corona excitant. Codd. MSS. Guelph. Aug. et *α.* Regiorum *τόπον* pro *πορθμὸν*. Quod non satis intelligo, nisi esset notulae aut scholii initium, quod ulterius non esset productum. TAYLOR. *τὸν τόπον* August. primus et secundus, margo Bavarici cum *γρ.* REISK. *τόπον* videtur esse interpretantis, qui *πορθμὸν* de oppido intelligeret. Perperam. De freto enim intelligendum esse ostendit articulus additus, clarius etiam verbum *κλείσαιτε*. SCHAEFER.

P. 236. v. 16. *ἀκούοιτε*] *ἀκούητε* Wolfenb. August. quartus. REISK.

P. 236. v. 17. *ὑμῖν*] *ὑμῶν* Guelph. Id erat *ἡμῶν*, ut liquide Aug. *α. ζ.* Atque idcirco *τούτων* in aliquibus desiderabatur. Hoc adnoto propter istam sedulitatem, qua nonnulli Codd. de his legatis in prima persona, nonnulli constantissime in tertia loquuntur. Hoc nihili non erat. Aliter et, ut arbitror, perperam haec accepit Ulpianus: *Σκόπει τοῦ λόγου τὴν ἀσφάλειαν, ὅτι, ἡνίκα μὲν περὶ προδοσίας ἦν ἡ μνήμη, τὸ ὠνεῖται πρὸς αὐτὸν* (lege *παρ' αὐτῶν*) *εἶπεν, ὡς οὐκ ὢν αὐτὸς πρεσβευτής· ὅτε δὲ κακὸν οὐδὲν ἦν, συνῆψεν ἑαυτὸν εἰπὼν, ὅπως μὴ ἀπίωσιν* (lege *ἀπίωμεν*) *ἐκ Μακεδονίας.* Ita ille ad has voces v. 10. *πάλιν ὠνεῖται παρ' αὐτῶν.* Mirandum sane atque iis, qui membranas tractare non consuescunt, incredibile dictu videri potest, adeo hallucinari potuisse librarios, tantam in describendo fieri perversitatem, ut duplicem in una sententiola describenda errorem errarent, neque eum levem aut condonandum, sed in altero loco ex duabus lectionibus eam potissimum sumerent, quae Ulpiani crisin confodiat. Certe in illo articulo oculatiores esse debuerunt. Nihil enim magis ridiculum esse potuit, quam vox *ἀπίωσιν* in illo loco Scholiastae. TAYLOR. *ἡμῶν* Paris. primus et sextus, August. primus. Neque dubito idem in Wolfenb. fuisse, quamquam ex eo *ὑμῶν* affertur. REISK. *ὑμῖν* omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 236. v. 17. *τούτων*] Abest a Paris. primo et August. primo. REISK.

P. 236. v. 17. *εἴη Πυλῶν*] *ἢ τῶν πυλῶν* August. quartus. REISK.

P. 236. v. 17. ἔχοιϑ'] ἔχηϑ' August. quartus. ἔχητε Wolfenb. REISK.

P. 236. v. 18. καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ] Omittunt Paris. primus, secundus et septimus, August. primus, Bavaricus in texto, nam vulgatam margo dat. Pro ἀγωνίᾳ August. quartus ἀγνοίᾳ. REISK.

P. 236. v. 20. μὴ — αὐτὸν] Hunc locum Bekkerus, praeeuntibus libris, percommode et, ut puto, vere sic refinxit: μὴ καὶ ταῦτα προειληφότος αὐτοῦ, εἰ πρὸ τοῦ τοὺς Φωκέας ἀπολέσϑαι ψηφίσαισϑε βοηϑεῖν [αὐτοῖς], ἐκφύγοι τὰ πράγματ' αὐτόν. SCHAEFER.

P. 236. v. 20. τοῦ] Omittit edit. P. Manutii. REISK.

P. 236. v. 21. ψηφίσαισϑε] ψηφίσεσϑε Ven. ψηφίσησϑε Guelph. Harl. et α. ε. Regiorum. Mox ἐκφύγῃ ε. et μισϑοῦσϑαι η. Vide supra ad p. 232, 17. TAYLOR. ψηφίσησϑε Aldina Taylori, August. primus et secundus. Veneti lectio ψηφίσεσϑε eadem est cum vulgata. Graeci enim librarii αι et ε promiscue usurpant. REISK.

P. 236. v. 21. αὐτοῖς] Non est in August. quarto et Bavarico et Aldina Taylori, quod cum dico brevitatis studio, tum significare volo, vocem illam ab annotatore punctis esse subnotatam. REISK.

P. 236. v. 21. ἐκφύγοι] ἐκφύγῃ Paris. quintus. REISK.

P. 236. v. 22. πάλιν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 236. v. 22. μισϑοῦται] μισϑοῦσϑαι Paris. septimus. REISK.

P. 236. v. 23. οὐκ ἔτι] οὐκέτι Bekker. SCHAEFER.

P. 236. v. 23. ἰδίᾳ] Post ἰδίᾳ addunt καὶ Paris. primus et quintus. REISK.

P. 236. v. 26. ἀξιῶ δὲ κ. τ. λ.] Citat h. l. Alexander Rhetor de Figur. p. 22. REISK. Item Syrianus. V. not. ad pag. 228, 5. SCHAEFER.

P. 236. v. 26. ἀξιῶ δὲ] Post ἀξιῶ δὲ addunt ὑμῶν quidem Paris. primus, ὑμᾶς autem August. primus, nisi Paris. cum hoc, quod videtur, consensit et errore descriptorum factum est, ut dissentire videatur. Nam fere ubique hi duo codices secum consentiunt. Sed iidem rursus versu 27. ὑμᾶς omittunt, quod idem facit August. secundus quoque. Wolfius item in farragine admonuit, si ὑμᾶς v. 26. admittatur, idem v. 27. esse delendum. Alexander Rhetor in libello de Figur. p. 22. l. h. citans nonnulla aliter recitat, ut versu 26. s. τοῦτο μέμνησϑε παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, et p. 237, 2. pro κἀμοὶ dat με et πρὸς ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων βραχέα ἀπολογήσασϑαι. Scholiastes Hermogenis p. 236, 26. pro τοῦτο μεμνῆσϑαι dat τούτου μεμν. et pro τούτου p. 237, 2. dat τότε et 3. ἀποκρίνασϑαι (in aor. 1.). REISK.

P. 236. v. 27. ὑμᾶς] Non habet Syrianus. SCHAEFER.

P. 236. v. 28. λόγον οὐδένα — ἕτερον] λόγους οὐδένας — ἑτέρους Aldina Taylori. REISK. οὐδένα non habet Syrianus. SCHAEFER.

P. 237. v. 2. τούτου] ταυτοῦ (sic) Aug. secundus. REISK.

P. 237. v. 2. κἀμοὶ] κἀμὲ MSS. Guelph. Aug. Vindob. Modo autem Guelph. Harl. Vindob. et ε. κατηγορουμένων (vide ad pag. 227, 13. notata): iidemque fere cum α. et γ. Lutetianis ἀποκρίνασθαι. TAYLOR. κἀμὲ August. primus. REISK.

P. 237. v. 2. κατηγορημένων] Textum Bavarici facit cum vulgata, sed margo dat γρ. εἰρημένων. REISK. V. not. ad p. 236, 26. SCHAEFER.

P. 237. v. 3. μικρὰ] ὀλίγα, *pauca*. βραχέα habet Alexander. V. not. ad p. 236, 26. SCHAEFER.

P. 237. v. 3. ἀποκρίνεσθαι] ἀποκρίνασθαι Paris. primus et tertius, August. primus, Wolfenb. Vindob. Harl. Margo Bavarici dat γρ. ἀπολογήσασθαι (sine μικρὰ). REISK. V. not. ad p. 236, 26. ἀποκρίνασθαι Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 237. v. 5. οὓς] ὧν ante eodem sensu p. 236. v. 25. MARKLAND. Interesse quiddam inter genitivum et accusativum satis constat. Sed Marklandus sensum intellexit duarum locutionum, non propriam vim et significationem. SCHAEFER.

P. 237. v. 6. εἴσω] ἔσω Paris. septimus. REISK.

P. 237. v. 7. βούλεσθ'] Emenda βούλησθ'. OBSOP. Ita MSS. Felician. et Lindenbr. TAYLOR. βούλησθ' Lindenbr. index Felic. index P. Manutii. REISK. Fallitur Obsopoeus. SCHAEFER.

P. 237. v. 7. ἄγησθ'] Pro ἔχησθ' scribitur in Guelph. in Aug. in Harl. et Vindob. ἄγησθ'. Vide v. 20. TAYLOR. Vulg. ἔχησθ'. ἄγησθ' August. quartus. ἄγητε August. primus. Praetuli ἄγησθ'. REISK. ἔχησθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 237. v. 7. ἀκούσεσθε] ἀκούσησθε Paris. quintus. Post hoc verbum addunt August. quartus et Lessing. τὸν Φίλιππον. REISK.

P. 237. v. 8. δυοῖν κ. τ. λ.] Laudat Priscianus col. 1185. Non moror Codd., qui hic pro φίλον Φίλιππον, obvio errore. Plurimi autem et praestantissimi mox utrumque αὐτὸν excludunt. Rotundius. TAYLOR.

P. 237. v. 10. τοὐναντίον ἐχθρόν] Vulg. τοὐναντίον αὐτὸν ἐχθρόν. Mediam vocem omittunt Aldina Taylori, Paris. primus, secundus, tertius, August. primus et secundus, Bavaricus. Videtur hoc αὐτὸν natum esse ex αὖ, quod suspicor in librorum quibusdam fuisse: — οἷς δὲ φίλος, τοὐναντίον αὖ ἐχθρόν. Interim expunxi mediam vocem. REISK.

P. 237. v. 10. οὐ γὰρ τὰ ῥήματα κ. τ. λ.] Vide Harpocrat. et Suid. v. Ὀνομάζων, qui ad hunc locum, dubium, an ad p. 268, 12. respiciunt. Adiunge Hermogenem pag. 245. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ. λέγω τό· οὐ γὰρ τὰ ῥήματα κ. τ. λ. TAYLOR. Citant Harpocrat. v. ὀνομάζων. Hermogenes pag. 245. τοιοῦτόν τι [durum puta asperumque] καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ. λέγω τό· οὐ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφη βεβαιοῦν. εἶτα ἡ θεωρία· μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. Locum hunc Hermogenis

cum iam recitasset Taylorus, tamen nil ideo minus recitandum ego quoque duxi, sed integrum et plenum. Taylorus enim mutilatum attulerat, ut intelligi nequiret. Citat item Schol. Hermogen. p. 392, 21. REISK. Add. Photius c. 245. SCHAEFER.

P. 237. v. 12. *συμφέρει*] *συμφέρειν* Bekker. e Codd., quomodo vel sine Codd. scribendum fuit: ut multum mirer priores editores hîc tacuisse. SCHAEFER.

P. 237. v. 13. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. quintus. REISK.

P. 237. v. 13. *ὁμοίως*] Addunt *κοινῶς* MSS. Ald. et Reg. *β*. Glossa fortasse fuerit vel varia lectio olim. TAYLOR. Post *ὁμοίως* addunt *κοινῶς* Paris. secundus, index Aldi, quod Taylorus pro glossa aut variante habet, vocabulum *glossa* pro scholio ille suo more usurpans. Wolfius in farragine admonet, alterutrum esse retinendum, non utrumque. REISK.

P. 237. v. 13. *τῆς ἀναλγησίας — τῶν Θηβαίων*] Aretinus: *ut insolentia ac petulantia Thebanorum comprimeretur.* Perionius: *vestra omnium interesse immanitate et superbia Thebanorum liberari.* Meletus: *liberari a duritia atque superbia Thebanorum.* Hesychius: *Ἀνάλγητοι, ἀνηλεεῖς, ἢ ἀμέριμνοι.* Suidas: *Ἀναλγησία, ἀναισθησία, ἀσυμπάθεια, σκληρότης, τὸ δυσμετάβλητον, ἀπάθεια, ἀπονία.* WOLF. Add. Anecd. Bekk. p. 391, 14. et Schol. ad Sophocl. Oed. R. 12. SCHAEFER.

P. 237. v. 16. *ὑποῦσαν*] Simplex *οὖσαν* dat Paris. quintus. *ὑπάρχουσαν* Paris. primus et August. primus. REISK.

P. 237. v. 16. *ἀπέχθειαν*] V. not. ad p. 66, 10. SCHAEFER.

P. 237. v. 17. *τί οὖν — εἰς μακρὰν*] Legendum: *τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτα; εὐθὺς, οὐκ εἰς μακρὰν —*. MARKLAND. Hanc interpunctionem Reiskius secutus est. Olim sic interpungebant: *τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτα εὐθύς; οὐκ εἰς μακρὰν —*. Rectius Wunderlichius et Bekkerus haec continuantes post *μακράν* posuerunt signum interrogandi. In nostra interpunctione, ut in illa antiquiore, v. 20. inepte sequitur *μικρὸν ὕστερον*. SCHAEFER.

P. 237. v. 17. *μετὰ ταῦτα; εὐθὺς*] *μετὰ τοῦτ' εὐθὺς* August. quartus. REISK. *μετὰ ταῦθ' εὐθύς* Bekker. SCHAEFER.

P. 237. v. 20. *ἄγοντας*] Recte *ἀγαγόντας* Bekker. SCHAEFER.

P. 237. v. 21. *σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν*] *ἀνασκευάζεσθαι τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν.* V. Pollux X. 14. SCHAEFER.

P. 237. v. 22. *ἀπέχθειαν*] V. not. ad p. 66, 10. Qua vi h. l. dicatur, ostendit etiam oppositum *χάριν*. *Civitas nostra odium incurrit, Philippus gratiam tulit.* Sic *χάρις* et *ἀπέχθεια* inter se opponuntur p. 1447, 7. Conf. p. 368, 3. s. SCHAEFER.

P. 237. v. 22. *πρὸς τοὺς Θηβαίους*] Vulg. *πρὸς Θηβαίους*. *πρὸς τοὺς Θηβαίους* Paris. secundus, tertius, septimus, Bavaricus, August. quartus. Articulum addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEF.

P. 237. v. 23. *γεγενῆσθαι*] Vulg. *γενέσθαι*. *γεγενῆσθαι* August. primus, quod praetuli. REISK. Vere Wunderlichius: „Perperam Aug. pr. habet *γεγενῆσθαι*." Etiam Bekker. *γενέσθαι* restituit. V. not. ad p. 295, 20. SCHAEFER.

P. 237. v. 25. *πεπραγμένων*] *πραγμάτων* August. secundus. REISK.

P. 237. v. 25. *ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει*] Compendiaria locutio usus satis frequentis. Sensum sic integres: *ἵνα δ' εἰδῆτε, ὅτι οὕτω ταῦτ' ἔχει.* Sic p. 265, 1. *ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λέγε τὰ ψηφίσματά μοι κ. τ. λ.* p. 492, 6. *ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τὸ ψήφισμα τουτί.* Plena locutio occurrit pag. 266, 10. SCHAEFER.

P. 237. v. 26. *τὴν*] *τὴν* secundum abest a Paris. tertio et August. secundo. REISK.

P. 237. v. 27. *ὑμῖν ἅπαντα ταῦτ' ἔσται*] *ὑμῖν* transponunt August. primus et secundus: ille post *ἔσται* dat, hic post *ἅπανθ'*. REISK. *ταῦθ' ἅπανθ' ὑμῖν ἔσται* Bekker. SCHAEFER.

P. 237. v. 27. *λέγε*] Post *λέγε* rursus erat in Bavarico rubrica adscripta haec sigla mihi ignota: ō. REISK. V. not. ad p. 234, 28. SCHAEFER.

P. 238. v. 1. *ΨΗΦΙΣΜΑ*] De hoc decreto nuper a me dictum. Vide Contareni Var. Lect. c. 17. Corsinii Fast. Attic. T. I p. 43. 80. 134. et 482. TAYLOR.

P. 238. v. 1. *ΨΗΦΙΣΜΑ*] Abest a Paris. tertio et septimo. REISK.

P. 238. v. 2. *Μνησιφύλου*] Recte *Μνησιφίλου* Wunderlich. et Bekker., ut supra p. 235, 2. olimque etiam hîc editum. SCHAEF.

P. 238. v. 2. *ὑπὸ στρατηγῶν γενομένης*] *γενομένης ὑπὸ στρατηγῶν* August. primus. *γενομένης* plane omittunt August. secundus et quartus, item Bavaricus. REISK.

P. 238. v. 2. *στρατηγῶν*] Vide Ubbon. Emmium de Republ. Atheniensium et Spanheim. ad Iulian. p. 76. Habebatur hic senatus *σύγκλητος* sive extra ordinem permissu magistratuum civilium, iussu autem militarium, quorum erat de excubiis atque de praesidio urbis providere. TAYLOR.

P. 238. v. 3. *γενομένης*] Post h. v. signum commatis habent Reisk. Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 238. v. 3. *πρυτάνεων*] Vulg. *πρυτανέων*. *πρυτάνεων* Paris. tertius, quintus et septimus. REISK.

P. 238. v. 3. *γνώμῃ*] Post *γνώμῃ* addunt vocabulum *μηνὸς* Paris. quintus et August. primus, in quo super *Μαιμακτηριῶνος* pro scholio adscriptum est *Αὐγούστου* a manu paene recentissima. REISK.

P. 238. v. 3. *Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος*] *φθίνοντος, λήγοντος.* Melanchthon: *mense Septembr. die* 21. Sic et Camera-

rius. ἡ πρώτη ἐπὶ εἰκάδι. Eadem δεκάτη φθίνοντος, τουτέστι, πρὸ τῆς φθίσεως. Perionius: *XI. Cal. Octobr.* Meletus: *die tricesimo mensis Maemacterionis.* WOLF. V. Weisk. de Hyperb. III. p. 18. SCHAEFER.

P. 238. v. 6. Ἀθηναίων] Ἀθηναῖον cum γρ. Paris. sextus et septimus. REISK.

P. 238. v. 6. κοιταῖον] κοιτέον Paris. primus cum γρ. κοιτέων August. primus. REISK.

P. 238. v. 7. Πειραιεῖ] ἐν Πειραιεῖ August. primus. REISK. Infra v. 17. εἰς ἄστυ καὶ Πειραιᾶ. SCHAEFER.

P. 238. v. 10. ὃς δ' ἂν] ὃς ἂν δὲ Bavaricus. REISK. V. not. ad Sophocl. Oed. T. 749. SCHAEFER.

P. 238. v. 11. ἀπειθήσῃ] ἀπιστήσῃ Paris. septimus. Voluit sine dubio ἀπειστήσῃ. REISK. Noluit. V. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 296. SCHAEFER.

P. 238. v. 11. τῷδε τῷ ψηφίσματι] Vulg. τῷ ψηφίσματι τούτῳ. τῷδε τῷ ψηφίσματι August. primus et secundus, quod praetuli. Tam τῷδε, quam τούτῳ abest ab August. quarto. REISK.

P. 238. v. 11. ἔστω] ἔσται August. primus, margo Lutetianae sine auctore. August. quartus transponit vocabula sic: ἔστω ἔνοχος. REISK.

P. 238. v. 11. τῆς] Omittit August. quartus. REISK.

P. 238. v. 12. ὅν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 238. v. 13. τῶν ἀδυνάτων] τοῦ ἀδυνάτου olim deprehendi veram esse lectionem. Confirmant MSti Ven. Guelph. Aug. Harl. Vindob. cum Regiis β. γ. ε. η. TAYLOR. τοῦ ἀδυνάτου Aldina Taylori, August. primus, secundus et quartus, Bavaricus. Militat Taylorus pro τοῦ ἀδυνάτου, cuius utique auctores sunt multi et boni, et in his August. primus. Nolim tamen ideo vulgatam damnare, cuius quae sit labes, equidem haud intelligo, sive ἀδυνάτων pro masculino, sive pro neutro accipiatur. Dixerat modo ἀδύνατόν τι. Sunt ergo plura ἀδύνατα, quorum de singulis quibusque iudicare utique est περὶ τῶν ἀδυνάτων iudicare. Pari modo p. 262, 23. legitur πολλὰ δὴ τὰ ἀδύνατα συνέβαινεν. Sunt autem τὰ ἀδύνατα causae improvisae aut humanae voluntati non obnoxiae, coeptis tuis peragendis aut muniis obeundis intercedentes, breviter, excusationes legitimae et honestae. Possit περὶ τοῦ ἀδυνάτου etiam in genere masculino acceptum sic reddi: *de eo, qui invalidus, impar gerendo muneri sit, nec ne sit.* REISK. τοῦ ἀδυνάτου Bekker. Hoc praeferendum fuit ob numerum et auctoritatem librorum. Sed pro masculino cave habeas. SCHAEFER.

P. 238. v. 13. ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς] Quisnam ille fuerit, multum ambigi video. Vide Corsinii Fast. Attic. Dissert. I. §. 35. seqq. Petit. LL. Attic. p. 333. Spanheim. ad Iulian. pag. 77. Recte olim a viris doctissimis ad Pollucem est animadversum,

στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων sive τῶν ὁπλιτῶν cum esse imperatorem, qui pedestribus copiis praefuerit, ut discerneretur ab eo, qui equestribus erat praepositus. Uterque occurrit infra p. 265. in uno decreto, ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν v. 18. (modo v. 7. scripsit τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων) et ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων v. 20. Neque est, quod quemvis laedat ea locutio, ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων. Nam apud Thucydidem et Xenophontem aliquoties deprehendi τὰ ὅπλα dici pro τοὺς ὁπλίτας. Vides interea errare Wolfium in his verbis interpretandis. TAYLOR. Strategus ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων commemoratur, quia alius adhuc strategus erat ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Praeter ille castrensis erat, in causis militaribus: hic praetor aerarii. REISK.

P. 238. v. 15. ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς] Citat h. l. Harpocrat. v. γραμματεύς. Scriba senatus nominatur, quia populo quoque suus erat. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 185, 14. 226, 30. SCHAEF.

P. 238. v. 17. εἴκοσιν — εἴκοσιν] Cod. Bekk. melioris notae bis sine littera paragogica. Sic etiam p. 249, 16. SCHAEFER.

P. 238. v. 18. εἰς] Abest a Bavarico et Aldina Taylori. REISK.

P. 238. v. 18. Ἄφιδναν] Vulg. Ἄφιδνα. Ἄφιδναν Paris. primus et quintus, August. primus. Ἀφίδναν August. quartus. Ἀφνίδα August. secundus, Bavaricus. Correxi Ἄφιδναν. REISK.

P. 238. v. 19. Σούνιον] Σούννιον Bavaricus. Verba καὶ Σούνιον absunt ab August. primo. REISK.

P. 238. v. 19. εἶπε Καλλισθένης Φαληρεύς] Verba haec absunt a Paris. primo, quinto et septimo, item August. secundo et Bavarico. REISK.

P. 238. v. 20. ἐλπίσιν ἐποιεῖσθε τὴν εἰρήνην] ἐλπίσι τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε Bavaricus. ἐλπίσι τὴν εἰρήνην ἐποιήσασθε August. primus et quartus. Etiam in Paris. primo est ἐποιήσασθε. REISK. ἐλπίσι τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε Bekker. SCHAEFER.

P. 238. v. 21. ἐπηγγέλλεθ'] Sic plurimi uno consensu. Deinde λέγε δ' αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν nonnulli, et λέγε δὴ τὴν ἐπιστολήν. Proxime v. 26. γρ. non ut vulgatur, sed καὶ τὴν Φωκίδα ὑφ' (vel ἐφ') ἡμᾶς αὐτοὺς πεποιημένους. Vide paulo post p. 239, 19. et 240, 21. TAYLOR. Vulg. ἐπηγγείλαθ'. ἐπηγγέλλεθ' Aldina Taylori, Paris. primus, secundus, septimus, Bavaricus, August. quartus. ἐπηγγέλλετο August. primus et secundus, P. Manutius. In imperfecto hic loci consentire libros omnes testatur Taylorus. Praetuli ἐπηγγέλλεθ' in imperfecto, quia tempus idem modo praecessit. REISK.

P. 238. v. 21. μισθωτός] V. not. ad p. 243, 1. SCHAEFER.

P. 238. v. 21. αὖ τὴν ἐπιστολήν] [αὐτὴν ἐπιστολήν.] αὐτὴν τὴν ἐπιστολήν. MARKLAND. Ita infra p. 267, 20. λέγε δ' αὐτόν μοι τὸν νόμον λαβών. TAYLOR. λέγε δὴ τὴν ἐπιστολὴν Aldina Taylori, Paris. quintus et septimus, Bavaricus, August. secundus et quartus. λέγε δ' αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν August. primus. αὖ τὴν ἐπιστολὴν servavi, tametsi Marklandi coniecturam αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν ab August. confirmatam reperirem: nam vulgata bene habet. αὖ

h. l. est *etiam, ex altera parte, contra.* Ut auctoritatem Callisthenis modo recitasti, scriba, ita iam Philippi quoque literas recita. Est etiam αὖ pene idem atque μετὰ ταῦτα, et saepe ista, αὖ μετὰ ταῦτα, ut finitima inter se atque consentanea copulantur. REISK. λέγε δὴ τὴν ἐπιστολὴν Bekker. *Iam recita litteras.* Commode. Quanquam etiam Reiskii scriptura satis apta est. Ineptum Marklandi commentum Wunderlichius commendare non debebat praefat. p. XLI. s. Pronomini enim αὐτὸς hic locus non est. SCHAEFER.

P. 238. v. 22. δεῦρ'] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 238. v. 26. ἡμᾶς — κατὰ] Vitia typographica editionis Paulinae ὑμᾶς pro ἡμᾶς et μετὰ pro κατὰ digna non sunt commemoratione. Necesse tamen est eiusmodi vitia, quibus ista scatet Pauli Manutii editio, notari, quia saepissime in illis notandis et emendandis Wolfii versatur opera: quae vitia qui ignorat qua in editione legantur, is idem ignorat, quo ista Wolfii contentio pertineat. REISK.

P. 238. v. 27. τὰ] Omittit Paris. primus. REISK.

P. 238. v. 27. τὰ κατὰ τὴν Φωκίδα] Simplicius et, opinor, verius τὴν Φωκίδα, quod enotavit Taylorus ad v. 21. SCHAEFER.

P. 238. v. 27. ἑαυτοὺς] ἡμᾶς. WOLF. ἡμᾶς αὐτοὺς August. primus. REISK.

P. 238. v. 28. εἰσαγηοχότας] V. Phrynich. p. 121. Lips. cum nota egregii editoris. *) SCHAEFER.

P. 239. v. 1. εἰς αὐτὰ] Post εἰσαγηοχότας addit et recte addit editio Feliciani cum Codd. Guelph. Obsop. Vindob. et Paris. α. ε. εἰς αὐτά. TAYLOR. Addunt etiam August. primus et quartus, Lessing. P. Manut. Duo haec vocabula addidi. REISK. Uncis inclusit Bekker. Idem factum in priore editione Wunderlichii: in posteriore uncos amovit Dissenius. V. Wunderlich. praefat. pag. XXIX. s. SCHAEFER.

P. 239. v. 1. ὑπακούοντα] ὑπακούσαντα Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 239. v. 1. κατὰ κράτος] κατακράτος Bekker. SCHAEFER.

---

*) Sturzius de Dial. Maced. p. 33.: „Phavorinus e Philippi Macedonis epistolis notavit formam singularem ἀγκόχασι pro ἤνεγκαν.“ Ne putes typothetae meâve correctoris culpâ peccatum esse, etiam Index Verb. Graec. p. 215. a. mirum illud ἀγκόχασι habet. Scilicet Phavorinus turpiter erravit corrigendumque est sic, ut legas ἀγηόχασι. Obiter moneo alium non magis excusabilem errorem Phavorini (nisi est operarum) Spohnio fecisse fraudem, cum ad Nicephor. Blemmid. p. 41. extr. haec scriberet: „Phavorinus: ἔμετος ἡ τῶν περιττωμάτων κένωσις· ἐμετὸς δὲ τὸ ἐξέρωμα, quod vocabulum Lexica non habent.“ Neque unquam habebunt. Mutandum est enim in ἐξέραμα. Vides aliquanto cautius quam vulgus opinatur agendum esse, ne Lexicorum sordibus vetustis novas accumules. SCHAEFER.

P. 239. v. 1. *λαβόντες*] *λαβόντας* Bavaricus. REISK. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 239. v. 1. *ἐξανδραποδισάμενοι*] *ἐξανδραποδισμένοι* Aug. primus, ut videatur *ἐξηνδραποδισμένοι* voluisse. REISK.

P. 239. v. 2. *κατεσκάψαμεν*] Nonnulli coniiciunt *κατασκάψαντας*. TAYLOR. Et hos et illos qui *λαβόντες* v. 1. mutarunt in *λαβόντας* (nisi error est scribarum) male habuit mutata huius periodi constructio. Sed quis ignorat *τὴν ἀπὸ μετοχῆς εἰς ῥῆμα μετάβασιν*? Homerus Il. XIII. 208. s. *βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν ὀτρυνέων Δαναούς, Τρώεσσι δὲ κήδε' ἔτευχεν.* ubi offendit Heynius haec notans: „Nemo legit *κήδεα τεύχων*, quod post *'τρυνέων* expectabam." Non offendit vir eximius ibid. v. 434. s. *τὸν τόθ' ὑπ' Ἰδομενῆϊ Ποσειδάων ἐδάμασσεν θέλξας ὄσσε φαεινά, πέδησε δὲ φαίδιμα γυῖα.* Il. XI. 126. s. *τοῦπερ δὴ δύο παῖδε λάβε κρείων Ἀγαμέμνων εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας, ὁμοῦ δ' ἔχον ὠκέας ἵππους.* ubi verius idem: „Ad vulgarem structuram erat *ἐόντας καὶ ὁμοῦ ἔχοντας*." V. Schol. Vict. et Townl. ad Il. XXI. 50. Herodotus IX. 104. *οἱ δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τοῦ προστεταγμένου ἐποίεον ἄλλας τε κατηγεόμενοί σφι ὁδοὺς φεύγουσι — καὶ τέλος αὐτοί σφι ἐγένοντο κτείνοντες πολεμιώτατοι.* In Dionysio Halic. T. II. p. 1097. R. videndum ne vulgatum olim *εἶχον* sine gravi causa cesserit scripturae libri Vaticani *ἔχοντες*. Alia eiusdemmodi collegi in not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 31. s. 110. 145. Add. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 352. SCHAEFER.

P. 239. v. 2. *ὑμᾶς*] Vulg. *καὶ ὑμᾶς*. *καὶ* abest ab August. primo, secundo et quarto. Delevi copulativam. REISK. Revocavit Bekker. *etiam vos*, h. e. vos cum aliis Graecis. SCHAEFER.

P. 239. v. 3. *γέγραφα*] *ἔγραψα* indices Aldi et Pauli. REISK.

P. 239. v. 3. *ἐπὶ πλεῖον*] *ἐπὶ πλεῖον* vel *ἐπὶ πλέον* plures. TAYLOR. Vulg. *πλεῖον*. *ἐπὶ πλέον* aut *ἐπὶ πλεῖον* dant plures libri, teste Tayloro, ut Paris. primus et quintus, August. primus. Addidi *ἐπὶ*. *plus quam par est* vel *expedit.* Nam idem est atque si dixisset *ἐπὶ πλεῖον ἢ προσήκει* vel *ἢ συμφέρει*. REISK.

P. 239. v. 3. *ἐνοχλῆσθε*] *ἐνοχλεῖσθε* August. primus. REISK. Acerbâ irrisione Macedo passivum usurpat. Nam quasi misertus Atheniensium hortatur, ut suis parcentes viribus irrito conatu supersedeant. SCHAEFER.

P. 239. v. 5. *τοῖς μὲν γὰρ ὅλοις*] *τούτοις μὲν γὰρ ὅλως* Ven. Guelph. Aug. Vindob. et α. ξ. TAYLOR. Item Aldina Taylori, August. primus. *γὰρ* abest ab August. quarto. REISK.

P. 239. v. 5. *τοῖς — ὅλοις*] *καθόλου*. WOLF. V. Schweighäuserus ad Athen. T. IV. p. 592. SCHAEFER.

P. 239. v. 5. *οὐδὲν*] *οὐδὲ* Paris. septimus, August. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 239. v. 6. *συνθέμενοι*] *συντιθέμενοι* August. primus, non

probante Fabricio seu Wolfio. August. quartus locum hunc sic exhibet: τὴν εἰρήνην ἣν συνθέμενοι καὶ ὀμωμόκατε ἀντιπαραξάγοντες (sic). REISK.

P. 239. v. 6. ὁμοίως] F. ὅμως. MARKLAND. ὅμως Marklandi blanditur quidem prima specie, verumtamen vulgata nihilominus bene habet et eodem tendit. *pace mecum contracta, copiis infestis contra me in aciem eductis proceditis et castra mea, quoquo eunt, vestris e regione prosequimini, non secius atque faciebatis bella aperta mecum gerentes.* Similis est locus p. 263, 17., ubi miror Marklandum non item ὅμως suasisse. REISK. Marklandi coniecturam probat Osannus Auctar. Lexicor. Graecor. pag. 117. V. Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. II. p. 148. SCHAEFER.

P. 239. v. 7. συμπεριειλημμένων] περιειλημμένων (sine prima praepositione) August. quartus. συμπεριειλημμένοι Bavaricus. REISK.

P. 239. v. 8. ὡμολογημένοις] ὁμολογουμένοις Paris. septimus. REISK.

P. 239. v. 10. προτερήσετε] προτερήσατε Aldus. Forte voluit προτερήσαιτε. REISK.

P. 239. v. 10. ἐφθακέναι] ὠφληκέναι Paris. secundus et sextus cum γρ., item August. quartus et Lessing. Aldina Taylori. REISK.

P. 239. v. 11. Ἀκούετε, ὡς σαφῶς δηλοῖ —] Marcellinus ad Hermogen. p. 212. εἰ δὲ μηδ' αὕτη ἡ ἐξέτασις ἡμῖν συμβάληται, ἡ τῆς διανοίας, ἐπὶ τὴν διαβολὴν τῆς γνώμης, ἐπειδὰν καιρὸν ἔχωμεν, τρεψόμεθα, καθάπερ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου παρεχόμενος Φιλίππου ἐπιστολὴν ἔφη· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται —. Scholiastes anonymus ad Hermogen. p. 402. κατὰ λέξιν ποιεῖ ἐνάργειαν τὰ πληκτικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τὰ σημαντικά, οἷον· Ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς διορίζεται καὶ δηλοῖ. REISK.

P. 239. v. 11. ὡς] ὥσπερ Aldina Taylori. REISK.

P. 239. v. 13. λυπουμένων;] Tolle signum interrogandi: nam haec non est interrogatio. Recte interpunxerunt posterior Wunderlichii et Bekker. Idem tollendum aliis similibus locis, ut Orat. advers. Leptin. p. 485, 11. ad q. l. Fr. A. Wolfius p. 311.: „Signum interrogandi a Reiskio positum reieci. Recitatas literas publicas sequitur ubique ἀκούετε, ὁρᾶτε, aut simile quidpiam, nulla interrogatione." V. Wunderlich. praefat. p. XVI. SCHAEFER.

P. 239. v. 16. λαβὼν] F. λαθών. MARKLAND. βαλὼν Lambin. [an Morellus. REISK.] Scilic. βαλὼν εἰς τὸ μηδοτιοῦν προορᾶν. *coniecit in eam securitatem.* TAYLOR. Dictio ᾤχετο αὐτοὺς λαβὼν tam crebro legitur apud Demosthenem aliosque, ut mirum sit potuisse viros doctos in ea errare. Sententia eius haec est. Progressus est Philippus ulterius. Thebanos Thessalosque, velut turbo omnia coram se agens, propellens, ruens et rotans, egit, quo vo-

luit, obtorto collo, praecipites, occoecatos, dementatos, ut malorum sibi imminentium nil praeviderent. V. p. 347, 10. Aut est simile ductum de eo, qui subito, per vim correptum sublatumque in humeros aufert, quo vult, invitum et vociferantem. REISK.

P. 239. v. 17. εἴς τὸ] Forsitan ὥστε. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 51. Vellem in Codd. legeretur. Vulgata quidem mihi vix placet: videturque Lambinum aut Morellum movisse, ut λαβὼν in βαλὼν mutandum censeret. SCHAEFER.

P. 239. v. 17. μηδοτιοῦν] Melius μηδ' ὁτιοῦν Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 239. v. 17. τῶν μετὰ ταῦτα προορᾶν] Vulg. προορᾶν τῶν μετὰ ταῦτα. τῶν μετὰ ταῦτα προορᾶν August. primus. REISK. προορᾶν τῶν μετὰ ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 239. v. 18. ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι] Modo p. 240, 21. δυνάμεις πολλὰς καὶ μεγάλας ἐποιεῖτο ὑφ' ἑαυτῷ. et p. 241. ult. ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. et p. 248, 17. similiter. De qua constructione agit H. Stephanus Thesaur. L. Gr. T. III. col. 428. TAYLOR.

P. 239. v. 20. Θηβαῖοι] Omisit Bekker. secutus auctoritatem libri notae melioris. Sic etiam Thessali intelligendi. Sed quae continuo sequuntur de calamitate Thebanorum, arguunt, opinor, Oratorem h. l. Θηβαῖοι addidisse. SCHAEFER.

P. 239. v. 23. νῦν ὀδυρόμενος] Wunderlichius Append. p. 195.: „Restitue omnium librorum ordinem ὀδυρόμενος νῦν." Ob mutatum verborum ordinem in Reiskium idem invehitur praefat. p. XX. s. Ipse dederat in priore editione νῦν ὀδυρόμενος: sed in posteriore Dissenius, inverso ordine, dedit ὀδυρόμενος νῦν. Et sic Bekker., qui etiam alterum ordinem in libris reperit: ut Reiskii culpa paullo levior videatur. SCHAEFER.

P. 239. v. 25. καὶ τούτων] καὶ omittit Aug. secundus. REISK.

P. 239. v. 25. τῶν] Omittit August. quartus. REISK.

P. 239. v. 26. δῆλον γὰρ, ὅτι κ. τ. λ.] Locum hunc Alexander Rhetor de Figur. cap. de Ironia p. 44. ed. Norm. sic recitat e memoria: δῆλον γὰρ, ὅτι σὺ μὲν ἀλγεῖς ἐπὶ τοῖς τῶν Θηβαίων ἀτυχήμασιν, κτήματα ἔχων ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, ἐγὼ δὲ χαίρω, ὃς εὐθὺς ἐξῃτούμην ὑπὸ τοῦ ταῦτα πεποιηκότος. REISK.

P. 239. v. 26. δῆλον γὰρ] δῆλον μὲν γὰρ Paris. quint. REISK.

P. 239. v. 28. κτήματα] κτήματ' Bekker. κτήματα h. l. sunt quae proprie dicuntur ἐγκτήματα. Sed Demosthenes videtur simplex maluisse, quo maiorem adversario invidiam conflaret: quippe ἐγκτήματα solent quam κτήματα magis obnoxia esse. SCHAEFER.

P. 239. v. 29. ἐκείνων] F. ἐκεῖ. MARKLAND. Marklandi coniectura vereor ne ironiae, qua hic locus viget, aculeum obtundat. SCHAEFER.

P. 240. v. 1. οὓς — λέγειν] Variatur in MStis, ubi inter alia

deest ἴσως. A vulgatis discedit, quod non solet facere, Hermogenes p. 350. Ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους, οὓς αὐτίκα μάλα ὕστερον ἁρμόσει λέγειν. μάλα etiam Guelph. Aug. Vindob. Hermogenis lectionem vindicat Rutilius Lupus de Fig. Sentent. lib. 2. iuxta initium, ubi haec verba ita vertit: *Sed nimirum inopinans incidi in causam temporis huius alienam, de qua posterius dicendum. Quapropter ad illud, quod paulo prius agendum, revertor.* TAYLOR. Vulg. οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἁρμόσει λέγειν ἴσως. — μάλα ἴσως ἁρμόσει λέγειν August. primus. μᾶλλον August. quartus, Aldus, P. Manut. in caeteris vulgatae consentientes. — μᾶλλον ἴσως ἁρμόσει λέγειν Aldina Taylori, August. secundus, Bavaricus. ὕστερον apud Hermogenem videtur e scholio irrepsisse, nam αὐτίκα μάλα idem est atque ὕστερον. Praetuli hunc ordinem: οὓς αὐτίκα μάλα ἴσως ἁρμόσει λέγειν. Mallem tamen nunc μᾶλλον a me non esse repudiatum. Poteram sic dare: οὓς αὐτίκα μάλα ἴσως μᾶλλον ἁρμόσει λέγειν. REISK. Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 76.: „Bene observat Io. Taylorus, Rutilium secutum esse lectionem, quam in libris suis invenisset Hermogenes: Ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους, οὓς αὐτίκα μάλα ὕστερον ἁρμόσει λέγειν." οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἴσως ἁρμόσει λέγειν Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 240. v. 2. ἁρμόσει] V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 46. SCHAEFER.

P. 240. v. 2. ἐπὶ] εἰς Paris. sextus, Aldina Taylori. REISK.

P. 240. v. 3. δωροδοκήματα καὶ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 240. v. 3. παρόντων] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 240. v. 5. αἴτια] αἰτία August. primus. REISK.

P. 240. v. 7. ἑαυτοὺς] αὐτοὺς Paris. quintus. REISK.

P. 240. v. 7. ἑαυτοὺς] [Vulg. ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ.] Desunt τῷ Φιλίππῳ in Guelph. Vindob. et α. Recte. Consule auriculas. TAYLOR. Absunt etiam ab August. primo. Expunxi. REISK.

P. 240. v. 7. ὑμῖν] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 240. v. 7. ἐξηπάτηντο] ἐξηπάτηνται Paris. quintus. REISK.

P. 240. v. 8. τί ἐγένετο] τί καὶ ἐγίνετο August. secundus. REISK.

P. 240. v. 10. φίλον — ἡγοῦντο] Citat h. l. Alexander Rhetor p. 28. in capite περὶ ἐπιμονῆς et Phoebammon p. 132., qui genus tautologiae facit διάφορα ὀνόματα σημαίνοντα τὴν αὐτὴν διάνοιαν, ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν πτῶσιν, ὡς τό· φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα ἡγοῦντο. REISK.

P. 240. v. 11. αὐτοῖς] Omittit August. quartus. REISK.

P. 240. v. 12. οὐδὲ] Vulg. καὶ οὐδὲ. καὶ omittunt Paris. primus, August. primus et secundus. Sustuli copulam. REISK.

P. 240. v. 12. εἴ] ἢ August. primus. REISK.

P. 240. v. 15. *μόνοι*] Omittunt Paris. primus, August. primus. *μόνον* dat August. quartus. REISK.

P. 240. v. 18. *ὁ*] Omittit August. primus. REISK.

P. 240. v. 18. *Ἰλλυριοὺς*] Post h. v. addit, sed vitiose, *καὶ Θετταλοὺς* August. quartus. REISK.

P. 240. v. 20. *Τριβαλλοὺς*] Vulg. *Τριβαλοὺς*. *Τριβαλλοὺς* (cum geminato λ) August. primus et quartus, Bavaricus, edit. P. Manutii et nescio an omnes libri. REISK. Sed *Τριβαλοὺς* etiam Cod. Bekk. SCHAEFER.

P. 240. v. 20. *καὶ δυνάμεις — ὑφ' ἑαυτῷ*] *καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιεῖτο ὑφ' ἑαυτῷ καὶ μεγάλας* Aldina Taylori. REISK.

P. 240. v. 21. *ἐποιεῖθ' ὑφ' ἑαυτῷ*] Hermogenes, qui hunc locum laudat p. 185. iterumque per plura p. 189., habet maxima cum constantia *ἐποιεῖτο ὑφ' ἑαυτὸν* (vide supra p. 238, 27. 239, 19.) — *τότε δὴ, τότε πάντες κ. τ. λ.* TAYLOR.

P. 240. v. 21. *καί τινες — πόλεων*] Hermogenes p. 185. dat *καί τινες τῶν πόλεων*. Verumtamen p. 189., ubi locum iterat, recte dat cum vulgatis. REISK.

P. 240. v. 23. *τότε δὴ, τότε πάντες*] Vulg. *τότε πάντες*. Iterat Hermogenes adverbium ad hunc modum: *τότε δὴ, τότε πάντες*. Quod praetuli ut fortius et elegantius. REISK. Sic etiam Wunderlich. Sed Bekker. *τότε πάντες*, etsi Reiskianum in Cod. repererat. Ego Reiskium sequar. Eaedem alibi turbae in huiusmodi repetitionibus. V. not. ad p. 297, 8. SCHAEFER.

P. 240. v. 25. *παρεσκευάζετο*] Hermogenes pag. 185. *παρεσκεύαζεν*. Verumtamen pag. 189. recte dat *παρεσκευάζετο*. REISK. *παρεσκευάζετ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 240. v. 26. *λόγος*] Cod. Bekk. *ὁ λόγος*. Sed haec phrasis solet articulo carere. V. not. ad p. 168, 11. SCHAEFER.

P. 240. v. 26. *ἐγὼ μὲν — πεμφθείην*] Citant Anecd. Bekk. p. 129, 6. sic ut omittant *γὰρ* et pro *διεμαρτυρόμην* habeant *διεμαρτυρούμην*. SCHAEFER.

P. 240. v. 27. *διεμαρτυρόμην*] *διεμαρτυράμην* August. primus. REISK.

P. 240. v. 27. *ὅποι πεμφθείην*] *ἐλλείπειν τὸν ἂν* minus recte volunt Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 240. v. 27. *αἱ δὲ πόλεις κ. τ. λ.*] Hermogenes pag. 243. *αἱ μετρίως μὲν οὖν ἔχουσαι τροπαὶ τοιαῦταί εἰσιν. εἰ δ' ὑπερβαῖέν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον, οἷον· αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. διὸ καὶ ἐξηγήσεως αὐτῷ ἐδέησε. τὸ γὰρ, τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦ ἐνόσουν ἐστὶν ἐξηγητικά.* REISK. Conf. Naekii Choerilea p. 273. SCHAEFER.

P. 240. v. 28. *πράττειν*] Naekius l. c. e Codice Hermogenis Dresdensi enotavit *προστάττειν*. Frequentissima commutatio, de qua v. not. ad p. 216, 23. *πράττειν* hic sensu speciali dicitur de

republica administranda: ne quid reconditi in illo Codice latere putes. SCHAEFER.

P. 241. v. 2. καὶ πολλῶν] Desunt in Harleiano nostro. Et fortasse prius fuit glossa τοῦ τῶν ἰδιωτῶν. Consule quae adnotavi liberiore calamo ad π. παραπρεσβ. Demosthenis. Unde liquebit etiam, quam infeliciter hic verterit Wolfius τοῖς πλήθεσιν infra v. 7. TAYLOR. Diversi sunt οἱ ἰδιῶται et οἱ πολλοί. Magistratus qui gesserunt, etiam multos, aut gerent, nunc tamen, cum extra functionem, hoc est, privati sunt et otiantur, ἰδιῶται sunt, tametsi non propterea τοῖς πολλοῖς, plebi, miscellaneae, inconditae multitudini, popello, accensendi sunt. Οἱ πολλοὶ autem nunquam sunt ἰδιῶται, neque erunt, neque possunt esse, quia nullos honores gerunt nullamque partem reip. attingunt, nisi in concione ferendis suffragiis. REISK. Fallitur. τῶν ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν esse synonyma iam hinc arguas, quod articulus semel positus est: quamquam huic argumento parum fidam. V. not. ad p. 298, 24. Sed Oratoris est huiusmodi pleonasmis abuti, inprimis quando concinnitatis studium abundantiam poscit verborum. Nam modo dixerat abundanter πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν, δωροδοκούντων καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασι. Atque infra v. 7. s. τοῖς προεστηκόσι simpliciter opponuntur τὰ πλήθη, h. e. οἱ πολλοί. SCHAEFER.

P. 241. v. 2. τῇ] καὶ Aldina Taylori. REISK.

P. 241. v. 3. ῥαστώνῃ] Mox v. 7. ῥαθυμίας. Utrumque iungitur p. 133, 12. SCHAEFER.

P. 241. v. 3. τοιουτονί] Vulg. τοιοῦτον. τοιουτονί Paris. primus, August. primus. Praetuli. REISK.

P. 241. v. 4. πλὴν οὐκ ἐφ' ἑαυτοὺς] V. Ind. Graecitat. pag. 406. Plenius p. 1290, 4. πλέουσα πανταχόσε, πλὴν οὐκ εἰς Ἀθήνας. Iure Frotscherus noster formulam nuper vindicavit Xenophonti Hieron. 1, 18. SCHAEFER.

P. 241. v. 4. ἑκάστων οἰομένων] Wunderlichius Append. p. 195.: „Redde Demostheni omnium librorum ordinem οἰομένων ἑκάστων.“ Reiskii licentiam ordinem mutantis notat etiam praefat. p. XXI. Itaque Dissenius dedit οἰομένων ἑκάστων: nam ipse Wunderlichius in priore editione Reiskium secutus erat. Falso exprobrari Reiskio licentiam satis docet editio Bekkeri nostrum servans ordinem, alterum illum e pluribus libris, non ex omnibus, prodens. SCHAEFER.

P. 241. v. 5. ἀλλὰ] καὶ August. primus. REISK. Item alii Codices Bekkeri: nec displicet. SCHAEFER.

P. 241. v. 5. διὰ τῶν ἑτέρων κινδύνων] *periculis quae aliis imminent.* SCHAEFER.

P. 241. v. 6. σχήσειν] Hac significatione rarior futuri forma pro ἕξειν. Infra p. 428, 22. σχήσετε, sed vi longe diversa, quae huius formae tanquam propria est. V. Hesychius T. II. c. 1331. SCHAEFER.

P. 241. v. 6. *ὑπολαμβανόντων*] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 241. v. 6. *βούλωνται*] *βούλονται* Aug. quart. REISK.

P. 241. v. 6. *οἶμαι*] *nimirum*. Conf. Ind. Graecitat. p. 357. SCHAEFER.

P. 241. v. 8. *τοῖς δὲ προεστηκόσι*] *τοῖς δὲ τοῖς προεστηκόσι* August. quartus. REISK.

P. 241. v. 10. *τἄλλα*] Sic etiam textum Bavarici, sed margo dat *ἄλλους* cum *γρ*. REISK.

P. 241. v. 10. *οἰομένοις*] *οἰομένους* August. quartus, sed cum vulgata superscripta: etiam Hermogenes Aldinus. Nam Portus in editione Crispini plerosque locos Demosthenicos ab Aldo aliter exhibitos ad lectionem vulgarem reformavit, ut hic loci, ubi editio Aldina sic dat, quamquam vitiose: *τὰ ἄλλα πλὴν ἐκείνους ὅμως οἰομένους ἄλλους πωλεῖν πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακότας ᾐσθῆσθαι*. REISK.

P. 241. v. 11. *ᾐσθῆσθαι*] *αἰσθέσθαι* Aug. secundus. REISK. *αἰσθέσθαι* Bekker. Nostrum melius respondet antegresso *ἀπολωλεκέναι*. V. Porson. Supplem. praefat. ad Euripid. Hecub. p. LIII. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 241. v. 11. *ἃ*] Mox: *τἄλλα, ἃ προσήκει, πάντ' ἀκούουσιν*. V. L. Bos. Ellips. p. 352. SCHAEFER.

P. 241. v. 12. *ἡνίκα ἐδωροδόκουν*] Desunt Hermogeni Aldino. REISK.

P. 241. v. 12. *καὶ τἄλλα — ἀκούουσιν*] Idem dat *καὶ πάντα ἃ προσῆκεν ἀκούουσιν*. REISK.

P. 241. v. 12. *τἄλλα, ἃ προσήκει, πάντ'*] Reiskius Ind. Graecit. p. 24. subaudit *ὀνείδη* vel *αἰσχρά*. Nihil subaudiendum. Vide not. ad *ἃ* v. 11. SCHAEFER.

P. 241. v. 13. *ἀκούουσιν· εἰκότως*] Solitâ *ἀκριβείᾳ* post finitam periodum Codd. Guelph. Aug. Vindob. et Regii *γ. ε. ζ.* addunt *εἰκότως*. Distincte et emphatice. TAYLOR. Addunt August. primus et quartus, Lessing. Addidi. REISK. V. Fr. A. Wolfius ad Leptin. p. 252. SCHAEFER.

P. 241. v. 15. *ἂν*] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK. Vides, quam parum fidei vel optimis libris haberi oporteat, quando de usu huius particulae disceptatur. SCHAEFER.

P. 241. v. 15. *πρίηται*] *πρόηται* Paris. septimus, Aldina Taylori, Bavaricus. Verumtamen in huius margine adscriptum est scholium *ἀγοράσῃ*. REISK.

P. 241. v. 16. *ἂν ἦν*] Vulg. *ἦν ἄν*. Invertunt August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 241. v. 16. *εὐδαιμονέστερον*] *εὐτυχέστερον* Paris. septimus, Aldina Taylori, Bavaricus: sed eius margo vulgatam dat

cum γρ. REISK. Conf. Porson. ad Euripid. Med. 722. p. 76. edit. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 241. v. 17. οὐκ ἔστι] οὐκ ἔστι secundum abest ab Aug. secundo. REISK. V. not. ad p. 297, 8. SCHAEFER.

P. 241. v. 17. πόθεν] Abest a Ven. et η. TAYLOR. Item a Bavarico et Aldina Taylori. REISK. Deletum malit Taylorus vulgatam ob cumulatas negantes formulas dicens infiectam et molestissimam, natam illam e temeritate scribarum, qui quae duae Demosthenis editiones, ἥ τε ἀρχαία καὶ ἡ δημώδης, priva sibi propriaque haberent, ita commiscenda putassent, ut oratio fieret prorsus monstruosa. V. not. ad p. 229, 12. Non persuadet. SCHAEFER.

P. 241. v. 20. ἀποδεδομένων] ἀποδιδομένων Ven. Ital. Lindenbr. et Obsop. Codd., approbante Obsopoeo. Ego tamen ἐπέχω. TAYLOR. Vulg. ἀποδομένων. ἀποδεδομένων August. secundus. ἀποδιδομένων Aldina Taylori. Praetuli ἀποδεδομένων existimans, ἀποδέδομαι significare *vendidi*. Quod rectumne sit, an falsus memoriae fuerim, haud licet definire. Fieri possit, ut Graeci aoristum secundum medium ἀπεδόμην et ἀποδόμενος alligarint ad significandum *vendidi* et *is qui vendidit*, ἀποδέδομαι autem et ἀποδεδομένος ad significandum *venditus sum* et *homo venditus*. Retractans nunc longo tempore post illa mea ausa Demosthenica incipio nonnunquam vereri, ne festinatio me passim locorum praecipitem egerit. REISK. Bene ἀποδομένων Wunderlich. (cuius v. praefat. p. XXXI. s.) et Bekker. Errat Reiskius significationem *vendendi* passivo contribuens. SCHAEFER.

P. 241. v. 21. τὴν δὲ] F. τῶν δὲ. MARKLAND. τῶν δὲ τὴν πονηρίαν mavult Marklandus. REISK. Immo τῶν δὲ πονηρίαν. Quod nemo probabit. Casus obliquos pronominis αὐτός saepissime omitti, ubi nulla inde nascitur obscuritas sensus, tam notum in vulgus est, ut monere taedeat. SCHAEFER.

P. 241. v. 21. καὶ] καὶ prius omittit Aug. primus. REISK.

P. 241. v. 22. δέ] δή August. primus. REISK.

P. 241. v. 22. παρελήλυθεν] εἰσελήλυθεν Paris. septimus. REISK.

P. 241. v. 23. τὰ τοιαῦτα] ταῦτα Paris. tertius. REISK.

P. 241. v. 25. μέχρι τούτου —] Hermogenes p. 266, 3. citat h. l. et p. 295., ubi de discrimine τῆς παρισώσεως et τῆς ἐπαναφορᾶς loquitur: αἵ τε οὖν παρισώσεις καλλωπίζουσιν, ὥσπερ ἐλέγομεν, καὶ αἱ κατὰ κῶλον ἐπαναφοραί, οἷον· μέχρι τούτου Λασθένης — μέχρι τούτου Τιμόλαος —. Ponam hic locum e Scholiasta ad Hermogenis librum περὶ ἰδεῶν, non quo lectores ex eo scitu digna discant, sed quo intelligant hoc e specimine, quam miseris et quam difficilibus nugis bonus Hermogenes oneratus sit. Quamquam hic anonymus in hunc de Formis librum Scholiastes sequioris et generis et aetatis est nulloque modo cum Marcellino cae-

terisque vetustioribus et melioribus commentatoribus comparandus. P. 397. ergo, cum multis et ultra, quam par esset, subtiliter disputasset, ad rem obscurandam quam ad illuminandam accommodatius, in illo Demosthenico *μέχρι τούτου Λασθένης* obtinere *ἀκμὴν* compositam ex *ἀκμῇ καὶ λαμπρότητι*, tandem subiicit haec: *φησὶν οὖν, ὅτι οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι λαμπρότης καὶ ἀκμὴ συνελθοῦσαι ποιοῦσιν ἀκμὴν, (ἡ γὰρ ἀκμὴ καθ' αὐτὴν οὐ συνέστηκεν,) ἀλλ' ἐκ σφοδρότητος καὶ λαμπρότητος καὶ τραχύτητος σύγκειται. ὥστε οὐχ ἁπλῶς δεῖ λέγειν, ἐκ λαμπρότητος καὶ ἀκμῆς τὴν ἀκμὴν συνεστάναι, ἀλλὰ λαμπρὸν ἐν ταυτῷ καὶ ἀκμαῖον εἶναι τὸ μέχρι τούτου Λασθένης· λαμπρὸν μὲν διὰ τὴν λαμπρὰν ἔννοιαν, ἀκμαῖον δὲ διὰ τὰς τῆς σφοδρότητος καὶ τραχύτητος ἐννοίας καὶ τῆς λαμπρότητος τὴν μακροκωλίαν. ἐξ ὧν ἡ ἀκμὴ —. εἰ γὰρ ἁπλῆ οὖσα ἡ ἐπαναφορὰ κάλλος ποιεῖ τῷ λόγῳ,* [pulchritudinem orationi per se conciliat epanaphora, etiamsi aliud nihil ad eam accessisset; est autem epanaphora particula *μέχρι* ter iterata;] *πολλῷ μᾶλλον διπλῆ κατὰ συζυγίαν γενομένη.* [quanto maiorem addet pulchritudinem duplicata per syzygiam seu coniugationem haec epanaphora, hoc est, *μέχρι* toties cum *ἕως* copulatum.] *τὸ γὰρ μέχρι καὶ μέχρι καὶ ἕως καὶ ἕως κατὰ συζυγίαν τὴν ἐπαναφορὰν ἔχει.* Eiusmodi disputationes, tenebris seculorum scholasticorum dignae, captum meum superant. Alexander Rhetor p. 62. *πεποίηκε δὲ Δημοσθένης καὶ διπλῆν ἐπαναφορὰν ἐπί τε τῶν προηγουμένων κώλων τὸ αὐτὸ μόριον λαμβάνων καὶ ἐπὶ τῶν ἑπομένων· μέχρι τούτου* etc. *τῶν μὲν γὰρ πρώτων κώλων τὸ ΜΕΧΡΙ ἄρχει μόριον, τῶν δὲ δευτέρων τὸ ἝΩΣ.* REISK.

P. 241. v. 25. *τούτου — τούτου — τούτου*] F. *τοῦ*, i. e. *τίνος*, cum interrogatione. MARKLAND. Pro trigemino *μέχρι τούτου* mavult Marklandus *μέχρι τοῦ* (pro *μέχρις οὗ*) interrogative, *quousque?* REISK. Vulgatam satis tuentur et libri Demosthenici in ea consentientes et Technici hunc locum diserte sic citantes. Falso autem dicit Reiskius *μέχρις οὗ* poni posse interrogative. SCHAEFER.

P. 241. v. 26. *Φιλίππου*] *Φιλίππῳ* Paris. quintus. REISK.

P. 241. v. 26. *μέχρι τούτου Τιμόλαος — οἱ Λαρισσαῖοι*] Citat Tiberius p. 48. s., ubi v. Boissonad. SCHAEFER.

P. 241. v. 27. *Εὔδικος καὶ Σῖμος —*] Citat h. l. Harpocrat. v. *Εὔδικος* et *Σιμὸς* et *Περίλλος* (v. p. 242, 3.): nam sic exaratum ibi legitur. REISK. V. Photius c. 27. 379. 306. (ubi *Πέριλλος*). SCHAEFER.

P. 241. v. 27. *Εὔδικος*] *Εὐδόκιμος* Aldina Taylori. REISK.

P. 241. v. 27. *Σῖμος*] *Σίμος* Reisk. et Wunderlich. *Σῖμος* mecum Bekker. *Σιμὸς* Tiberius cum Harpocratione et Photio. Accentus vitium, quod tamdiu tolerari non debuit, notavi Ind. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 656. b. SCHAEFER.

P. 241. v. 27. *Λαρισσαῖοι*] *Λαρισαῖοι* (uno σ) August. primus et quartus, item Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 1. *καὶ ὑβριζομένων*] Absunt ab August. secundo. REISK.

P. 242. v. 1. *ἡ*] Omittit Aldus, sed addit annotator Taylor. REISK.

P. 242. v. 1. *ἡ οἰκουμένη*] Recte Reiskius Ind. Graecitat. p. 357. *terra a Graecis habitata.* V. not. ad p. 85, 17. SCHAEFER.

P. 242. v. 2. *Ἀρίστρατος*] *Ἀρίσταρχος* August. quartus. REISK.

P. 242. v. 2. *Σικυῶνι*] Post h. v. pone cum Wunderlichio et Bekker. subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 242. v. 3. *Περίλαος*] *Περίλλος* Harpocration, melius *Πέριλλος* Photius. V. not. ad p. 241, 27. Solennis formarum duarum eiusdem nominis commutatio. Sic *Περίλαος, ὁ τοῦ ταύρου δημιουργός,* saepe dicitur *Πέριλλος.* SCHAEFER.

P. 242. v. 3. *ἀπεῤῥιμμένοι*] *ὑπὸ Φιλίππου.* SCHAEFER.

P. 242. v. 5. *τούτοις — ὑμῖν*] Nota subitam conversionem a tertia persona ad secundam. SCHAEFER.

P. 242. v. 5. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* August. primus et quartus, mendose. REISK.

P. 242. v. 6. *ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε*] *ἐφ' ὃ δωροδοκήσεται* margo Lutetianae, tacito auctore. REISK.

P. 242. v. 7. *περιποιεῖ*] Post h. v. subdistinctionem recte posuerunt Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 7. *καὶ διὰ τοὺς — καὶ ἔμμισθοι*] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 9. SCHAEFER.

P. 242. v. 7. *τούτους*] Vulg. *τούτων. τούτους* Paris. quintus. *τουτωνὶ* August. secundus. Praetuli *τούτους.* per vel propter hos, quos per contemtum *τοὺς πολλοὺς,* plebem, appellitatis, salvi estis, per plebem Atticam, et per nos, oratores, vestris machinationibus obstantes. REISK. *τούτων* Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 242. v. 7. *καὶ*] Deletâ copulâ Wunderlichius continuavit *τούτους τοὺς ἀνθισταμένους.* „Olim" inquit „*τούτους καὶ* nullo sensu. Nisi mavis sequens *τοὺς* delere, ut legatur: *διὰ τοὺς πολλοὺς τούτους καὶ ἀνθισταμένους κ. τ. λ.*" Cur vulgatam sensu cassam dicat, non intelligo. Reiskium enim commode interpretantem quis non audiat? Nec Bekkerus quicquam mutavit. SCHAEFER.

P. 242. v. 8. *σῶοι*] *σῷοι* Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 10. *ἐπεὶ — ἀπολώλειτε*] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 32. *nam, si per vos solos staret, dudum fame enecti periissetis.* SCHAEFER.

P. 242. v. 10. *ἀπολώλειτε*] *ἀπολώλατε* in Aldo et Benenato. *ἀπολώλητε* Codd. Regii ε. ζ. η. At *ἀπολώλειτε,* ut dedit Felicianus, caeteri fere omnes. TAYLOR. Vulg. *ἀπολώλατε. ἀπολώλητε* Paris. quintus, sextus, septimus, si recte reddiderunt operae Morelli.

Nullus enim dubito, in illis fuisse idem, quod est in August. primo, in Bavarico, in August. quarto, in schedis Scringeri, in editt. Felic. et P. Manut., in caeteris, id quod Taylorus testatur, omnibus, *ἀπολώλειτε*. Hermogenes p. 190. *αὐτοὺς* omittit, *καὶ πάλαι* dat, in edit. Ald. certe, et *ἀπολώλειτε*. Praetuli *ἀπολώλειτε* (in plusquamperfecto). REISK. Melius *ἀπωλώλειτε* Anecd. Bekk. I. c. V. not. ad p. 114, 21. In Thucydide VII. 27. Bekkerus dedit *ἀπωλώλει*. Eandem formam Lud. Dindorfius Xenophonti Histor. Graec. I. 2. 10. e Victorio vindicavit. SCHAEFER.

P. 242. v. 12. *δὲ*] *δ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 12. *οὗτος*] *οὑτοσὶ* Paris. septimus, Bavaricus. REISK.

P. 242. v. 12. *ἑωλοκρασίαν*] In numero *τῶν αὐθαδῶν καὶ τολμηρῶν διανοημάτων* recenset Hermogenes p. 409. Vocem istam elucidat Scholiastes noster ad locum, Suidas, Photius MS. Etymol. M. pag. 352. et Aem. Portus Cap. 5. de Compotatione Veterum Graecorum. TAYLOR. Citat h. l. Harpocrat. v. *ἑωλοκρασία*. REISK. Item Photius c. 41. (ubi est *δ' οὗτος*, absunt *ὥσπερ* et *τῆς* post *πονηρίας* et *καὶ τῶν ἀδικημάτων*, denique pro *ἑαυτοῦ* legitur *αὐτοῦ*) continuo addens interpretationem huius vocis, quam cum leni spiritu in eo editam mireris; nam ipse mox: *Ἕωλον — ἀεὶ δασέως τὴν πρώτην συλλαβήν*. Cum Photio concinit Zonaras T. I. c. 945. SCHAEFER.

P. 242. v. 16. *καὶ*] Abest ab August. primo. REISK. Wunderlichius: „*καὶ* fortasse cum August. primo eiiciendum. cf. Praefat. pag. L. s.“ Illic „Voculam *καὶ*“ inquit „recte abesse, sensus loci manifesto docet. Iuniores enim inde traxisse molestiam, ubi dixerat Demosthenes?“ Non dixerat. Sed ipse ceperat molestiam, cum illa iuniorum causa enarrare cogeretur. Cave igitur particulam eiicias. SCHAEFER.

P. 242. v. 17. *εἰπεῖν ὁτιοῦν*] Rursus notat Wunderlichius Reiskii licentiam invertentis vulgatum olim ordinem verborum, *ὁτιοῦν εἰπεῖν*, praefat. p. XXI. L. et Append. p. 195. Quare Dissenius in altera eius editione dedit *ὁτιοῦν εἰπεῖν*. Sed etiam Reiskianum ordinem nili librorum auctoritate Bekkeri, qui servavit, editio arguit. SCHAEFER.

P. 242. v. 18. *καίτοι φιλίαν — ἐγὼ σέ*] Citat Tiberius p. 44. SCHAEFER.

P. 242. v. 18. *γε*] Vulg. *τε*. *γε* Paris. septimus, August. primus, secundus, quartus, Bavaricus. Praetuli *γε*. Citat h. l. Alexander Rhetor p. 36. in cap. *περὶ ἐπαναλήψεως* his verbis: *πολλάκις δὲ καὶ ταὐτὰ* [eadem vocabula] *καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνεται. ὡς Δημοσθένης· καίτοι φιλίαν τε καὶ ξενίαν* — ad *πόθεν λαβόντι;* REISK. Tiberius omittit encliticam. *γε* unice tenendum. Porsonus ad Euripid. Hecub. 1206.: „[*γε*] toties post *καὶ μήν*, *οὐ μήν*, *καίτοι* et similia, sed intervallo interiecto, addunt Attici.“ Causam intervalli Porsonus memorare supersedit: credo, quod ne-

mo non intelligeret. Interim, ne forte tirones fallerentur, quod vir summus omiserat supplevi in tertia editione Lipsiensi Phoenissarum Porsoni p. 115. SCHAEFER.

P. 242. v. 18. *ὀνομάζει*] Post h. v. minor distinctio ponenda cum Tiberio. Sic etiam Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 18. *εἰπέ — λέγων*] V. Weiskii Pleonasm. Graec. p. 112. et Wunderlichii praefat. p. XII. SCHAEFER.

P. 242. v. 20. *ξενίαν*] *φιλίαν* Guelph. Harl. Vindob. et Reg. ε. Et Codex hic etiam in sequentibus *ἐγώ σοι φιλίαν Ἀλεξάνδρου*; TAYLOR. Tiberius priori loco *ξενίαν*, sed posteriori *φιλίαν*. *φιλίαν* bis poni poscit quod mox sequitur *Ἀλεξάνδρου φίλον*. SCHAEFER.

P. 242. v. 20. *ἐγὼ σοὶ ξενίαν —*] Hermogenes p. 347. *θαυμασμοῦ δὲ παράδειγμα, οἷον· ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ ἑξῆς*. REISK.

P. 242. v. 20. *ἐγὼ σοὶ*] Sic etiam Wunderlich.: sed *ἐγώ σοι* Reisk. et Bekker., quomodo Hermogenes et Tiberius. SCHAEFER.

P. 242. v. 21. *πόθεν — ἀξιωθέντι*] Omittit Tiberius. SCHAEF.

P. 242. v. 22. *ξένον*] In Aldina est *ξένων*, quod in Weimarano correctum est *ξένον*. REISK.

P. 242. v. 22. *ξένον — φίλον*] Forte mutandae sunt sedes harum vocum: *οὔτε Φιλίππου φίλον οὔτ᾽ Ἀλεξάνδρου ξένον* etc. ut sibi constet obiectio, quae erat *ξενία* Alexandri, non *φιλία*. MARKLAND. In altera Wunderlichii editione mutatae sedes harum vocum, ut volebat Marklandus. Non probo. V. not. ad *ξενίαν* v. 20. SCHAEFER.

P. 242. v. 22. *οὔτ᾽*] *οὔτε* Tiberius. Sed talia vix digna sunt quae enotentur. SCHAEFER.

P. 242. v. 22. *ἐγὼ σέ*] Accusativi accentum inclinat Tiberius. Et sic Reisk. Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 23. *εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς κ. τ. λ.*] Rursus Hermogenes p. 319, 1. *μέθοδός τις αὕτη ἀφελείας τὸ πλεονάζειν τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιόντας. ἐπεὶ καὶ τὸ, εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας, εἰ ἀφέλοι τις τὸ ἀόριστον* [aliud quodcunque], *ἐπιμεῖναι δὲ τοῖς κατὰ μέρος, ἀφελῆ ποιήσει τὸν λόγον. οἷον, εἰ οὕτω λέγοι· εἰ μὴ καὶ τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς σκαπανέας καὶ τοὺς ἀμαλλοδέτας καὶ τοὺς ποιμένας καὶ τοὺς νομέας. εἰ γὰρ οὕτως ἐπιμεῖναι τις τοῖς κατὰ μέρος, πάνυ ἂν ἐργάσαιτο ἀφελῆ τὸν λόγον*. REISK.

P. 242. v. 26. *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι*] [*οὐκ ἔστι ταῦτα.*] MSti Guelph. Aug. et Vindob. *οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι*. TAYLOR. Vulg. *οὐκ ἔστι ταῦτα. οὐκ ἔστι* iterat August. primus. Addidi iteratum *οὐκ ἔστι*. REISK. Omisit Bekker. Taylori de hoc loco idem iudicium quod de illo p. 241, 17., ad q. l. vide quae adscripsi, coll. not. ad p. 297, 8. SCHAEFER.

P. 242. v. 27. μισθωτὸν] In August. primo vocabulum hoc hic loci accentu prorsus carebat, quod videtur de consilio deliberato factum: versu 1. autem p. 243. superscriptus erat secundae literae, τῷ ι, ut reddidi. REISK.

P. 242. v. 27. ἐγὼ σὲ] ἐγώ σε Reisk. Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 27. πρότερον Φιλίππου] Φιλίππου πρότερον Bekker. SCHAEFER.

P. 242. v. 28. εἰ δ' ἀπιστεῖς κ. τ. λ.] Aristides de C. D. ἔμφασιν δέ σοι καὶ ἐρωτήσεις ποιήσουσιν, ὡς ἐν τῷ περὶ στεφάνου· εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτοὺς etc. ad ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου. REISK.

P. 243. v. 1. μισθωτὸς] Neminem fugit, qui de accentibus scripsit, fabula illa, quam contexuit de hac re Ulpianus noster *). Quibus ut satisfaciam, moneo, scribi hanc vocem cum accentu in antepenultima in editt. Ald. Felician. Hervag. 1. Benenat. et MSS. Ven. et Guelph.: cum accentu vero in ultima, μισθωτὸς scil., in Hervagiana posteriore, in MSS. Paris. Reg. β. Harl. et Ask. Ἑκὼν ἐβαρβάρισεν, inquit Ulpianus, in voce μίσθωτος, ideo ut, eius pronunciationem emendante curia, eam ab iis vocem eliceret, quam vellet. De ea re agit Robortellus in Variis Lectionibus. Huc spectasse nonnullis videntur verba Quintiliani V. 13.: *Ita vero adversus omnes et recepta et non inhumana conquestio, si callide quid* tacuisse, *breviasse, obscurasse, distulisse dicuntur.* ubi *acuisse* omnes veteres Codd. Quintiliani. Ego profecto Ulpiani istud commentum non valde probo: erat tamen in eo populo aurium quaedam religio, quae non longe abhorreret a tali historia. *Atheniensium,* inquit Cicero Orat. §. 8., *semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. — Ad Atticorum igitur aures teretes et religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere.* Idem etiam III. de Orat. 50. (non in Bruto, ut nuper laudavi, et minus accurate): *At in his si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.* Idque non Athenis solum, verum etiam Romae. Quibus addere liceat lepidam istam narratiunculam de Theophrasto, quae ab eodem ibid. memoratur §. 46.: *ut ego iam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, cum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa atque addidisset:*

---

*) Quod Ulpianus de Menandro narrat, explodit Meinekius in Menandreis p. XXIV. SCHAEFER.

Hospes, non pote minoris: *tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, cum aetatem ageret Athenis optimeque loqueretur.* Iam quid illud, quod legitur apud Plutarchum in Demosthene inter vitas X Oratorum: ὤμνυε δὲ καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν, προπαροξύνων Ἀσκλήπιον *), καὶ παρεδείκνυεν αὐτὸν ὀρθῶς λέγοντα· εἶναι γὰρ τὸν θεὸν ἤπιον. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλάκις ἐθορυβήθη. σχολάσας δὲ Εὐβουλίδῃ τῷ διαλεκτικῷ Μιλησίῳ ἐπανωρθώσατο πάντα. Adhuc etiam de eleganti auditione veterum. Scribitur in Oreste Euripid. v. 279.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Ubi σχ. Κεκωμῴδηται ὁ στίχος δι' Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν. οὐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. Haec eo libentius adnoto, ne quis temerarium nimis iudicium de pronunciatione atque de auribus antiquorum ferat. Quis de numeris eorum, quis de accentibus, quis de modulatione vocis digne scripserit? Grammaticorum praestantissimus ex eorum numero, qui citra renatas literas scripserunt, profitetur se multa horum nescire. Ego me nescire profitebor, donec aliquis ea expediverit, quae modo ex Euripidis Scholiasta protulimus **). Ut iure scriberet Cicero, *aurium iudicium fuisse superbissimum.* TAYLOR. Pro μίσθωτος antepenacute dant barytone μισθωτὸς Bavaricus et August. primus. REISK. μίσθωτος Reisk. V. not. ad p. 242, 27. μισθωτὸς mecum Wunderlich. et Bekker. Ille „Non scripsimus" inquit „μίσθωτος: ineptum enim est quod de huius vocis pronuntiatione fertur commentum." SCHAEFER.

P. 243. v. 2. δοκεῖ] E sede hac translatum paulo anterius collocant post Ἀθηναῖοι August. primus et quartus, item Bavaricus et Aldina Taylori. REISK. Post Ἀθηναῖοι collocavit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 243. v. 2. ἀκούεις, ἃ λέγουσι;] Non est interrogatio in editt. Wunderlichii et Bekkeri. Conf. not. ad p. 239, 15. SCHAEF.

P. 243. v. 2. λέγουσι] λέγουσιν Bekker. SCHAEFER.

*) V. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 297. SCHAEFER.

**) Haec vero non videntur difficillima expeditu. Hegelochus debuit διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, h. e. duas illas voces per elisionem coalitas in ipsa commissura sic dirimere, ut ultimae litterae vocis prioris prima posterioris continuaretur: γαλή — νὁρῶ. Sed cum pronuntiasset litteram ν, defecit eum spiritus: quo factum est, ut, litterâ illâ aures seorsum personante, spectatores audire sibi viderentur, οὐχὶ τὰ γαληνὰ, ἀλλὰ τὴν γαλῆν τὸ ζῶον. Hinc, quod non mirum, risus spectatorum, hinc notissimae illae insectantium Comicorum cavillationes. SCHAEFER.

P. 243. v. 2. *τοίνυν*] Transitum facit ad ipsam accusationem. SCHAEFER.

P. 243. v. 2. *ἤδη*] Omittunt Paris. septimus, Aug. primus. REISK.

P. 243. v. 3. *ἀπολογήσασθαι*] [*ἀπολογίσασθαι.*] *ἀπολογήσασθαι* Editi et MSS. Nescio, unde Wolfius adripuerit. Solus enim et lectore non admonito ita excudi fecit. Non enim arbitror, eum hac glossa Suidae adductum recessisse a membranis: *Ἀπολογίζω. τὸ ἀποδιώκω καὶ ἀποβάλλω, ὅπερ οὐ προσδέχομαι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπολογαριάζω. καὶ τὸ ἀπολογίσασθαι, τὸ ἐπεξελθεῖν ἕκαστα. Δημοσθένης.* Anne hic est locus, de quo Lexicographus? Vide not. ad p. 1302, 20. TAYLOR. *ἀπολογίσασθαι* sola dat editio Wolfii, Tayloro improbante, cuius tamen editio nihilominus id idem ex exemplo Wolfiano servatum retulit. REISK.

P. 243. v. 3. *πεπραγμένα*] *πεπραγμέν'* Bekker. SCHAEFER.

P. 243. v. 6. *καὶ τούτων — τυγχάνειν*] Construenda sunt vocabula sic, ac si hoc modo starent: *δίκαιός εἰμι τυγχάνειν καὶ τούτων τῶν δωρεῶν τῶν προβεβουλευμένων καὶ ἄλλων ἔτι μειζόνων, ἢ αὗται εἰσιν.* REISK.

P. 243. v. 6. *πολλῷ*] *πολλῶν* Paris. quintus et septimus, item Bavaricus. REISK.

P. 243. v. 8. *ταύτην*] Vulg. *αὐτὴν. ταύτην* Paris. primus, August. primus, in cuius lectionibus annotavit seu Fabricius seu Wolfius, id sibi minus placere: item index Aldi. Adscripserat quoque Taylorus Aldinae suae rubrica, ni fallor, ex Harleiano. Praetuli *ταύτην.* REISK. *αὐτὴν* praetulerunt Wunderlich., cuius v. praefat. p. XXXIX. s., et Bekker. SCHAEFER.

P. 243. v. 8. *λαβών*] Post *λαβών* rursus habetur in Bavarico hoc signum: ὃ. REISK. V. not. ad p. 237, 27. SCHAEFER.

P. 243. v. 9. *ΓΡΑΦΗ*] Titulum *Γραφή* omittit Paris. septimus. In Aldina Taylori sic scriptum video: *λείπει. ἀλλὰ λέγεται ψήφισμα.* REISK.

P. 243. v. 10. *Χαιρώνδου*] Variant plurimum MSti in nomine Chaerondae sive Chaeronidae. Vide Varias Lectiones. TAYLOR. *Χαιρονίδου* Paris. primus. *Χαιρωνίδου* Aldina Taylori, August. primus, edit. Wolfii et ad eius exemplum Taylori. Charon nomen est notum, minus notum Chaeron. At fuit tamen. Ergo, ut a Charone Charonides profectum est nomen, quod syncope Dorica utentes Charondas pronunciarunt, ita a Chaerone quoque Chaeronidem et porro Chaerondam effecerunt. REISK. V. not. ad p. 253, 12. *Χαίρων* aliquis commemoratur p. 214, 20. SCHAEFER.

P. 243. v. 10. *ἄρχοντος*] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 243. v. 10. *Ἐλαφηβολιῶνος*] Nova manus in August. primo superscripsit *Νοεμβρίου.* REISK.

P. 243. v. 11. *Αἰσχίνης — Κτησιφῶντος*] Citat Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 57. omittens *Κοθωκίδης* et *ἀπήνεγκε* ponens post *παρανόμων*. SCHAEFER.

P. 243. v. 12. *γραφὴν*] Omittunt Paris. septimus, August. secundus et quartus, item Bavaricus et Aldina Taylori. REISK. Fortasse non male: ut locutio sit elliptica, cuiusmodi in accusationibus plures leguntur. V. Ind. Graecitat. s. v. *λαγχάνειν*. SCHAEF.

P. 243. v. 15. 17. *Παιανιέα*] Wunderlichii posterior bis *Παιανιᾶ*. V. not. ad p. 266, 26. SCHAEFER.

P. 243. v. 16. *ἀναγορεῦσαι*] Recurrit v. 28. P. 244, 2. 20. legitur eadem significatione *ἀνειπεῖν*. *τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως* ibid. v. 22. V. Osann. Inscript. III. p. 127. SCHAEFER.

P. 243. v. 16. *Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις*] V. Osann. l. c. SCHAEF.

P. 243. v. 16. *τραγῳδοῖς καινοῖς*] Subaudi *εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιοῦσιν*. REISK. V. not. ad v. 28. SCHAEFER.

P. 243. v. 18. *ἧς*] Osannum l. c. de hoc attractionis exemplo tantisper dubitare potuisse, dum a lapide Chandleri meliora doceretur, multum miror. V. infra p. 266, 27. SCHAEFER.

P. 243. v. 18. *διατελεῖ*] *διετέλει* Aldina Taylori. REISK.

P. 243. v. 20. *τὸν Ἀθηναίων*] Vulgo *τῶν Ἀθηναίων*. *τὸν Ἀθηναίων* August. quartus. Iteravi *τόν*. REISK. *τῶν Ἀθηναίων* minus recte restituit Wunderlich. SCHAEFER.

P. 243. v. 21. *καὶ*] *καὶ* primum abest ab August. primo. REISK.

P. 243. v. 21. *ἀνδραγαθίας*] Post h. v. addunt *χάριν* Paris. primus, August. primus. REISK. Non displicet. SCHAEFER

P. 243. v. 21. *διότι*] *ὅτι* simplex Paris. primus, Aug. primus. REISK.

P. 243. v. 23. *ψευδῆ*] quae Ctesiphon de laudibus Demosthenis praedicarat. Syrianus ad Hermogen. p. 79, 29. *χρὴ δὲ τοὺς μετὰ τέχνης ἐργάζεσθαι τοὺς λόγους ἐπιχειροῦντας ταῖς ἀποδείξεσι συμπλέκειν τὰς ἐπιφορὰς, ἀλλὰ μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δικάζειν* [num *ἀλυσκάζειν*, *errare*, *vagari?* *)], *εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Αἰσχίνου παθεῖν καθ' ἑαυτῶν, φασὶν* [ut est in proverbio], *ἀλώμενοι* [fort. *ἀμώμενοι*, *congerentes*, *coacervantes*] *κόνιν. καὶ γὰρ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος οὐκ ἀρκεσθεὶς παράνομον δεῖξαι τὸ γραφὲν κατὰ* [non *adversus*, sed simpliciter *de*, tametsi utique *ὑπὲρ* mallem perspicuitatis saltim gratia et ne dubium supersit] *Δημοσθένους ψήφισμα, ἀλλὰ προσθεὶς, ὡς οὐδὲ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, πρόφασιν τῷ ἀντιδίκῳ τῆς τῶν οἰκείων πολιτευμάτων διεξόδου κεχορήγηκεν ἄφθονον. εἰ δὲ περὶ μόνον ἔστη*

---

*) *δικάζειν* vertam *litigare*, activo posito pro medio. SCHAEFER.

τὸ κρινόμενον, [id quod fuit hoc, num Ctesiphontis auctoritas iuri civili repugnet,] θᾶττον ἂν εἷλε Δημοσθένην Τιμάρχου. REISK.

P. 243. v. 23. τῶν νόμων οὐκ ἐώντων κ. τ. λ.] Syrianus ad Hermogenem p. 302. τὸ νόμιμον πλατύνεται τῇ τε γνώμῃ τοῦ νομοθέτου καὶ τοῖς περιστατικοῖς μορίοις καὶ ἑτέροις νόμοις, ὥσπερ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου τὸ νόμιμον διὰ νόμων ἑτέρων ἐπλάτυνεν. ἔθηκε δὲ τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς [in principio], οὐ γὰρ, ὡς ἕτεροί φασιν, ἐν μέσῳ τοῦ λόγου. ἀφ' οὗ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν ἐξετάζει, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ τὸ νόμιμον κατασκευάζει. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου τὸ Κτησιφῶντος ψήφισμα παρὰ τρεῖς γεγράφθαι λέγοντος νόμους, πρῶτον μὲν, ὅτι ψευδῆ γέγραφε περὶ Δημοσθένους γράμματα γράψας, ὅτι εὔνους, νόμος δ' ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν γράμματα, δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι στεφανοῦσθαι ἐν θεάτρῳ, ἀλλ' ἐν Πνυκὶ, τρίτον, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦσθαι, πρῶτον ἐξετάζει Δημοσθένης *) περὶ τοῦ μὴ ψευδῆ γράφειν νόμον καὶ δείκνυσι διὰ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τήν τ' εὔνοιαν καὶ ὡς οὐ ψευδῆ γέγραφε Κτησιφῶν, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἀληθῆ. ἀφ' οὗ γοῦν τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ἄρχεται τόπου, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπ' ἐκείνου τὴν ἐξέτασιν ποιεῖται· ἐπιδείκνυσι γὰρ, ὡς οὐ παράνομον τὸ ψήφισμα τοῦ Κτησιφῶντος, μὴ περιέχον ψευδῆ γράμματα περὶ Δημοσθένους, ὡς εὔνους [scilic. ἐστὶ] τῇ πόλει, ἀλλ' ἀληθῆ. ζηλώσωμεν οὖν τὸν Δημοσθένην τὸ νόμιμον πλατύνοντες, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ περὶ στεφάνου καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην. REISK.

P. 243. v. 25. ἐώντων] Vulg. ἐώντον. Manifestum hoc vitium typographicum operarum Paris. emendant ἐώντων codices omnes, August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, alii. Ita quoque iidem pro πρώτων rectius dant πρῶτον. REISK. Non erat cur Reiskius de re levissima tot verba faceret. Typothetae enim saepissime sic errant, ut a correctore speciminum suorum aliquid emendare iussi, non quo debent loco, sed alieno per aliquam similitudinis speciem oculos fallente morigerentur: quo fit, ut prius vitium maneat, inferatur novum. Id h. l. in ἐώντον et πρώτων accidit. SCHAEFER.

P. 243. v. 25. γραφὰς] Vocabulum hoc in sensu minus quidem usitato, verum ad originem et naturam verbi γράφειν propius accedente accipiendum est pro scripto quocunque, cuiuscunque generis vel argumenti, non eo sensu, quo paene solo vocabulum hoc in oratoribus Atticis usurpatum occurrit, quasi alium ullum sensum capere nequiret, scilic. pro accusatione. REISK.

P. 243. v. 25. γράμματα] Est in Aldina Taylori subnotatum. REISK.

P. 243. v. 26. ἔστι δὲ Δημοσθένης] Vulg. ἔστι Δημοσθένης.

*) F. addend. τόν. SCHAEFER.

ἔστι δὲ Δημοσθένης Paris. primus et quintus, August. primus et quartus. ἔστι δὴ Δημοσθένης August. secundus. Interposui δέ. REISK.

P. 243. v. 27. τειχοποιὸς] Citat h. l. Pollux 1, 161. v. τειχοποιός. REISK.

P. 243. v. 27. ἐπὶ τῷ θεωρικῷ] [ἐπὶ τῶν θεωρικῶν.] ἐπὶ τῶν θεωριῶν Reg. β. ἐπὶ τῷ θεωρικῷ Codd. Guelph. et Vindob. Vide ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 416, 11. et 418, 1. De theoricis pecuniis, de eo, qui ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ dicitur, agit doctissimus Valesius ad Harpocrat. p. 90. 91. Item Petitus ad LL. Attic. III. 2. et IV. 10. Pollux VIII. 9. TAYLOR. Vulgo ἐπὶ τῶν θεωρικῶν. ἐπὶ τῶν θεωριῶν Paris. secundus cum γρ. ἐπὶ τῷ θεωρικῷ August. primus et secundus. Praetuli ἐπὶ τῷ θεωρικῷ, scilic. ἀργυρίῳ. REISK.

P. 243. v. 27. ἔτι δὲ] Adde e praemissis tacita cogitatione οὐκ ἐώντων τῶν νόμων. REISK.

P. 243. v. 28. μὴ] Ne mireris hic positum, cum infinitivi priores καταβάλλεσθαι et στεφανοῦν hac particula careant, memento οὐκ ἐώντων esse idem quod ἀπαγορευόντων, verbum autem ἀπαγορεύειν, ut omnino verba vetandi, legitime adsciscere infinitivum cum particula μή. SCHAEFER.

P. 243. v. 28. Διονυσίοις] Post h. v. absurde δεῖ insinuavit Wolfius, cum abest ab omnibus. Neque ulla necessitate adductus hoc intulerit. TAYLOR. Videntur operae Basil. Wolfii sententiam manumque vitiasse, et quod ille ad p. 244, 15. adscripsisset post ἐπαινεῖν ἐπὶ τούτοις inserendum huc retulisse, et cum ille δεῖν dedisset, δεῖ reddidisse. Saepissime in illa editione deprehenditur haec iniuria Wolfio facta ab officina typographica multum dissito: quod nobis hodie per accidit incommodum, quibus, quid ille dederit, quid operae eius, suspicandum est. REISK.

P. 243. v. 28. τραγῳδῶν τῇ καινῇ] S. εἰσόδῳ. Paulo ante τραγῳδοῖς καινοῖς. In Aeschine τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν. WOLF. τραγῳδοῖς τοῖς καινοῖς Cod. Reg. ε., qui fere est solitarius, non tamen ideo reprobandus. τραγῳδῶν καινῶν Reg. α. et Aug. τραγῳδιῶν καινῶν Guelph. τραγῳδιῶν καινῇ Vindob. τραγῳδῶν *) τῇ καινῶν Obsop., quod libri istius possessor rectius esse arbitrabatur. Vide supra adnotata ad Aeschin. pag. 348. not. 1. TAYLOR. τραγῳδοῖς καινοῖς Schedae Scrimgeri. τραγῳδῶν καινῶν August. primus et quartus. τραγῳδῶν τῇ καινῇ, scilic. ἐπιδείξει, vel ἀγωνίᾳ, aut εἰσόδῳ εἰς τὴν σκηνὴν, aut εἰσαγωγῇ, aut διδασκαλίᾳ. Ad τραγῳδῶν καινῶν subauditur ἐπιδεικνυμένων aut ἀγωνιζομένων. τραγῳδοῖς καινοῖς idem est atque cum genitivo: nam dativus quoque Graecis in usu perinde atque Latinis ablativus con-

*) Reiskius e Pannonico citat τραγῳδιῶν. SCHAEFER.

sequentiae vel absolutus dictus. REISK. Plerique ἀγωνίᾳ vel etiam ἐπιδείξει supplent, quod vereor ut Graecum sit. At melioris notae codices optime aut τραγῳδοῖς καινοῖς, quae lectio praecone haud eget, aut τραγῳδῶν καινῶν, quod etsi alibi me legisse haud memini, haud dubito quin per ellipsin bene dici potuerit pro pleniori formula τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν apud Aeschinem obvia. OSANN. *Inscript.* III. p. 128.

P. 244. v. 1. ἀλλ' ἐὰν μὲν —] Id est, ἀλλὰ κελευόντων τῶν νόμων, ἐὰν μὲν —. REISK. Recte supplevit. Saepe contrariae verbum significationis ex antecedentibus subaudiendum, ut h. l. κελευόντων ex illo praegresso οὐκ ἐώντων. Id quoties fit, oppositionis faciendae index est particula adversativa, omnem illa tollens sensus ambiguitatem. Simillima nostro loco sunt Herodotea VII. 104. 143. IX. 2. V. Schweighäuseri Lexic. Herodot. T. I. p. 178. SCHAEFER.

P. 244. v. 2. Πυυκὶ] [Πυκνὶ.] Millies erratum est in hac voce apud auctores, credo, eo quod forte crediderunt exscriptores, ob multitudinem confertorum hominum et quasi πυκνότητα sic dictum eum locum fuisse. Sed quod scribendum sit Πυυκὶ, non vero Πυκνὶ, argumentum est rectus casus ἡ Πνὺξ, a quo Πυυκὸς et Πυυκὶ et Πνύκα inclinatur. Nam qualis foret rectus casus dativi Πυκνί? Πὺκνξ nimirum, non pronuntiabile. Ergo ubique et hic et in aliis auctoribus reponendum semper Πυυκὸς et Πυυκὶ et Πνύκα. Quae lectio etiam reperitur in melioribus editionibus. PALMER. Vulg. Πυκνὶ. γρ. Πυυκὶ Paris. primus, secundus, tertius, quintus, sextus, August. secundus et quartus, Bavaricus, P. Manutius, Lessing. Etiam in libro Weimarano Πυυκὶ est correctum pro Πυκνὶ, quod est in Ald. REISK. Πυκνὶ Bekker. In obliquis casibus haec forma, quae etymologiae vocis congruit (v. H. Stephani Thesaur. c. 8033. B.), tenenda est. Nominativus cur pronuntietur litteris transpositis, causa tam manifesto patet, ut neminem fugiat. Commatis signum post h. v. delendum. SCHAEFER.

P. 244. v. 2. ἐν] ἐν posterius abest a Paris. quinto et August. primo. REISK. Wunderlichius secluserat, sed in altera editione Dissenius uncos amovit: quod vereor ut recte fecerit. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 244. v. 2. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] Quanquam his vocibus usus sim p. 223. ult. ad eam rem conficiendam, quam ibi volui, veruntamen, si quis dixerit hic esse interpolatum in textu ex glossa in margine, ego non intercedam. Πνὺξ quidem vox insolentior, sed non auribus Atheniensium. Vid. not. ad pag. 423, 1. TAYLOR. *in concione, plebe congressa.* Non possunt haec tria vocabula omitti. Non enim sufficit a lege locum coronationis indicari: necesse quoque erat, ut tempus definiretur. Num in foro vacuo hominibus? Nequaquam, sed tum, cum forum refertissi-

mum est, ut res promulganda ad notitiam quam plurimorum perveniat. REISK. Reiskii ratio vix satisfacit. Modo legimus *ἐν τῷ βουλευτηρίῳ*, non addito *ἐν τοῖς βουλευταῖς*: nec tamen quisquam de curia hominibus vacua cogitabit. Vide igitur ne, codicibus partim adstipulantibus, pro *ἐν Πνυκὶ* [*Πυκνὶ*] *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* scribendum sit: *ἐν πυκνῇ τῇ ἐκκλησίᾳ*, *in voller Volksversammlung*. Auctorem huius coniecturae non contemnendum habere mihi videor Photium, cuius haec legas c. 351. in.: *Πυκνή, ἡ τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία οὕτως ἐκαλεῖτο.* — *Πυκνή, ἡ ἐκκλησία τῶν Ἀθηναίων οὕτως λέγεται παρὰ τὸ πεπυκνῶσθαι τοὺς συνερχομένους ἐν αὐτῇ.* Quod si recte conieci, etiam in Aeschine p. 427. s. R. *ἐν Πνυκὶ* [*Πυκνὶ*] *τῇ ἐκκλησίᾳ* mutandum est in *ἐν πυκνῇ τῇ ἐκκλησίᾳ*. Ibi, quod non nihili videtur, Cod. Bekk. dat *πύκνῃ*. SCHAEFER.

P. 244. v. 3. *τίμημα τάλαντα πεντήκοντα*] Hinc Aeschines negavit *εἰρωνικῶς*, ut apparet, *τὸν Κτησιφῶντα ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι ἀτίμητον*, [Aeschin. c. Ctesiphont. p. 602. ult.] cui propositum fuit et Ctesiphontem, qui tantam mulctam solvere non posset, notare ignominia, et Demosthenem in idem discrimen adducere. Superato enim Ctesiphonte, haud dubie praeiudicio illo usus, operam daturus fuisset Aeschines, ut et Demosthenem vel ignominia notaret, vel eiiceret civitate, actione laesae maiestatis et perduellionis in eum instituta. WOLF.

P. 244. v. 3. *πεντήκοντα*] *γρ. πέντε* Lessing. REISK.

P. 244. v. 3. *κλήτορες*] *κλητῆρες* o. fere l. s. Guelph. Regii *α. β. γ. ε.* Obsop. Aug. Vindob. Sunt ut plurimum ex amicis accusatoris, qui reo denunciant et diem dicunt, vel saltem praesto sunt viatoribus et accensis vel iis ministris, quorum erat id exsequi. *Κλήτορες*, ait Ulpianus ad hunc locum, *οἱ μαρτυροῦντες τοῖς καλοῦσιν εἰς δίκην*. Rursus ad Midianam p. 542, 20.: *Ὁ διδοὺς τὴν γραφὴν προσέγραφεν, ὅτι κατηγορῶ τοῦδε καὶ προκαλοῦμαι* (vel *προσκαλοῦμαι* potius) *τοῦτον διὰ τοῦ δεῖνος εἰς τὸ βουλευτήριον.* Vide Vales. ad Harpocrat. p. 112. Sigon. III. de Rep. Atheniens. 4. Salmas. Observat. ad Ius Attic. et Rom. pag. 858., qui hunc ministrum ex Aristophane aliquoties describit. Adde Harpocrationem et Lexicographos. TAYLOR. *κλητῆρες* cum *γρ.* Paris. primus, secundus, tertius, quintus, August. primus, Wolfenb. Vindob. Pannonicus Obsop. REISK. *κλήτορες* etiam pag. 1147, 6., ubi Cod. Bekk. melioris notae *κλητῆρες*. Altera haec forma est omnium locorum, quos praeter hos duos citavit Reiskius Ind. Graecitat. p. 311. Videndum igitur ne etiam hic alteroque illo loco praeferenda sit. De ipsa re v. Hemsterhus. ad Schol. Aristophan. Plut. 892. SCHAEFER.

P. 244. v. 6. *Ἃ μὲν — ταῦτ' ἐστίν*] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 8., ubi legitur *ταῦτά ἐστιν*. SCHAEFER.

P. 244. v. 7. *πρῶτον*] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 244. v. 7. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Paris. primus et quintus, August. primus. REISK. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 244. v. 8. αὐτὴν] ὁμοίαν Aldina Taylori. REISK.

P. 244. v. 10. τῶν γεγραμμένων] Recte se habet. Lambinus hallucinatur legendo τῷ γεγραμμένῳ. TAYLOR.

P. 244. v. 10. καθέκαστον] Melius καθ' ἕκαστον Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 244. v. 11. τοῦ — γράψαι] Pro τοῦ legunt Guelph. Reg. α. Aug. et Vindob. τὸ. In Aug. et Vindob. deerat γράψαι. TAYLOR. τὸ August. primus. γράψαι omittunt Paris. primus, August. primus. Constructio haec cum genitivo plana via et inoffenso pede ad metam periodi decurrit eoque servanda videtur. Qui codices autem τὸ (in nominativo) dant, hi necesse faciunt, ut suspicemur, vetustos libros pone ἐπὶ τούτοις adhuc exhibuisse haec duo vocabula, quibus libri nostri carent, ὁποῖόν ἐστι, *quale sit*. REISK. Cum v. 18. sequatur τὸ δὲ μὴ προσγράψαντα — κελεῦσαι, non dubito etiam h. l. τὸ — γράψαι scribendum esse. Mutarunt parum callentes proprietatem Graecae syntaxis, quos offendisset articulus τὸ cum infinitivo sic positus, ut ob inflexam in sequentibus constructionem tanquam solutus nexu syntactico pendere videatur. Idem placet Popponi ad Xenophont. Cyrop. p. 77. SCHAEFER.

P. 244. v. 12. με] Collocant post λέγοντα August. primus, post βέλτιστα Bavaricus, August. quartus et Aldina Taylori. REISK. Post βέλτιστα posuit Bekker. SCHAEFER.

P. 244. v. 13. ἐπαινεῖν] Item regitur a γράψαι. *laudandum me esse.* Aeschines p. 397. R. προσεγγράφουσι — στεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον. p. 592. γράψαντα Δημοσθένην ὑπεύθυνον ὄντα στεφανοῦν. SCHAEFER.

P. 244. v. 15. ἐπὶ τούτοις] Post haec verba ponenda hypostigme, si v. 11. τὸ mecum probas. Posuerat etiam Reiskius: item posuerunt Wunderlich. et Bekker.: minus illi quidem coacti. SCHAEFER.

P. 244. v. 15. ἐν τοῖς πεπολιτευμένοις] ἐν τοῖς ἐμοὶ πεπολιτευμένοις lege. WOLF. ἐν τοῖς ἐμοὶ πεπολιτευμένοις crediderim. Vide infra pag. 245, 2. Addunt Guelph. Aug. Vindob. post εἶναι. TAYLOR. Non opus addi pronomen. V. v. 21. SCHAEFER.

P. 244. v. 15. τὴν κρίσιν] Subaudi περὶ τούτων. REISK. Immo iungenda τοῦ γράψαι τὴν κρίσιν. Sin placet τὸ mecum praeferre, subaudi τούτου s. περὶ τούτου. SCHAEFER.

P. 244. v. 15. εἶναί μοι νομίζω] Vulg. εἶναι νομίζω. εἶναί μοι νομίζω August. primus. Pronomen μοι addidi. REISK. V. Taylor. ad v. ἐν τοῖς πεπολιτευμένοις. Pronomen omiserunt Wunderlich. (in altera editione, non item in priore,) et Bekker. SCHAEFER.

P. 244. v. 16. εὑρεθήσεται] εὑρήσετε August. primus, quod

idem voluere quoque Paris. primus et quintus, e quibus refertur εὑρήσεται. REISK.

P. 244. v. 17. ψευδῆ] Post h. v. pone signum coli cum Reiskio et Bekkero. SCHAEFER.

P. 244. v. 10.] δῷ] δῶ Wunderlich. in priore editione. In altera bene restitutum δῷ, hac addita nota (fortasse Dissenii): „Respicit Demosthenes in Aeschinis oratione p. 592. verba haec: ἔπειτα τὸν ῥήτορα ἐξήλεγξα γράψαντα Δημοσθένην ὑπεύθυνον ὄντα στεφανοῦν, οὐδὲν προβαλόμενον, οὐδὲ προσεγγράψαντα ἐπειδὰν δῷ τὰς εὐθύνας. Add. p. 426. Ergo tenenda est tertia persona." SCHAEFER.

P. 244. v. 20. κελεῦσαι τὸν στέφανον] τὸν στέφανον κελεῦσαι August. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 244. v. 20. κοινωνεῖν] κοινωνοῦν Paris. tertius. Nescio, cur Wolfius e Schedis Scrimgeri annotaverit vulgatam, quae est in omnibus, quod sciam, editionibus. REISK.

P. 244. v. 21. καὶ τοῦτο] Malim καὶ κατὰ τοῦτο, *etiam hactenus.* Idem esse mihi comminiscor, ac si dixisset ἡγοῦμαι καὶ κατὰ τοῦτο κοινωνεῖν τοῖς πεπολιτευμένοις τὴν ἐξέτασιν, εἴτε ἄξιός εἰμι τοῦ στεφάνου, εἴτε καὶ μή, *cum discussione vitae a me in republica gestae autumo etiam hac ex parte connexam esse inquisitionem, dignus corona sim, nec ne.* Planius utique dixisset: *quaestionem, dignus an indignus corona sim, si exhaurire et penitus definire velimus, necesse autumo esse, ut hac quoque ex parte vita mea publice acta spectetur.* REISK. Nodum in scirpo vir egregius videtur quaesivisse. τοῦτο refero ad antegressum τὸ — κελεῦσαι. *quod — censuit, hoc quoque arbitror pertinere ad vitam meam publice actam,* [scilicet s. ut appareat] *dignusne sim — necne.* SCHAEFER.

P. 244. v. 22. τῆς ἐν τούτοις] Quid hoc? Anne δεικτικῶς, *apud hos cives,* ut Wolfius et Etruscus interpretantur? An aliud latet? Desunt quidem hac voces Ven. Harl. Lind. TAYLOR. Absunt ab Aldina Taylori, August. quarto. Duo prima vocabula item absunt a Bavarico. ἐν τούτοις, *in concione.* οὗτοι Demostheni saepe sunt plebeii, populares. *honore in horum congressu, in Pnyce, plena concione, in me conferendo.* Magnum erat in oculis universae civitatis Athen. honorari. Hoc tam parvi faceret Demosthenes, ut praeteriret? REISK. Conf. Fr. A. Wolf. ad Leptin. p. 249. SCHAEFER.

P. 244. v. 22. καὶ] Abest a Paris. primo et quinto, August. primo. REISK. Male abest. Supra v. 17. εἴτε καὶ ψευδῆ. V. Weiskii Pleonasm. Graec. p. 191. s. SCHAEFER.

P. 244. v. 22. μή] Post h. v. ponenda hypostigme cum Bekkero, certe signum coli cum Wunderlichio: sequentia enim arctius iungenda antecedentibus. Docet nexus particularum: κοινωνεῖν μὲν —, ἔτι μέντοι —. SCHAEFER.

P. 244. v. 23. *ἔτι μέντοι — μοι δοκεῖ*] Hermogenes p. 430. *ὅταν δὲ τοὺς νόμους κλέπτῃ* [veras ab adversario oppositas iudicibus et coronae ereptum it, falsas autem, commentitias subiectum], *ἁπλότητα προσποιεῖται, λέγων οὕτως· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς νόμους δεικτέον εἶναί μοι δοκεῖ· ὡς παρέργου μνημονεύων τοῦ ἰσχυροῦ τῷ ἀντιδίκῳ.* REISK.

P. 244. v. 26. *βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ κ. τ. λ.*] Alexander Rhetor p. 20. *προδιόρθωσίς ἐστιν, ὅταν μέλλωμέν τι τοιοῦτον λέγειν, ὃ δεῖταί τινος θεραπείας, ὥστε μὴ χαλεπῶς αὐτὸ προσδέξασθαι τὸν ἀκροατήν. καὶ προθεραπεύομεν* *) *αὐτόν, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν· βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ* — ad *καὶ λόγους ἐμπέσω.* REISK.

P. 244. v. 27. *καί με μηδεὶς — τῆς γραφῆς*] Citant Anecd. Bekk. p. 10, 18. SCHAEFER.

P. 244. v. 27. *με*] *μοι* Paris. quintus. REISK.

P. 244. v. 27. *ἀπαρτᾶν*] *ἀπαντᾶν* Paris. tertius. REISK. V. Lennep. ad Phalarid. p. 168. **) SCHAEFER.

P. 244. v. 28. *καὶ λόγους*] Fortasse malis abesse: sed libri nihil variant. Est hoc quoque e pleonasmis oratoriis, quibus Demosthenes abusus magis quaesivit quod auribus placeret, quam quod rationi probaretur. SCHAEFER.

P. 244. v. 29. *τοῦ*] F. *τὰ τοῦ.* MARKLAND. *εἰς τὸ τοῦ* Paris. sextus. REISK. Vulgata non erat cur Marklando displiceret. SCHAEF.

P. 245. v. 2. *ἁπάντων*] *πάντων* syllaba minus dant Paris. primus et quintus, August. primus, qui praeter hoc unum minutum hic loci cum vulgata consentit. Falsum est, quod ex eo retulit seu Fabricius seu operae Herwagii, *ὁ τῶν ἐμοί. περὶ τῶν ἁπάντων* Aldina Taylori. REISK.

P. 245. v. 2. *καὶ πεπραγμένων*] Absunt ab August. secundo. REISK. Omisit Bekker. Mihi videntur satis ex more Oratoris addita. Supra p. 240, 28. *ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν.* Similiter p. 226, 27. *ἂν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω.* ubi adverte bis positum *καί*: ut Demosthenes vel tantulum discriminis inter duo haec verba fecisse videatur. SCHAEFER.

P. 245. v. 3. *τῇ γραφῇ*] *Δοτικὴ ὀργανικὴ, διὰ τῆς γραφῆς.* Nam alioqui dicendum fuisset *οἰκείους τῇ ἀπολογίᾳ.* WOLF. *τῆς γραφῆς* videtur legisse Ulpianus. TAYLOR. Id est *τῇ ἐξετάσει καὶ ἐξελέγξει τῆς σῆς γραφῆς.* REISK. Nec Wolfii nec Reiskii interpretationem probo. *λόγοι οἰκεῖοι καὶ ἀναγκαῖοι τῇ γραφῇ* simpli-

---

*) F. *προθεραπεύωμεν.* ut haec antecedentibus continuentur. SCHAEFER.

**) Non erat cur vir doctissimus Lucianea tentaret. Quod enim legi iubet *ἔννομον τοῖς ἐπαίνοις ὄν*, nihil quidquam praestat vulgatae scripturae *ἐν νόμῳ τ. ἐ. ὄν.* SCHAEFER.

citer sunt *necessario coniuncti cum accusatione:* opponuntur *ἀπηρτημένοι τῆς γραφῆς.* V. p. 244, 27. SCHAEFER.

P. 245. v. 5. *τὴν περὶ τὰς — εἱλόμην ἐγώ*] Interpretem huius loci velut aget initium Epistolae tertiae. REISK.

P. 245. v. 5. *τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις*] Sic p. 263, 3. distinguit inter *τὰ κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύματα* et *τὰ Ἑλληνικά.* Scilic. *ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.* MARKLAND.

P. 245. v. 7. *ἃ μὲν οὖν — μέμνηται γεγονυῖαν*] Citat h. l. Dionysius Halic. p. 172. REISK. T. VI. p. 997. s. R. SCHAEFER.

P. 245. v. 7. *ἃ μὲν οὖν κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 283. *ἔτι ἐφέλκονται νοήματα καὶ οἱ μερισμοί. οἷον· ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι — διεκωλύθη, ταῦτα ἐρῶ.* REISK.

Anglicanus T. R. Miscell. Observ. loco saepe laudato mavult pro *παρὰ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ*, *πράτοις μετὰ τὰ ἱερά*. Nempe: *peractis sacris, quae solebant fieri ante initam concionem vel senatum, statim et ante caeteros admitti.* Ingeniose admodum et acute. Vide Inscriptionem Deliacam a me adductam ad v. 6., scilic. inter Arundell. CLVI. Cui adiungas CLVIII. eodem orationis tenore constructam. Verum et hanc quoque emendationem praeripuit Cel. Valesius *). TAYLOR. Vulg. *περὶ τοῖς παρὰ τὰ ἱερά*. Sic dat Aldus, unde accepit Morellus, qui Parisinam curavit. *παρὰ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ* Schedae Scrimgeri, editt. Felic. P. Manut. Wolf. et Tayl. index Aldi, liber Weimar. *παρὰ τοῖς παρὰ τὰ ἱερὰ* Bavar. *παρὰ τοῖς τὰ ἱερὰ* (sine *περὶ*) Ald. Tayl. Duo vocabula *περὶ τοῖς* absunt ab August. secundo et quarto. Correxi ad mentem Valesii, item T. R. Britanni *πράτοις* [quod dorice idem est atque *πρώτοις*] *μετὰ τὰ ἱερά*. *post facta sacra vel auspicia in senatu aut in concione primis liceto ante omnes alios populos Atheniensibus ad senatum accedere aut cum populo agere.* REISK. Bekkerus: „An fuit *πράτοις πεδὰ τ. ἱ.*?“ V. Koen. ad Gregor. Cor. p. 197. ed. Lips. De ipsa formula, *πράτοις μετὰ τὰ ἱερά*, v. Boissonadus Commentat. Epigraph. p. 457. et Osannus Inscript. IV. p. 167. SCHAEF.

P. 256. v. 8. *κατοικεῖν*] *κατοικῆν* Wunderlichiana posterior, lectore non monito librisque tacentibus. V. Valckenar. ad Theocr. XI. 62. SCHAEFER.

P. 256. v. 10. *ἦμεν*] *ἀντὶ τοῦ εἶναι.* WOLF.

P. 256. v. 10. *πασᾶν*] [*πᾶσαν.*] F. *πᾶσι.* MARKLAND.

P. 256. v. 10. *πασᾶν προστακτᾶν λειτουργιᾶν*] [*πᾶσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν.*] *πρὸς* deest Ven. et β. Vellem sane. *ἀλειτουργήτοις ἦμεν πᾶσαν τὰν λειτουργίαν* intelligo, illud neutiquam. TAYLOR. Vulg. *πᾶσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν*. Praepositionem omittunt Ald. Tayl. Paris. secundus, tertius, septimus, August. secundus et quartus, qui sic dat, *πᾶσαν τὴν λειτουργίαν*, secundus autem *πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν*. Abest etiam a Bavarico. Wolfius item in farragine vult *πᾶσαν τὰν λειτουργίαν*. Facile erat difficultatem loci mollire *πρὸς* omittendo, quod sunt codices qui omittant. Sed videbatur aliquid abstrusius et exquisitius in illo *πρὸς τὰν* latere, quod meditationem intendens tandem visus sum mihi invenisse. Non invidiosum solummodo ipsis Atheniensibus neque incivile factum senatus Byzantini erga cives suos, sed etiam plane noxium et illicitum omnique pacto negatum, Athenienses, ut Byzantium habitatum commigrent, hac conditione proposita illicere, ut liberi sint ab omni contributione, quo ab onere reliquorum Byzantinorum nullus esset exemtus. Necesse ergo est novos Byzan-

---

*) Valesio Anglum debere illam emendationem Reiskius scripsit in varr. lectt. SCHAEFER.

tii cives, Athenis oriundos, non ab omni genere contributionum civilium, sed ab uno certo quodam solummodo relevatos fuisse, nempe a liturgiis seu functionibus vel praestationibus imperatis, h. e. non ordinariis, encycliis, ritu vetusto et patrio dudum sancitis, quae nulli non dudum essent notae, sed extraordinariis, quarum si necessitates inciderent, per quaestorem accensumve cuique de eo significandum identidem esset. Erant ergo *λειτουργίαι* geminae: aliae *τακταὶ*, ratae, statae, quarum veniam leges civium nulli quocunque pacto facerent; aliae *προστακταὶ* aut *πρόστακτοι*, quae extra ordinem pro re nata indicerentur. REISK. *πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν* Wunderlich. et Bekker. In altera Wunderlichii editione haec nota adscripta: „Reiskius e coniectura *προστακτᾶν* dederat perperam. Vid. Boeckh. de Oecon. Athen. T. I. p. 484." SCHAEFER.

P. 256. v. 11. *ἑκκαιδεκαπήχεις*] *ὕφεν* legatur. WOLF.

P. 256. v. 12. *Βοσπορίχῳ*] F. *Βοσπόρῳ*. Nam *Βοσπόριχος* [p. 255, 20.] videtur proprium esse viri, ut Athenis *ἐπὶ Νεοκλέους ἄρχοντος*. Perionius: *in Bosporo*. Sic et Meletus. WOLF. *Βοσπόρῳ*] Alii *Βοσπορίχῳ*. Ita Aldus scilicet excudit, ita Morelius, et exaratur ita in Harleiano nostro. *Βορίχῳ* Cod. Paris. γ. Sed vulgata bene se habet. Statim post hanc vocem in Ven. subiungitur vox *λέγω*. Quid vero? aut quamobrem? Anne id adnotaverat aliquis inter *εἰκόνας* et *στεφανούμενον τὸν δᾶμον*, ut vicem sustineret *τοῦ nempe* vel *scilicet?* Credo id equidem. TAYLOR. Vulg. *Βοσπορίχῳ*. *Βοσπόρῳ* coniecit Wolfius, sed sic iam dederat Felicianus. Post *Βοσπορίχῳ* addit Venetus *λέγω*, item Aldina Taylori. *Βορίχῳ* dedit Paris. tertius. *Βοσπόρῳ* scripserat primum librarius in August. quarto, sed post ipse mutavit ad vulgatae modum. In obscuritate rei et dissensu codicum reliqui nomen hoc, quale inveneram. REISK. Wunderlichii prior *Βοσπόρῳ*, posterior *Βοσπορίχῳ*. Ind. Graecitat. p. 111.: „*Βοσπόριχος*, forum Byzantii." Unde Reiskius hoc rescivit? Mihi satis placet *Βοσπόρῳ*: qui locus maxime idoneus fuit, in quo statuae collocarentur a quam plurimis spectandae. SCHAEFER.

P. 256. v. 12. *στεφανούμενον*] *στεφανόμενον* August. quartus. REISK.

P. 256. v. 12. *τῶν Ἀθηναίων*] *τὸν Ἀθηναίων* August. quartus, a quo proxima septem vocabula absunt. REISK. *τὸν Ἀθηναίων* Wunderlichii prior. Sic etiam Bekkerus, improbante, opinor, Osanno, quem v. Inscript. IV. p. 162., me probante. SCHAEFER.

P. 256. v. 13. *τῶ δάμω*] sine iota subscripto, pro *τοῦ δήμου*. WOLF. Vulg. *τῷ δάμῳ*. Sine iota subscripto, in genitivo dorico, hoc dat Bavaricus. Quamquam auctoritas codd. nostrorum de iota subscripto nulla est, quippe qui iota hoc nusquam fere adscribant. Wolfius quoque de genitivo Dorico hic restituendo suspica-

tus est. Detraxi illa duo puncta subscripta. Sunt enim, non dativi, sed genitivi Dorici, pro τοῦ δήμου. REISK.

P. 256. v. 13. τῶν] τῶ Bekker. Sic etiam utraque Wunderlichii, in priori adscripta hac nota: „τῶ pro v. τῶν Bav.“ Falso: nihil enim de Bavarico hic Reiskius. SCHAEFER.

P. 256. v. 15. θεωρίας] [δωρίας.] F. δωρεᾶς. WOLF. δωρεᾶς] Varie scribitur. Benenatus, ut nos et Wolfius *). δωρίας Ald. Lind. MSS. Felician. Δωριεῦσι Felician. et MSS. Ald. Δωριέας Altemps. Vide Tourrellium ad locum. TAYLOR. Vulg. δωρίας. δωρεᾶς libri Lessing. Weimar. et Bavaric., sed in hoc tres postremae literae a nova manu, ea, quae scholia Moschopuli exaravit, sunt scriptae super vetusta, quaecunque illa fuit, nunc erasa lectione **). Δωριεῦσιν index P. Manutii. Ego de meo iudicio θεωρίας suffeci. *praeterea quoque, ut nomine S. P. Q. Byzantinorum legati sacri, θεωροὶ dicti, mittantur ad ludos sacros, qui* —. REISK. Eodem modo correxit Valckenarius Diatr. Euripid. p. 278. B. SCHAEFER.

P. 256. v. 15. ἐς τὰς] εἰς τὰς index Aldi. ἔς τε τὰς Ald. Tayl. August. quartus. REISK.

P. 256. v. 15. ἐν τᾷ Ἑλλάδι] [ἔν τε Ἑλλάδι.] Rescribo ἐν τῇ Ἑλλάδι cum MSto Ven. TAYLOR. Vulg. ἔν τε Ἑλλάδι. ἐν τῇ Ἑλλάδι reperi in August. quarto quoque et Aldina Taylori. Correxi eodem modo eademque de causa, quo et qua paulo ante ἐντεαλίᾳ corrigebam, scilicet ἐν τᾷ Ἑλλάδι. REISK. Neque aliter Koenius ad Gregor. Cor. p. 316. ed. Lips. et Valckenarius l. c. SCHAEFER.

P. 256. v. 16. ἀνακαρῦξαι] Reiskiana et Wunderlichiana prior ἀνακαρύξαι: quod accentus vitium etiam Valckenarium l. c. fugit. SCHAEFER.

P. 256. v. 16. τὼς στεφάνως] [τὸν στέφανον.] τῷ στεφάνῳ. ἅμα ᾗ σὺν τῷ στεφάνῳ. WOLF.

P. 256. v. 16. τὼς στεφάνως, ὣς ἐστεφάνωται] Vulg. τῷ στεφάνῳ, ᾧ συστεφάνωται. Pro primis duobus vocabulis dat P. Manutius τὸν στέφανον ad exemplum Feliciani, quem secuti quoque sunt Wolfius et Taylorus in suis editionibus. Illius verba in

---

*) Edidit nempe Wolfius, quem secutus est Taylorus, δωρεᾶς. Et in quibusdam exemplis editionis Parisinae idem est: sed in eo, quo quotidie utor, est δωρίας. REISK.

**) Haec Reiskius de scriptura Bavarici in varr. lectt. In annott. haec: „Conspicitur quidem hodie δωρεᾶς in Bavarico, sed erasa vetusta primigenia lectione, cuius cum nihil praeter tres primas literas supersit, non constat, quis olim fuerit exitus vocabuli. Inepta illa et flagitiosa manus, quae allinendis calamo perquam pingui et atramento diluto et ductibus inscitis et inamoenis Moschopuli absurdis scholiis codicem hunc pulcherrimum inquinavit, ultimas tres literas εᾶς adscripsit.“ SCHAEFER.

farragine haec sunt: „Recte Felic. τὸν στέφανον, si etiam ῷ ἐστεφάνωται legas." Huius, Taylori puta, istaec: „τῷ στεφάνῳ Ald. Benenat. Harl. Lindenbr. τὸν στέφανον excudit optimus Felicianus et coniecit Lambinus" [vel potius id solummodo ex editione Feliciani aut Manutii pro varia lectione in suum indicem retulit]. „Melius, deleto ἰῶτα subscripto, τὼ στεφάνω, scilic. duas coronas, Byzantinorum unam, alteram Perinthiorum. Vide quae habet Tourrellius." τὸν στέφανον, ῷ στεφανωθήσεται Schedae Scrimgeri. Pro postrema voce dant ἐστεφάνωται Paris. septimus, August. secundus. ὡς ἐστεφάνωται Bavaricus, sed e correctione novae manus, quae non satis habuit in texto sic reformare, sed etiam in margine sic iterum exaravit. ὅτι στεφάνωται (sine augmento) August. quartus. Probat ἐστεφάνωται Taylorus addens, pro ῷ melius legi οἷν vel οἷς *). Correxi de meo sensu τὼς στεφάνως, ὢς ἐστεφάνωται, id est τοὺς στεφάνους, οὓς ἐστεφάνωται. Nam isti sunt accusativi Dorici. *coronas, quibus populus Atheniensis coronatus est.* REISK. οἷς placuit Valckenario l. c. Idemque habet altera Wunderlichii. SCHAEFER.

P. 256. v. 17. ὁ] ὁ secundum omittit August. quartus. REISK.

P. 256. v. 17. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. secundus et tertius, August. secundus, Bavaricus, Aldus. REISK. ἁμῶν Wunderlich. Placeret, si esset genitivus possessivi. SCHAEFER.

P. 256. v. 17. ὅπως] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 256. v. 18. Ἕλλανες] Vulg. Ἕλληνες. Ἕλλανες Paris. secundus et tertius, August. quartus, Bavaricus. REISK.

P. 256. v. 18. Ἀθηναίων] Wunderlichius: „τὰν Ἀθηναίων legendum censeo." Nollem hanc notam a Dissenio in altera Wunderlichiana deletam esse: bene enim ille vidit requiri articulum. Porsonus Adversar. p. 151. (132. Lips.): „τάν τε pro πάντες legendum in Demosthene de Corona p. 503. [h. l.]" Servato πάντες, quod ἡ Βυζαντίων καὶ Περινθίων εὐχαριστία non noluerit suo in psephismate additum, scribendum esse suspicor: πάντες τάν τε Ἀθηναίων —: ut πάντες eliserit articulum cum enclitica. SCHAEFER.

P. 256. v. 18. τὰν] Abest a Paris. sexto. REISK.

P. 256. v. 21. *ΨΗΦΙΣΜΑ ΧΕΡΡΟΝΗΣΙΤΩΝ.*] Totum hunc titulum omittunt Aldina Taylori, Paris. duo, tertius et septimus. Posteriorem vocem solummodo omittit August. quartus. REISK.

P. 256. v. 22. Χεῤῥονησιτῶν] Χεῤῥονησιωτῶν Paris. septi-

---

*) Scilicet ad συστεφάνωται Taylorus haec adscripsit: „ἐστεφάνωται Cod. Paris. η. Rectius. Vide iam: ἀνακαρύξαι τὼ στεφάνω, οἷν (vel οἷς) ἐστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων." SCHAEFER.

mus, Aldina Taylori. Vulgatam dedit in Bavarico nova manus, hic et statim erasa vetusta lectione, quae videtur cum Paris. septimo consensisse. REISK.

P. 256. v. 22. *Σηστὸν*] *τὴν Σηστὸν* cum articulo dat Aldina Taylori. REISK.

P. 256. v. 22. *Ἐλεοῦντα*] Alii per *αι*, *Ἐλαιοῦντα*. WOLF. *Ἐλαιοῦντα* Felicianus. REISK.

P. 256. v. 23. *Ἀλωπεκόννησον*] Citat h. l. Harpocrat. v. *Ἀλωπεκόννησος*. REISK.

P. 256. v. 25. *ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα*] V. H. Stephani Thesaur. c. 2140. A. Photius c. 396. s. *Λυκοῦργός φησιν· ἀλλὰ μὴν καὶ Καλλισθένην ἑκατὸν μναῖς ἐστεφανώσατε.* SCHAEFER.

P. 256. v. 26. *καὶ*] Secluserat Wunderlichius. Sed Dissenius in altera editione uncos bene amovit. SCHAEFER.

P. 256. v. 26. *μεγίστου ἀγαθῶν*] [*μέγιστον ἀγαθῶν.*] *μέγιστα τῶν ἀγαθῶν.* MARKLAND.

P. 256. v. 26. *μεγίστου — Χεῤῥονησίταις*] Vulg. *μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν γέγονε Χεῤῥονησίταις.* Pro prima voce dant *μεγίστων* August. secundus et quartus, item Aldina Taylori et Bavaricus. Taylorus ad h. l.: „Videtur in nonnullis Codd. desiderari *πράττειν* et substitui *αἴτιος*. Laudo sane et accipio lubens, modo rescribamus etiam *πάντων μεγίστων ἀγαθῶν*, quo ritu MSti. Interea Lambinus ita hariolatur: *ὅτι τοῦ πάντων μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν αἴτιος γέγονε.* Editio Feliciani cum Cod. Reg. *β.* *ὅτι πάντων μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν αἴτιος γέγονε.*" *πράττειν αἴτιος γέγονε*, ut in Paris. secundo, ita quoque in August. quarto est et editione Feliciani, unde mutuo sumsisse videtur annotator Weimaranus. *πράττειν γεγονέναι* index Aldi. Taylorus: „*γεγονέναι* MSS. Ald. Teneo. Scribebatur *γέγονεν αἴτιος*. Adnotatur in Altemps.: *γέγονεν αἴτιος.*" *αἴτιος γέγονε τοῖς Χεῤῥονησίταις* Schedae Scrimgeri. Lectio editionis Lutetianae est etiam in edit. Wolfii et Taylori. *αἴτιος* addit Lessing. post *γέγονε*. *πράττειν* in Aldina Taylori punctis est subnotatum. Correxi de meo sensu *ὅτι πάντων μεγίστου ἀγαθῶν παραίτιος γέγονε*, quamquam adhuc rectius foret *ὅτι τοῦ πάντων* — cum articulo. *quod Cherrhonesitis bonum, bonorum omnium summum, conscivisset* vel *peperisset*, libertatem puta. E lectione quorundam codicum, *πράττειν αἴτιος γέγονε*, effeci *παραίτιος γέγονε*. Haec est formula titularis seu in eiusmodi titulis et decretis usitata. Ne longe eamus, inspice modo inscriptionem Agrigentinam e Gruteri Corpore a Tayloro ad p. 255, 20. iteratam, ubi haec leguntur: *Δημήτριον πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρεσχῆσθαι τῷ ἁμῷ* [id est *ἡμετέρῳ*] *δάμῳ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιον γεγόνειν* [id est *γεγονέναι*]. item aliam e Gruteri p. CCCC. ibid. repetitam: *ὑπάρχων τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἐνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθοῦ πολλάκι γεγένηται.* Et infinitum numerum similium loco-

rum aliunde comportet, si quem ea opera delectet. REISK. αἴτιος Wunderlich. in ceteris sequens Reiskium. Non incommode Reiskius παραίτιος, quam vocem ei placuit dicere titularem. Sed quî factum sit, ut παραίτιος corrumperetur in πράττειν αἴτιος, causa non apparet. Vide igitur ne in psephismate sic scriptum fuerit: ὅτι τὸ πάντων μέγιστον ἀγαθῶν (seu cum Codd. Bekk. ἀγαθὸν) πράττειν αἴτιος γέγονε (seu γέγονεν αἴτιος). In Euripidis Iphig. Aul. 346. πράσσειν μεγάλα est i. q. εὐτυχεῖν v. 348. Idem Troad. 700. πράξειν τι κεδνόν. Seidlerus: „Dictum — est pro εὖ πράξειν." De constructione adiectivi αἴτιος cum infinitivo, quam miror fugisse Schneiderum ad Xenophont. Hellen. VII. 5. 17., v. Melet. Crit. p. 23. et Heindorf. ad Platon. Cratyl. p. 110. SCHAEF.

P. 256. v. 27. ἐξελόμενος — καὶ ἀποδοὺς] ἀντὶ τοῦ ἐξελομένου ἐκ τῆς Φιλίππου βίας καὶ ἀποδόντος. S. τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. WOLF.

P. 256. v. 27. τῆς] τοῦ MS. Ald. Ven. Ital. et Reg. β. TAYLOR. Item August. secundus et quartus, Aldina Taylori, Harlei τῆς, scil. χειρὸς, quod vocabulum solet omitti. δουλείας et τυραννίδος etiam convenirent. Verum haec ad subaudiendum non solent omitti. REISK. Malim subaudire ἀρχῆς. Sic Pausanias IV. 11. 1. τῆς Ἀριστοδήμου, ubi nihil videtur excidisse. SCHAEFER.

P. 257. v. 2. ἱερά] Post h. v. plene interpungendum. SCHAEF.

P. 257. v. 2. ἐλλείψει] S. ὁ δῆμος τῶν Χερσονησιτῶν. WOLF. ἐκλείψει Paris. secundus et tertius, August. quartus. REISK.

P. 257. v. 2. ἐλλείψει εὐχαριστῶν κ. τ. λ.] ἐλλείψουσι εὐχαριστοῦντες καὶ ποιοῦντες ὅ τι ἂν δύνωνται ἀγαθὸν index Lambini. Cum de δήμῳ τῶν Χεῤῥονησιτῶν nulla mentio praecesserit, necesse foret hos singulares numeros omnes pluralibus mutare, id quod Lambinus quoque iam ausus est, si haec verba de Cherrhonesitis essent accipienda. Quod nego. Redeunt ad δῆμον τῶν Ἀθηναίων, idemque est, ac si sic dixisset: Et certa quoque fiducia freti sunt incolae Cherrhonesi, fore, ut populus in posterum quoque mentem hanc erga se servet memor honoris sibi oblati neque finem unquam faciat, quoad possit, de Cherrhonesitis bene merendi. Recte igitur habent h. l. numeri singulares. REISK. Vere Wolfius ad Chersonesitas retulit, mirerisque Reiskium, hominem in paucis cordatum, tam absurde interpretari potuisse. Est σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. SCHAEFER.

P. 257. v. 4. ἐν κοινῷ] [κοινῷ.] ἐν κοινῷ Codd. Ven. Harl. Regii β. γ. ζ. η. TAYLOR. Vulg. κοινῷ. ἐν κοινῷ etiam Bavaricus, August. quartus, Aldina Taylori. Praepositionem addidi. REISK.

P. 257. v. 6. 7. οὐδὲ — οὐδὲ —] Antecedens μόνον etiam ad has negativas referendum. V. not. ad p. 226, 10. SCHAEFER.

P. 257. v. 6. κωλῦσαι] κωλύσαι Reisk. et Wunderlich. SCHAEF.

P. 257. v. 8. ἢ] Abest a Paris. tertio. REISK.

P. 257. v. 8. ἀνθρώποις ἔδειξε] ἔδειξεν ἀνθρώποις Bekker. SCHAEFER.

P. 257. v. 10. καλοκἀγαθίαν] καλοκαγαθίαν Reisk. καλοκάγαθίαν Wunderl. posterior. καλοκαγαθίαν prior et Bekker. Eadem aliis locis diversitas in huius vocis scriptura. V. Osannus Inscript. III. p. 127. SCHAEFER.

P. 257. v. 11. γε] Sic etiam textum Bavarici: sed margo dat γρ. γάρ. Quod idem reperi in August. secundo quoque. REISK. Recepit Wunderlichius: quod cave probes. V. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 560. Persaepe viri docti hoc innocentissimum μέν γε vexarunt, ut Castalio in Xenophont. Conviv. 6, 7., de quo loco cum nonnulla scripserim not. ad p. 219, 27., hîc addam quae tollant quidquid dubitationis de veritate scripturae vulgatae subnascatur. Nam neges apparere, quid sibi velint illa, ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν, nisi oppositione aliqua adiuventur. Quae causa, opinor, fuit, cur viri docti ὄντες in ὕοντες mutandum censerent. Hanc mutationem neque illic probavi et hîc repudio. Scilicet, quod Xenophontis interpretes fugit, Socrates simul oblique perstringens ineptos etymologiarum fabricatores voce ἀνωφελής ad os conviciatori obturandum sic abutitur, ut compositam esse sumat ex ἄνω, ὠφελεῖν et ἕλη. Iam quae sequuntur tam apta et concinna sunt, ut aptius et concinnius scribi non potuerint. SCHAEFER.

P. 257. v. 11. φίλος καὶ σύμμαχος ὤν] Pro prima voce dant Φίλιππος *) cum γρ. Paris. secundus et septimus. Primam et secundam vocem omittit August. secundus. Verba sic struit August. primus: φίλος ὢν καὶ σύμμαχος. REISK.

P. 257. v. 12. ἤ] καὶ Paris. primus, August. secundus. REISK.

P. 257. v. 13. ὑμεῖς δ', οἱ καὶ μεμψάμενοι κ. τ. λ.] διὰ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον. WOLF.

P. 257. v. 13. καὶ] καὶ prius omittit August. quartus. REISK.

P. 257. v. 14. περὶ ὧν] Omittit idem August. quartus. REISK.

P. 257. v. 14. ἠγνωμονήκεσαν] ἠγνομόνησαν Aldina Taylori. REISK.

P. 257. v. 14. εἰς ὑμᾶς] καθ' ὑμῶν August. quartus. REISK.

P. 257. v. 15. οὐ] οὐ secundum omittit August. quartus. REISK.

P. 257. v. 15. τοὺς ἀδικουμένους] Malim τοὺς ἀδικοῦντας ἀδικουμένους. *vos non prodidisse hosti vestro, a quo laedere-mini, quamvis a vobis iniurias accepissent.* REISK. Quid Reiskius cogitaverit, cum mallet insertum ἀδικοῦντας, haud obscu-

---

*) V. not. ad p. 304, 17. SCHAEFER.

rum est: sed suam ipse mentem obscuravit perversa interpretatione. Debuit enim fere sic interpretari: *vos non prodidisse iniuria affectos, qui vos ipsi ante laesissent.* Ceterum non opus esse illo additamento facile apparet. SCHAEFER.

P. 257. v. 16. σώζοντες] Codd. Bekk. σώιζοντες: quae scriptura in libris optimae notae passim reperitur. V. Schweighäuser. in variet. lection. ad Herodot. III. c. 14. extr. SCHAEFER.

P. 257. v. 16. δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν] [δόξαν, εὔνοιαν.] δόξαν καὶ εὔνοιαν. MARKLAND. δόξαν καὶ εὔνοιαν Reg. η. δόξαν, τιμὴν, εὔνοιαν, vel δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν plurimi iique e praestantioribus, Ven. Guelph. Aug. Harl. et Reg. α. TAYLOR. Vulg. δόξαν, εὔνοιαν. Post primam vocem addunt copulam καὶ Paris. septimus et e coniectura sua Marklandus. δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν August. primus. δόξαν, εὔνοιαν καὶ τιμὴν Wolfius in farragine. τιμὴν addidi. REISK.

P. 257. v. 17. πολλοὺς μὲν] μὲν πολλοὺς Bekker. SCHAEFER.

P. 257. v. 18. πεπολιτευμένων] πολιτευομένων Ven. Guelph. Ital. Vindob. et Regii Parisienses α. β. γ. η. TAYLOR. Item August. primus et quartus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. πολιτευομένων Wunderlichii posterior et Bekker. SCHAEFER.

P. 257. v. 26. ὑπάρχειν — εἰδότας] Id est, προειδέναι. WOLF.

P. 257. v. 28. συμφέρειν] συμφέρει Paris. septimus. REISK.

P. 257. v. 28. χρήσασθαι] χρῆσθαι Paris. primus et tertius, August. primus. χρήσασθαι malim abesse. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 258. v. 2. τῶν ὑπαρχόντων] *facinorum iam patratorum.* Opponitur τὰ λοιπὰ, *quae restant patranda.* SCHAEFER.

P. 258. v. 3. τὰ λοιπὰ πειρᾶσθαι] πειρᾶσθαι τὰ λοιπὰ Bekker. SCHAEFER.

P. 258. v. 3. ὑμεῖς τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 173. s. et paene toto illo capite super eo disputat, cur ἁπλώσει maluerit orator quam στρογγυλώσει uti, et de arte, qua hanc simplificationem occultaverit, et de ordine narrationis, et de immistione enthymematum, quae ibi legat, si quem ista iuvabunt. REISK.

P. 258. v. 6. καὶ] καὶ prius abest ab August. secundo. REISK.

P. 258. v. 7. Αἴγιναν] Αἴγηναν August. primus. REISK.

P. 258. v. 8. οὐ ναῦς — κεκτημένης] Omisit Wolfius in sua interpretatione. Tu restituas: *urbe tum non classem, non moenia habente.* TAYLOR.

P. 258. v. 10. κεκτημένης] κτησαμένης August. secundus. REISK.

P. 258. v. 10. Ἁλίαρτον] Ἀλίαρτον cum leni August. quartus, Bavaricus. REISK.

P. 258. v. 11. πολλὰ ἂν] πόλλ' ἂν Bekker. ἂν iungendum sequenti participio. Est haec etiam hypothetica enuntiatio, ad quam subaudias εἰ ἐβούλοντο s. εἰ μὴ κατήπειγε τὰ περιστάντα ἀμνημονῆσαι. Aliter Bremius ad p. 117, 10., cuius rationem hic locus vel maxime convincit. Tantum enim abest, ut ἂν voci πολλὰ mitigandi causa additum sit, ut hanc ipsam vocem ob magnam eius vim in pronuntiando acui oporteat. SCHAEFER.

P. 258. v. 12. ἐχόντων — Θηβαίοις] ἐχόντων ἐγκαλεῖν καὶ Θηβαίοις καὶ Κορινθίοις Cod. Ven. ἐχόντων καὶ Κορινθίοις ἐγκαλεῖν καὶ Θηβαίοις Cod. Guelph. TAYLOR.

P. 258. v. 13. Δεκελεικὸν] Δεκελικὸν August. quartus. REISK.

P. 258. v. 13. πραχθέντων] πραχθέντα Paris. septimus. πεπραγμένων Hermogenes p. 174., sed in editione Aldina: nam Genevensis reddit vulgatam. REISK.

P. 258. v. 13. ἀλλ' οὐκ — ἐγγύς] Sic in exordio: οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς. Aretinus: *Sed nequaquam ita fecerunt, nec prope erant, ut facerent.* Meletus: *Sed non fecerunt hoc Athenienses, non fecerunt.* Hic tractatur Stoicorum dogma, ὅτι τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετόν· καίτοι τοῦ παρὰ τοῖς ῥήτορσι καλοῦ δόξῃ μᾶλλον ἢ φύσει δοκοῦντος ὑπάρχειν. Qua de re plurimis egimus in nostris in Ciceronis Officia commentariis. WOLF. Hermogenes Aldinus sic recitat: ἀλλ' οὐκ ἐποίουν ταῦτα, οὐδ' ἐγγὺς τούτων. καίτοι ταῦτα ἀμφότερα —. REISK.

P. 258. v. 13. οὐκ ἐποίουν τοῦτο] In nostro οὐκ ἐποιοῦντο. Et videntur duae dictiones in unum conflatae, aut contra. OBSOP.

P. 258. v. 15. τότε] Omittit August. primus. REISK. Item Hermogenes. V. not. ad v. 13. Neque ego requiro. SCHAEFER.

P. 258. v. 16. οὔτε] οὔτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 258. v. 17. προεῖντο] [πρόειντο.] προεῖντο Regii β. γ. η. προΐεντο Hermogenes, qui hunc locum p. 174. per semipaginam laudat. TAYLOR. Vulg. πρόειντο. προεῖντο August. primus et quartus, Bavaricus. προΐεντο August. secundus et Schedae Scrimgeri. REISK. προΐεντο satis placet. SCHAEFER.

P. 258. v. 17. ἐφ' ἑαυτοὺς] ἐπ' αὐτοὺς MSti Guelph. Aug. Vindob. et Hermogenes loco laudato: qui proxime etiam ἐκδιδόναι habet. TAYLOR. ἐπ' αὐτοὺς Paris. secundus, August. primus. ἐφ' αὑτοὺς Bavaricus. REISK.

P. 258. v. 18. διδόναι] Repetitur hoc idem, quod in texto est, etiam in margine Lutetianae e codice Paris. septimo, unde constat, in illo codice aliud quid fuisse, quod error operarum Morelli nobis eripuerit. Forte ibi fuit ἐκδιδόναι, quod est apud Hermogenem, item Sopatrum in Hermogen. p. 315. ἐκδιδόναι ἑαυτοὺς Schedae Scrimgeri. REISK.

P. 258. v. 20. πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν κ. τ. λ.] Hoc loco mihi temperare nequeo, quin pulcherrimam sententiam his annotatiun-

culis inseram, quam omnium oculis obversari subinde par erat. πέρας μὲν γάρ, inquit, ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, φέρειν δ' ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. Hanc nos exercendi stili gratia sic Latinam fecimus carmine:

Horrida cunctorum mors certo funere vitam
Claudit, fatalis saeva ministra coli.
Quamvis se clausum quis muris servet ahenis,
Mors tamen ex illis in cava busta trahit.
Fortes ergo viros claris incumbere factis
Semper et ingenti mente vacare decet:
Nec rerum ambigue eventum sperare secundum,
Nutet in incertum sors malefida licet.
Sed quaecunque Deus conanti coelitus offert,
Omnia magnanimo pectore ferre decet.

OBSOP. Hunc locum Philostratus τῆς Δημοσθένους σεμνότητος exemplum adfert. WOLF. Laudat inter alios insignissimam hanc γνώμην, quovis philosopho dignam, Plutarchus ad finem libelli de Fortuna Alexandri I. Nimirum noster πλατωνίζει, ut saepe observatum fuit a plurimis. Dixit enim ille magister: ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρεῖν τοῖς καλοῖς καλόν, καὶ πάσχειν ὅ τι ἂν ξυμβῇ. Harpocrat. v. Οἰκίσκῳ· ἀντὶ τοῦ μικρῷ τινι οἴκῳ. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς, Μεταγένης Αὔραις. ἐκ τούτων δ' ἔοικε πλανώμενος ὁ Δίδυμος καὶ τὸ Δημοσθενικὸν ἐξηγεῖσθαι. Qualis fuerit error, quem Didymus in exponendo Demosthene erravit et quem hic notat Harpocratio, crederent nonnulli non potuisse hac aetate innotescere. Ecce autem perennem et immortalem fecit Ulpianus, dum his verbis utitur, utitur enim, Didymi: Φατὶ τὸν ὀρνέων οἶκον οὕτω καλεῖσθαι παρὰ Ἀττικοῖς. λέγει οὖν [Demosthenes], ὅτι, κἂν μεταβάλλῃ τὴν δίαιταν, κἂν ὄρνις εἶναι νομίζηται, ἀποθανεῖται πάντως, καὶ μὴ δεικνὺς ἑαυτόν, ἀλλ' οὕτω κρυπτόμενος. Vide Maussac. ad Harpocrat., qui plura de hac re: quem tamen credibile est non intellexisse suum auctorem. Ita Etruscus vertit: *Fine a tutti gli huomini della vita è la morte, se ben l'huomo* nella piu secreta parte della casa *stia rinchiuso.* Anonymus Venetus: *cubiculo.* Et eodem pacto Aretinus. Alii, ut Perionius etc.: *in domum conclusus.* Adde de hoc loco H. Stephan. V. Schediasm. 4., qui haec Propertii adduxit:

Ille licet ferro cautus se condat et aere,
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

TAYLOR. Celeber locus communis, usurpatus Hermogeni p. 240. pen. et Aristidi de D. C. p. 168., cuius haec sunt verba: καὶ τὰ τοιαῦτα σεμνότητος μετέχει, ὅταν περὶ βίου καὶ θανάτου διεξέρχῃ. οἷον· πέρας μὲν γὰρ —. Locum hunc citat Stobaeus pag. 90, 5.

REISK. T. I. p. 183. s. ed. Dind. Item Rufus p. 89. s. Reiskius Ind. Graecitat. p. 272.: „πᾶσιν ἡμῖν ὀφείλεται ὁ θάνατος. citat e Demosthene Clemens Alex. Strom. VI. p. 750, 8. ed. Pott." V. Heynius ad Homer. Il. T. V. p. 288. T. VI. p. 329. Eodem modo p. 1306, 25. πᾶσίν ἐστιν ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος. SCHAEF.

P. 258. v. 20. γὰρ] Omittit Rufus: consulto, opinor. SCHAEF.

P. 258. v. 20. ἐστὶ] Abest ab August. quarto. REISK. Item a Stobaeo. SCHAEFER.

P. 258. v. 21. ὁ] Omittunt Paris. primus, secundus, tertius, septimus, August. primus, secundus, quartus, Bavaricus. REISK. Item Stobaeus et Rufus. Nec legitur p. 1306, 26. Delevit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 258. v. 21. οἰκίσκῳ] Citat h. l. Harpocrat. v. οἰκίσκος. REISK. Item Photius c. 233. med. SCHAEFER.

P. 258. v. 21. αὐτὸν] ἑαυτὸν Stobaeus. SCHAEFER.

P. 258. v. 21. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς κ. τ. λ.] V. Heynius ad Homer. Il. T. VI. p. 317. SCHAEFER.

P. 258. v. 22. ἐγχειρεῖν] ἐπιχειρεῖν. MARKLAND. Orator si dedisset ἐπιχειρεῖν, poterat Marklandus eodem iure coniicere ἐγχειρεῖν. SCHAEFER.

P. 258. v. 22. ἀεὶ] Omittit Rufus. SCHAEFER.

P. 258. v. 22. τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα] Citat Libellus de construct. verbor. ab Hermanno editus p. 365. Item Georgius Lecapenus Excerpt. ex Grammat. p. 75. SCHAEFER.

P. 258. v. 23. προβαλλομένους] [προσβαλλομένους.] Legendum omnino προβαλλομένους, ut recte procuravit optimus Felicianus. Ita exaratur in Aug. in Vindob. nostro et Regiis ζ. η. Ita laudat Hermogenes p. 243. Stobaeus p. 90. et Ulpianus ad loc. Adde Suid. et Harpocrat. *) v. Προβαλλομένους. TAYLOR. Vulg. προσβαλλομένους. προβαλλομένους (sine litera sibilante) dant August. primus, secundus et quartus, Bavaricus, P. Manutius. Rursus citat h. l. Harpocrat. v. προβαλλομένους et Hermogen. p. 243., cuius haec sunt verba: αἱ μὲν γὰρ μετρίως ἔχουσαι [τροπικαὶ λέξεις καὶ διωγκωμέναι] ποιοῦσι τὸν λόγον σεμνόν. οἷον· τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, ἀντὶ τοῦ τὰ ἀγαθὰ ἐλπίζοντας. REISK. Add. Photius c. 332. SCHAEFER.

P. 258. v. 23. δ'] Post προβαλλομένους transponit Rufus, ut continuentur τὴν ἀγαθὴν — γενναίως. Perperam. SCHAEFER.

---

*) Harpocrationis glossa quo sit referenda, hîc quidem Taylorus bene vidit. Sed vehementer erravit aliorsum referens simulque eâ mire abutens ad textum oratoris corrumpendum in not. ad p. 304, 25. Errorem vix credibilem Reiskius ibid. castigavit. SCHAEFER.

P. 258. v. 23. ὅ τι ἂν] ὃ ἂν Stobaeus. SCHAEFER.

P. 258. v. 25. ὑμέτεροι] Vulg. ἡμέτεροι. ὑμέτεροι Paris. secundus et tertius, Bavaricus, August. secundus et quartus, Wolfenb. Harl. Vindob. a manu secunda. REISK.

P. 258. v. 25. ταῦθ'] τόθ' August. secundus. REISK.

P. 258. v. 25. ὑμῶν] [ἡμῶν.] Per υ. Sequitur enim διεκωλύσατε. WOLF. ὑμῶν. MARKLAND. ὑμῶν Harl. γρ. ὑμῖν et ὑμῶν in Codd. Regiis. TAYLOR. Vulg. ἡμῶν. ὑμῖν καὶ ὑμῶν cum γρ. Paris. primus, secundus, septimus. ὑμῖν August. primus. ὑμῶν August. secundus et quartus, Bavaricus. REISK.

P. 258. v. 26. Λακεδαιμονίους] Pendet sententia. Neque sequitur verbum per totam hanc periodum, quod sustentare potest illum accusativum, Λακεδαιμονίους. Simile aliquod et germanum observavimus ad π. παραπρεσβ. Demosthenis, ubi ingenii vis et impetus Grammaticorum cancellis concludi noluit. TAYLOR. Λακεδαιμονίους cohaeret cum ἀνελεῖν v. 28. et constructio haec est: οἳ διεκωλύσατε Θηβαίους ἐπιχειροῦντας ἀνελεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους. *intercessistis Thebanis funditus exterminare Lacedaemonios conantibus.* REISK.

P. 258. v. 28. Λεύκτροις] Citat h. l. Harpocrat. v. Λεῦκτρα. REISK.

P. 259. v. 2. πεποιηκότων] Subaudi ὑμᾶς. Quamquam utique planius erat hoc addi. *quibus pro hominibus, quam infesta et quam nefanda in vosmet ausis, caput sitis obiecturi periculis.* REISK.

P. 259. v. 5. ὅτι] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 259. v. 5. τις] Abest ab August. primo. REISK.

P. 259. v. 6. ἔχετε] ἕξετε. MARKLAND. Praesens recte habet: nam antecessit, non ἐξαμαρτάνῃ, sed ἐξαμάρτῃ. Conf. v. sequ. SCHAEFER.

P. 259. v. 6. σωτηρίας ἢ ἐλευθερίας] ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας August. primus. Etiam Paris. primus dat καὶ pro ἤ. REISK. καὶ praeferam. V. v. 22. et p. 297, 10. s. SCHAEFER.

P. 259. v. 7. αὐτοὺς] Refertur ad τις v. 5. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 487. 4. p. 673. SCHAEFER.

P. 259. v. 8. μόνον] μόνων August. secundus. REISK.

P. 259. v. 9. σφετεριζομένων] Vox ea superius a Demosthene usurpata in hac oratione. Erudite explicat Illustriss. Spanheimius ad Iulian. p. 25. TAYLOR.

P. 259. v. 10. Θεμίσωνος] Locum hunc citat Harpocrat. v. Θεμίσων. REISK. Item Photius c. 66. SCHAEFER.

P. 259. v. 11. τῶν ἐθελοντῶν — τῇ πόλει] τῶν ἐθελοντῶν τριηράρχων τότε πρώτον γενομένων τῇ πόλει. Sic distinguendus

est hic locus. ἐθελονταὶ τριήραρχοι ἢ τριηράρχαι, non ἐθέλοντες. WOLF.

P. 259. v. 11. ἐθελοντῶν] Vulg. ἐθελόντων. ἐθελοντῶν recte dat Felic. auctore Wolfio in farragine: unde, scilic. ex edit. Felic., repetiit index Lambini. Habet idem Bavaricus quoque. Praetuli ἐθελοντῶν, ab ἐθελοντής, sustulique comma, quod vulgo post ἐθελόντων ponitur. REISK.

P. 259. v. 11. τριηραρχῶν τότε] Invertit August. secundus. τριηράρχων dat Bavaricus penacute, a nominativo τριήραρχος. REISK. τότε τριηράρχων Bekker. τριηράρχων etiam Wunderlichii posterior. Utrum praestet, discas vel e p. 261, 3. 4. coll. not. ad p. 261, 16. 262, 16. V. Bornemannus de gemina Xenophont. Cyropaed. et Maximi Tyr. recens. III. p. 90. s. et Osannus Inscript. I. p. 8. SCHAEFER.

P. 259. v. 15. τὸ — τὸ —] τῷ — τῷ — Marklandus et Lambinus. TAYLOR. τὸ utriusque loco coniecere τῷ Wolfius, Lambinus et Marklandus. REISK. Accusativus recte habet. *Sed cum pulchrum sit, quod —, tum multo etiam pulchrius est, quod —.* V. H. Stephani Thesaur. c. 7774. D. SCHAEFER.

P. 259. v. 18. ἐν οἷς ἐπιστεύθητε] Absunt ab August. secundo. *quo tempore aut quamdiu in potestate vestra erant oppida corporaque Euboeensium fidei tutelaeque vestrae credita.* REISK. Sensum non incommode expressit. Accuratius hoc membrum sic vertas: *nullam iniuriarum vobis illatarum pensi habentes iis in rebus, quae vobis creditae erant,* sed omnes integras bona fide reddentes. SCHAEFER.

P. 259. v. 19. ἕτερα] Abest ab August. primo. REISK.

P. 259. v. 20. ναυμαχίας — στρατείας] Vulg. ναυμαχίας, ἐξόδους, πεζὰς στρατείας. Tria ergo sunt, sed scire velim, quam diversa. Qui differunt *αἱ ἔξοδοι, egressus*, a proeliis navalibus et a terrestribus expeditionibus? Procul dubio male in vulgatis interpunctum est. Distinxi sic: ναυμαχίας [bella maritima], ἐξόδους πεζὰς [expeditiones terrestres], [denique, ut omnia uno verbo complectar,] στρατείας [militias, sive illas antiquas, sive has recentissimas]. REISK.

P. 259. v. 20. πεζὰς, στρατείας] [πεζὰς στρατείας.] Πεζὴ στρατιά, ὡς Δημοσθένης καὶ πάντες, καὶ μὴ πεζικὴ, ὡς Θουκυδίδης· ἐν στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ. ποιητικώτερον γὰρ τοῦτο. ὡς Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· πεζικὸς ὥρμηται λεώς. TAYLOR. Sunt haec Thomae Mag. p. 697. ss. Hunc quidem Oratoris locum, quem Reiskius recte interpunxit, Grammaticus non videtur respexisse, sed alios a Stoebero l. c. indicatos. SCHAEFER.

P. 259. v. 20. στρατείας] στρατιὰς Cod. Guelph. TAYLOR.

P. 259. v. 21. ὑμῶν] ἡμῶν Paris. septimus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 259. v. 22. ἄλλων] Deest in Codd. Guelph. Vindob. et Reg. α. Supra ad p. 245, 26. TAYLOR.

P. 259. v. 22. ἕνεχ' Ἑλλήνων ἐλευθερίας] Ἑλλήνων ἕνεκ' ἐλευθερίας (sine ἄλλων) August. primus, Wolfenb. Vindob. Etiam a Paris. primo abest ἄλλων. REISK.

P. 259. v. 22. πεποίηται] πεποιήκατε Aldina Taylori. REISK.

P. 259. v. 25. αὐτῆς] αὑτῆς. MARKLAND. Ne audias. SCHAEFER.

P. 259. v. 26. συμβουλῆς] [συμβολῆς.] συμβουλῆς. WOLF. βουλῆς plurimi, Ven. Guelph. Aug. Ital. Lindenbr. Vindob. et Regiorum α. β. γ. η. συμβολῆς in exemplaribus Ald. et Morel. Sed hoc nihili est. TAYLOR. Vulg. συμβολῆς. βουλῆς August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, Schedae Scrimgeri, Weimar. Ald. Tayl. συμβουλῆς index Aldi, edit. Felic. Et sic coniecit Wolfius quoque, nisi potius ex edit. Felic. repetiit, unde sumtas saepe lectiones pro suis coniecturis exhibet. Et sic eius quoque dat editio. Correxi συμβουλῆς. *ipsius reipublicae nostrae salus in deliberationem cum veniret.* REISK. βουλῆς Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 259. v. 26. ἔμελλον] ἤμελλον Paris. primus, August. primus. ἔμελλεν August. quartus. REISK. ἤμελλον Wunderlichii posterior. SCHAEFER.

P. 259. v. 27. συμβουλεύσειν] συμβουλεύειν Paris. primus et septimus, August. primus. Idem tamen dabat κελεύσειν. REISK.

P. 259. v. 27. μνησικακεῖν — τὰ συμφέροντα;] Haec non interrogatio est, sed responsio ficta adversarii, qua Orator per ironiam utitur, ut illum ostendat nihil aliud quam συκοφαντεῖν. V. Wunderlichius praefat. p. XVII. Iure igitur signum interrogandi deletum in altera Wunderlichii et Bekkeriana. SCHAEFER.

P. 259. v. 27. μνησικακεῖν] [μνησικακήσειν.] F. μνησικακῆσαι. WOLF. μνησικακεῖν Codd. Ven. Guelph. Obsop. Ital. Harl. Lindenbr. Vindob. Aug. cum Lutetianis α. β. η. μνησικακῆσαι coniecit Sim. Fabricius. De phrasi ista, μνησικακήσειν πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι, consule H. Stephani Thesaur. T. II. c. 958. Superius paulo dixit noster p. 258, 12. μνησικακῆσαι Κορινθίοις καὶ Θηβαίοις. TAYLOR. Vulg. μνησικακήσειν. μνησικακεῖν August. primus et quartus, Meermann. Schedae Scringeri, Aldina Taylori. Utrumque dat Bavaricus. μνησικακῆσαι coniecit Wolfius. REISK. Unice probandum μνησικακεῖν. Docet et antecedens ποιεῖν et sequens ζητεῖν. SCHAEFER.

P. 260. v. 1. τὰ συμφέροντα] Absunt a Paris. primo et septimo, August. primo et secundo, Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 260. v. 1. καὶ τίς οὐκ ἂν κ. τ. λ.] Citat h. l. Plutarchus in Moral. p. 542, 3. REISK.

P. 260. v. 1. καὶ τίς οὐκ] τίς δ' οὐκ Plutarchus. Nostrum paullo gravius. SCHAEFER.

P. 260. v. 1. με] Abest a Paris. septimo. REISK.

P. 260. v. 2. ὑπαρχόντων] Plutarchus post καλῶν transponit. SCHAEFER.

P. 260. v. 2. καταισχύνειν] αἰσχύνειν simplex Paris. primus, August. primus. REISK. Item Plutarchus. SCHAEFER.

P. 260. v. 3. ἐπεχείρησα ἄν] Vulg. ἐπεχείρησα. Ad ἐπεχείρησα addit August. secundus ἄν. ἐπεχείρησα etiam dat Bavaricus, sed postremam syllabam adscripsit nova manus, erasa vetusta lectione. ἄν addidi. REISK. Perperam addidit. Deleverunt Wunderlich. et Bekker. Nec Plutarchus agnoscit. SCHAEFER.

P. 260. v. 3. τό γε] τότε Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 260. v. 3. ἐποιήσατε] ἐποιήσασθ' August. primus, Paris. primus. REISK. ἐποιήσαθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 260. v. 5. ἀκριβῶς] Omittunt iidem codices Paris. et August. REISK.

P. 260. v. 5. οἶδα] οἶδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 260. v. 8. πάλιν αὖ] πάλιν δὴ αὖ August. quartus, Aldina Taylori. REISK.

P. 260. v. 8. τὸ] F. τότε. MARKLAND. Sed temporis notio latet in antecedentibus ἐν τούτοις. SCHAEFER.

P. 260. v. 8. ὁρῶν γὰρ — καταλυόμενον] Citat h. l. et artificium eius rhetoricum more suo demonstrat Hermogenes pag. 276. s. Marcellinus ad Hermogen. p. 343. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος [τῆς συγκρίσεως, res inter se comparandi] ἀπὸ τῶν κυρωσάντων [scilic. τὸν νόμον]. ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς οἱ πρόγονοι ἔθεντο —. καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἐτέθη. ὡς παρὰ τῷ Δημοσθένει εὑρίσκομεν [p. 644, 24.]· λογιζόμενοί τε, ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονώς, θεῶν δικαστῶν τυχών, ἀποφυγγάνει. καὶ πάλιν [p. 260, 8.]· ὁρῶν γὰρ ἐγὼ τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον. Horum inter se nexum ego equidem non intelligo. REISK. Sed hic etiam significatur ἡ αἰτία, δι' ἣν ὁ νόμος ἐτέθη. SCHAEFER.

P. 260. v. 10. ὑμῶν] ὑμῖν P. Manutius. REISK.

P. 260. v. 11. ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων] Invidiose Orator ἀτελεῖς dicit, qui tam pauca contribuerent, nihil ut dare viderentur. Conf. v. 28. Aliter Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 108. SCHAEFER.

P. 260. v. 11. γενομένους] γιγνομένους Paris. primus, secundus, tertius, August. primus, secundus et quartus, Bavaricus, index Aldi, Harl. Aldina Taylori. REISK. γιγνομένους Wunderlich. et Bekker. Utrum verum sit, ostendunt participia quae sequuntur. SCHAEFER.

P. 260. v. 12. ἢ] καὶ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 260. v. 12. τῶν πολιτῶν] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 260. v. 12. ἀπολλύντας] ἀπολλύοντας August. secundus. REISK. V. not. ad Porsonianam Medeae pag. 80. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 260. v. 16. ἔπαυσα] ἔπαυσ' Bekker. Quantum bono Wunderlichio nunc laborandum esset, si Reiskianarum indicem elisionum cogeretur augere Bekkerianis! Sed, opinor, si adhuc esset in vivis, aliter erat de auribus Atheniensium iudicaturus. SCHAEF.

P. 260. v. 16. τῇ πόλει — ἐποίησα] Comma hoc in vertendo praetermisit Wolfius. Supple ex Lambino: *denique perfeci, ut omnis commeatus, omnis belli apparatus, quod erat utilissimum, suo tempore civitati suppeteret.* TAYLOR.

P. 260. v. 17. τὰς ναυτικὰς παρασκευὰς] Vulg. τὰς παρασκευάς. Margo Bavarici addit γρ. ναυτικάς. ναυτικὰς addidi. Constabat quidem satis per se, quod genus apparatuum hic designaretur. Non ideo tamen contemnendum visum fuit additamentum codicis Bavarici. REISK. ναυτικὰς uncis inclusit Wunderlich.: delevit Bekker. Recte. SCHAEFER.

P. 260. v. 18. γραφεὶς — παρανόμων] Vulg. γραφεὶς τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων. γραφεὶς εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων Aldina Taylori, Paris. primus et secundus, August. primus. Marklandus mavult ἀγῶνα τὸν τῶν παρανόμων. παρανόμων abest ab August. secundo et quarto, item Bavarico: sed margo Bavarici sic dat: γραφεὶς παρανόμων (sine εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον). εἰς addidi. *reus factus, in hoc quidem certamine* vel *pro hoc certamine* παρανόμων seu *latae legis vetustis legibus repugnantis.* Quo enim sciretur, cuius generis esset obiectum crimen, super quo iudicandum esset, adscribi ad formulam accusationis necesse erat, quo titulo reus citaretur, num φόνου, an ἀσεβείας, an παρανόμων etc. Actor in hac causa fuit Patrocles. V. p. 261, 18. REISK. εἰς omissum in altera Wunderlichii. Tam εἰς quam παρανόμων delevit Bekker. Mihi placet γραφεὶς παρανόμων τὸν ἀγῶνα τοῦτον. SCHAEFER.

P. 260. v. 20. τὸ πέμπτον — οὐκ ἔλαβε] Significat illustrem absolutionem et cum accusatoris ignominia et calamitate coniunctam. WOLF.

P. 260. v. 20. πέμπτον] Omisit Bekker. trium librorum auctoritate. V. not. ad p. 261, 18. SCHAEFER.

P. 260. v. 21. ἔλαβε] ἔλαβεν Bekker. SCHAEFER.

P. 260. v. 21. πόσα] F. πόσ' ἂν, vel διδόναι ἂν v. 23., ut p. 262, 11. 252, 17. MARKLAND. Non cogitavit vir egregius, aliud valere διδόναι, aliud δοῦναι. Illud habet vim *daturiendi*, hoc *dandi.* Quod si scripsisset Orator δοῦναι, oporteret additum esse ἂν agereturque de re non facta, sed quae sub conditione futura erat. Atqui agitur de re facta: nam fulmen hic validum vibratur. Igitur et διδόναι verum est neque addi debet ἄν. Marklandum con-

futavit etiam Wunderlichius praefat. pag. XLIV. s. Discant hoc exemplo tirones, quanta cautione opus sit, ne errent in usu particulae *ἄν*: cui particulae memini me alibi mala imprecari, non quod male ei velim: nam summi facio ut significantissimam voculam admirabilis illius linguae, cuius *τὰ μόρια*, subtilissimae fibrae corporis venustissimi, seros nepotes affatim exercebunt: sed quia viros graece doctissimos toties fefellit fallitque. SCHAEFER.

P. 260. v. 21. *τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν*] Totus hic locus illustrabitur ab Harpocratione v. *Συμμορία*. Quem etiam consule v. *Ἡγεμὼν συμμορίας*. Vales. not. ad Harpocrat. pag. 86. et 179. De his rebus in Vita Demosthenis tractavi copiosius. TAYLOR. Citat h. l. Harpocrat. v. *ἡγεμὼν συμμορίας*. REISK. Item Photius c. 49. Conf. idem c. 405. SCHAEFER.

P. 260. v. 23. *μοι*] Abest ab August. quarto. Eius loco dat Paris. tertius *με*. REISK.

P. 260. v. 23. *διδόναι*] *διδόντα* P. Manutius. REISK.

P. 260. v. 23. *θεῖναι*] Vulg. *θεῖναί με*. *με* omittunt Paris. primus, August. primus, secundus et tertius, Bavaricus, Aldina Taylori. Omisi. REISK.

P. 260. v. 25. *καταβαλόντα*] *καταβάλλοντα* August. quartus. Post h. v. vulg. additur *με*. Rursus omittunt Paris. primus, secundus, tertius, August. primus, secundus et quartus, Bavaricus. Et hic omisi. REISK.

P. 260. v. 25. *καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ*] Aretinus: *vel ut saltem eam promulgatam deseruissem.* Melanchthon: *sin minus, ut depositae legis mentionem prorogarem.* Perionius: *sin minus, at certe ut promulgationem eius differri paterer.* Meletus: *sin autem non facerem, ut saltem dilationem eius iureiurando impetrarem.* *ὑπωμοσίαν* interpretantur *ἔνορκον τῆς δίκης ἀναβολὴν* (ut et alibi notavi), *εἴτε διὰ νόσον, εἴτε δι' ἀδύνατόν τι περὶ αὐτὸν ὄν.* Sed Iulius Pollux hunc locum vere et perspicue declarat his verbis: *Ὑπωμοσία ἐστὶν, ὅταν τις ἢ ψήφισμα ἢ νόμον γράφοντα γράψηται ὡς ἀνεπιτήδειον. τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι. καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον.* At quo pacto impune tulisset Demosthenes praevaricationem istam? Si collusisset cum adversario, is actionem non persecutus esset, ac Demosthenes, anno elapso, indemnis fuisset. Vide *τὸν πρὸς Λεπτίνην*. WOLF.

P. 260. v. 25. *ὑπωμοσίᾳ*] Ita Ulpianus: *ὑποθέσει* (corrige sodes *ὑπερθέσει*), *σκήψει, προφάσει. ἔστι γὰρ ὑπωμοσία τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην, ἤγουν ἀναβάλλεσθαι. συνωμοσία δὲ* —. Vide ad Midianam p. 544, 23. et ad Orat. c. Theocrin. p. 1336, 9. Vales. ad Harpocrat. p. 192. TAYLOR.

P. 260. v. 25. *τοσαῦτ'*] *ταῦτα* Paris. primus. REISK.

P. 260. v. 26. *ἂν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν*] Vulg. *ἂν πρὸς ὑμᾶς*

εἰπεῖν. ἂν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν Aldina Taylori, Paris. primus et sextus, August. quartus. ἂν εἰπεῖν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς August. primus. ἐγὼ addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 260. v. 28. αὐτοῖς μὲν — ἐπιτρίβουσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 26. SCHAEFER.

P. 260. v. 28. μικρὰ καὶ οὐδὲν] μικρὰ ἢ καὶ οὐδὲν. MARKLAND. Si quid mutandum, malim μικρὰ ἢ οὐδὲν. SCHAEFER.

P. 260. v. 28. ἀναλίσκουσι — ἐπιτρίβουσιν] δοτικαὶ μετοχικαί εἰσι. WOLF.

P. 261. v. 2. τοῦ ἐμοῦ νόμου] Subaudi τοῦ λέγοντος vel τοῦ κελεύοντος. secundum meam vero legem, quae lex praecipit unumquemque pro modo facultatum contribuere. REISK. Nempe, positâ hypostigme post τιθέναι, syntactice iunxit ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου — καὶ δυοῖν ἐφάνη κ. τ. λ. Falso. Ipsa enim iunctura per particulas μὲν et δὲ (ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων, ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου) ostendit etiam infinitivum τιθέναι aptum nexumque esse ex ἦν p. 260, 27. Cuius verbis significatio (*licebat*) cum soli congruat infinitivo λειτουργεῖν, hîc eadem quae tot aliis locis obtinet figura syntactica ad infinitivum τιθέναι subaudiendi verbum impersonale diversae significationis, cuiusmodi est ἔδει. Etiam Wunderlichius post τιθέναι sic, ut ego, interpunxit. SCHAEFER.

P. 261. v. 2. τὸ γιγνόμενον — τιθέναι] τὸν μὲν πολλὰ κεκτημένον πολλά, τὸν δ' ὀλίγα ὀλίγα καταβάλλειν. WOLF.

P. 261. v. 2. τιθέναι] ἔδει τιθέναι Lambinus. TAYLOR. Post ἕκαστον addi vult index Lambini ἔδει. REISK. Non addendum est, sed subaudiendum. SCHAEFER.

P. 261. v. 3. καὶ δυοῖν] Scilicet τριήρεων. *vel duarum, ad duas haud raro triremes. je wohl gar zwei Schiffe zu beschikken, nicht nur ein ganzes.* REISK. Non *vel duarum*, sed *et duarum.* Substantivum hîc et mox ad τῆς μιᾶς subaudiendum latet in v. τριήραρχος. Est igitur ellipsis, non veri nominis, sed mere syntactica. SCHAEFER.

P. 261. v. 3. καὶ δυοῖν — συντελὴς] S. τριηρέοιν. si cuius magnae opes fuerunt. Aretinus: *qui prius sextus et decimus contributor unius fuerat, ex mea lege duarum navium praefecturas subivit.* Melanchthon: *etiam duas naves instruebat unus, qui antea cum aliis quindecim instruxerat unicam.* Perionius: *atque ita trierarchus duarum exstitit, qui antea unius decimus sextus collator exstitisset.* WOLF.

P. 261. v. 4. ὧν] Omittunt Paris. primus, Bavaricus, August. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 261. v. 4. πρότερον] πρότερος August. primus. REISK.

P. 261. v. 4. ἔτι ὠνόμαζον] Vulg. ἐπωνόμαζον. ἔτι ὠνόμαζον Paris. primus (nam quod margo Lutetianae dat, ἔςι ὠνόμαζον, id vitium est operarum), August. primus (nam quod ex eo

protulit Fabricius, εἶτ' ὠνόμαζον, id falsum est), August. secundus. Et ita coniecit Wolfius quoque. Praetuli ἔτι ὠνόμαζον. *non iam se trierarchos, ut olim fecerant, appellitabant, sed contributores.* REISK.

P. 261. v. 5. συντελεῖς] Hic Tourrellius se exserit a recenti lectore Demosthenis ad hunc locum utiliter conferendus. TAYLOR. Citat h. l. Harpocration v. συντελεῖς. REISK. V. Photius c. 409. extr. SCHAEFER.

P. 261. v. 6. ὅ τι οὐκ ἐδίδοσαν] ὅ τι ἂν οὐκ ἐδίδοσαν. MARKLAND. Marklandus ἂν intergerit, quod ferri possit, si certum sit, significare *non dedissent.* Sed διδόναι saepenumero nihilo plus significat quam *offerre.* Nihil ergo causae est, cur ἂν hic intrudatur. Qua in particula Marklandus cornicum oculos configere voluisse videtur. *quantas aeris summas non obtulerunt.* Si sic accipias, ἂν locum non habebit. REISK. Monuit etiam Wunderlichius praefat. p. XLIV. s. V. not. ad p. 260, 21., ubi silentium Reiskii miror. SCHAEFER.

P. 261. v. 7. μὲν] καὶ P. Manutius. REISK.

P. 261. v. 8. εἶτα τοὺς καταλόγους] Vulgatae hic consentit August. primus. Quod ideo admonetur, quia collatio Fabricii de eo dubium movere videtur. REISK.

P. 261. v. 8. τόν] Pro τόν vitiose est τῶν in August. quarto. REISK.

P. 261. v. 8. νόμου] Vitiose νόμον in Paris. primo et secundo. REISK.

P. 261. v. 11. ΨΗΦΙΣΜΑ] Totum hoc psephisma ad Φέρε δή v. 22. abest ab August. primo. REISK.

P. 261. v. 12. Πολυκλέους] Iterum hoc loco et infra p. 265, 5., ubi legitur Ἄρχων Δημόνικος Φλυεύς, nomina eponymorum non concordant, unde augetur nostra suspicio. Et sic in pluribus locis infra, quod notare supersedeo. PALMER. Praetor Athenis anno, quo hae res gestae sunt, scil. Olymp. CX. 3., erat Lysimachidas. Vide Corsinium loco toties citato, Tourrellium ad hunc locum, Meursium de Archontibus. TAYLOR.

P. 261. v. 15. εἰς τὸ τριηραρχικὸν] quod fuisset in lingua nostra vernacula *the admiralty.* In Lindenbr. MSto autem desunt duae voces εἰς τὸ, et dicitur ergo νόμον τριηραρχικὸν. TAYLOR. εἰς τὸ omisit Wunderlichii altera hanc notam adscriptam habens: „Verba εἰς τὸ post νόμον nunc sustulimus, monente Boeckhio de Oecon. Athen. T. II. p. 113.“ Sic p. 329, 18. τὸν τριηραρχικὸν νόμον. Sed unius libri auctoritate verba illa delere non ausim: nec Bekkerus ausus est. Perperam, ut opinor, Taylorus Anglice vertit *the admiralty.* Minus improbes rationem Reiskii Ind. Graecit. p. 503. subaudientis ἀρχεῖον. Ego vero maxime probo H. Stephanum Thesaur. c. 3823. D. τὸ τριηραρχικὸν vertentem *ordi-*

nem trierarchicum: ut sit i. q. οἱ τριήραρχοι. Sic Graeci dicunt τὸ εἱλωτικὸν, τὸ θητικὸν, τὸ οἰκετικὸν, τὸ πενεστικὸν, τὸ πολιτικὸν, alia eiusdemmodi. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 267. pag. 375. s. SCHAEFER.

P. 261. v. 16. προτέρου] πρότερον Paris. secundus, Bavaricus. REISK.

P. 261. v. 16. ὃν] [ὅ.] Optimus Felicianus solus excudebat ὃν, ut oportuit. Ita MSti Obsop. Harl. Parisienses γ. ζ. Accedit item β., qui pro ὃ ὧν repraesentat. TAYLOR. Vulg. ὅ. ὃν August. secundus et quartus, Bavaricus, Weimaranus, P. Manutius. Correxi ὃν. REISK.

P. 261. v. 16. τριηράρχων] Vulg. τριηραρχῶν. τριηράρχων Bavaricus, August. quartus. In τριηραρχῶν mutavi accentum. Potest utique illud probari, ut a nominativo singulari τριηράρχης primae declinationis ductum; verumtamen, quia τριήραρχος e secunda declinatione Demostheni multo est usitatius, ideo conformavi accentuationem genitivi pluralis huic modulo secundae declinationis et scripsi τριηράρχων penacute. REISK. τριηραρχῶν prior Wunderlichii: posterior τριηράρχων, citato in nota Boeckhio de Oecon. polit. Athen. T. II. pag. 113. V. not. ad pag. 259, 11. SCHAEFER.

P. 261. v. 17. καὶ ἐπεχειροτόνησεν — ὁ δῆμος] καὶ ἐπεψηφίσατο ἡ βουλὴ καὶ ἐπεχειροτόνησεν ὁ δῆμος Lambinus. TAYLOR. Sic index Lambini. Pro ἐπεχειροτόνησεν August. secundus ἐπεχειροτόνησαν. REISK.

P. 261. v. 17. παρανόμων γραφὴν] Invertit August. quartus. Vocabulum γραφὴν abest a Bavarico et Aldina Taylori. REISK. Delevit Bekker. Plena locutio legitur p. 243, 12. SCHAEFER.

P. 261. v. 18. Δημοσθένει] κατὰ Δημοσθένους. WOLF. Sic p. 243, 12. SCHAEFER.

P. 267. v. 25. ἑκάστους] ἑκάστοις August. quartus, Aldina Taylori. ἑκάστους, scilic. τῶν στεφανούντων sive τῶν στεφανουμένων: nam perinde est. *sive coronant aliqui, sive coronantur, eos operam dare oportere, ut coronantes, qua e tribu sunt una cum coronan to, ea quoque in tribu coronationem hanc renuntient seu promulgent.* REISK. ἑκάστους intelligendum de solis coronantibus. SCHAEFER.

P. 267. v. 25. δήμοις] De loco intellige: sed δήμων, quod antecessit, de δημόταις. SCHAEFER.

P. 267. v. 26. ὁ] ὁ secundum abest ab August. quarto. REISK.

P. 267. v. 26. τούτους — ἀναγορεύεσθαι] Huiusce legis ultima ad ἀλλοτρίους στεφάνους, ad coronas ab exteris solum civitatibus donatas, pertinere interpretatur Aeschines: καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ νομοθέτης μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον

ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ἡμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου, ἵν' ὁ κηρυττόμενος μείζω χάριν εἰδῇ τῶν στεφάνων ὑμῖν ἢ τοῖς στεφανοῦσιν, ὅτι κηρύξαι [*κηρῦξαι*] *ἐπετρέψατε.* In Ctesiphont. p. 437. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 52. Sed hac in lege intelligendi *στέφανοι δημοτικοὶ καὶ πολιτικοί*, non *ἀλλότριοι*. Conf. p. 268, 6. SCHAEFER.

P. 267. v. 27. *ἐξεῖναι*] Abest a Paris. tertio. Eius loco est *ἐξῆν* in August. quarto. REISK.

P. 267. v. 27. *ἀναγορεύεσθαι*] *στεφανοῦν* Ven. *στεφανοῦσθαι* Cod. Paris. *γ. ἐστεφανῶσθαι ε. στεφανῶσαι* Lindenbr. TAYLOR. Abest a Paris. secundo. *ἐστεφανῶσθαι* August. secundus. Notatus est hic locus in Aldina asterisco: sed tacet index eius. *Διονυσίοις στεφανοῦν ἢ ἐξεῖναι* Ald. Tayl. REISK. *ἀναγορεύεσθαι* Bekkerus uncis inclusit. Satis apparet in fine legis turbatum esse: omninoque parum ei convenit cum verbis Oratoris, quae statim sequuntur. Ceterum *ἔξεστι* passivi infinitivo iunctum passim legitur. SCHAEFER.

P. 268. v. 1. *ἢ*] Sic etiam in August. primo est, non *καί*, quod S. Fabricius illinc protulit. REISK.

P. 268. v. 1. *ψηφίσηται*] [*στεφανώσηται.*] *ψηφίσηται* MSS. Ald. et Felician. Ven. Guelph. Ital. Vindob. Harl. Lindenbr. et Regii *α. ε. η.* TAYLOR. Vulg. *στεφανώσηται. ψηφίσηται* Ald. Tayl. August. primus, secundus, quartus, Bavaricus in texto, (nam in margine vulgata est,) indices Ald. Felic. et P. Manut. *ἐστεφανῶσθαι ψηφίσηται* coniecit Wolfius in farragine. Pro *στεφανώσηται* dedi *ψηφίσηται*, scilicet *στεφανοῦν*. Videtur in quibusdam codicibus utrumque fuisse, *στεφανοῦν ψηφίσηται*. REISK.

P. 268. v. 1. *ἀναγορευέτω*] Subaudi *ἡ βουλὴ* aut *ὁ δῆμος*. Nam ut *ὁ κῆρυξ* etiam hic subaudiatur, ut alias ad *ἀναγνώσεται ὑμῖν* subauditur *ὁ γραμματεὺς*, haud convenit. REISK. Post h. v. recte habent punctum, non signum interrogandi, Wunderlichii posterior et Bekkeriana. V. Wunderlich. praefat. p. XVI. et not. ad p. 239, 13. SCHAEFER.

P. 268. v. 2. *τί οὖν, ὦ ταλαίπωρε κ. τ. λ.*] Citant h. l. Alexander de figuris p. 38. et Hermogenes p. 255. REISK. Item Tiberius p. 49. usque ad *ἐπὶ τούτοις*. SCHAEFER.

P. 268. v. 2. *πλάττεις*] *πράττεις* Paris. primus. Plane abest a Paris. septimo. REISK.

P. 268. v. 3. *αἰσχύνῃ*] Interpunctio post h. v. cum Bekkero delenda. SCHAEFER.

P. 268. v. 5. *λαβεῖν τιμωρίαν*] Addunt Reg. *α.* Aug. et Vindob. Sed haec appendix, inquit S. Fabricius, requirit participium, cuiusmodi sit *σπουδάζων*. TAYLOR. Vulg. — *οὐδενός, καὶ νόμους* —. Post *οὐδενὸς* addunt *λαβεῖν τιμωρίαν* August. primus et secun-

dus. Wolfius in lectionibus August. admonet, hanc appendicem requirere participium aliquod, cuiusmodi sit *σπουδάζων*. Idem in farragine docet, hoc *σπουδάζων* a Feliciano iam additum esse. *) Addidi haec duo vocabula. Bene vidit S. Fabricius, (sed ille potius Wolfius fuit, qui observatiunculas collationi codicis Augustani a Wolfio proditae interspersit,) ab illa accessiuncula tamen orationem haud integrari. Quare suppletum ivit *σπουδάζων*. Mihi videtur potius post *ἀδικήματος οὐδενὸς* addendum esse *οὖ χρὴ* vel *οὖ χρῆν*. *invidentiae certamen in forum inducens, non ullius criminis, cuius repetere poenas ius et fas est.* Illa dictio *φθόνου δίκην* hoc vult dicere: causam in forum inducis, in qua certamen est invidentiae cum simplicitate et probitate, quo certamine decidendum est, probitas et innocentia vincat invidentiam an ei succumbat. REISK. *λαβεῖν τιμωρίαν* uncis inclusum in altera Wunderlichii. Recte delevit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 268. v. 6. *τοὺς μὲν*] Non habet Codex optimae notae: ideoque Bekker. omisit. SCHAEFER.

P. 268. v. 6. *τῶν*] *τοῖς* Paris. quintus. REISK.

P. 268. v. 7. *ἀναγινώσκεσθαι*] *ἀναγιγνώσκεσθαι* Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 268. v. 7. *τοὺς*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 268. v. 8. *ἔπειτα — τοιαῦτα ποιῶν*] Pro *τοιαῦτα ποιῶν ἔπειτα*. Herodotus IX. 98. extr. *ἔπειτα ἀνενειχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι*. V. Melet. Crit. pag. 124. SCHAEFER.

P. 268. v. 8. *ἔπειτα σὺ τοιαῦτα*] Vulg. *ἔπειτα τοιαῦτα*. *ἔπειτα σὺ τοιαῦτα* August. secundus, Aldina Taylori. *εἶτα σὺ τοιαῦτα* Paris. primus, August. primus et quartus. *σὺ* addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 268. v. 8. *ἃ*] *πρὸς ἃ* Bavaricus. REISK.

P. 268. v. 10. *συγγραφῆς*] *γραφῆς* simplex Paris. primus. REISK.

P. 268. v. 10. *ἢ λόγῳ*] Locus corruptus. Forsan *ὡς λόγῳ*. Puto aliquid deesse. TOUP. Etiam Wunderlichium locus vexavit. „Vide“ inquit „an *ἦ* [pro *ἢ*] legendum sit.“ Quam notam Dissenius in altera Gottingensi iure omisit. Vulgata enim tam sana est simulque tum facilis intellectu, ut ne tiro quidem haerere posse videatur. Ecquem offendat particula *ὥσπερ* primum iuncta

*) Hucusque Reiskius in varr. lectt. Quae sequuntur scripsit in annotatt. Pervellem a viro eximio quae ad eandem rem pertinent non discerpta esse. Inde natus mihi est labor satis aerumnabilis conciliandi quae passim minus apte coirent. Nimirum lectorum commoditati, quam Reiskiana editio saepissime frustratur, omni modo prospiciendum fuit. SCHAEFER.

participii nominativo, deinde, factâ ad aliud subiectum conversione, accusativo? Talis inflexio structurae tam propria est Graecae syntaxis, ut exempla eius conquirere pigeat. SCHAEFER.

P. 268. v. 11. λόγῳ] Subaudi μόνῳ. *aut quasi solis verbis, non autem factis, noscitentur viri civiles.* Sunt h. l. accusativi absoluti. REISK. Cave μόνῳ subaudias. Hoc enim Orator dicit, τοὺς δημοτικοὺς non verbis noscitari, sed rebus. De hac autem oppositione, λόγῳ et τοῖς πράγμασι, cuius duo membra sunt inter se disparia et numeri et articuli ratione, v. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 512., qui quod de tragicis dixit, de omnibus scriptoribus dici potest. SCHAEFER.

P. 268. v. 12. γιγνωσκομένους] Ἀττικισμὸς, ἀντὶ τοῦ γινωσκομένων. WOLF. σκοπουμένους August. quartus. REISK.

P. 268. v. 12. ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ὀνομάζων] Sic pag. 540, 8. καὶ τὴν μητέρα καὶ ἐμὲ καὶ πάντας ἡμᾶς ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κακὰ ἐξεῖπον. Conf. mox v. 22. SCHAEFER.

P. 268. v. 12. ὀνομάζων] V. not. ad p. 237, 10. SCHAEFER.

P. 268. v. 13. ὥσπερ ἐξ ἁμάξης] Vide Ulpian. supra ad pag. 229, 2. Harpocrat. v. Πομπείας, Aristophan. Plut. 1015. et σχ. Sext. Empiric. adv. Grammat. cap. 3. TAYLOR. Citat h. l. Scholiastes ad Aristophanis Equit. versum 544. Sextus Empiricus p. 229, 6. REISK.

P. 268. v. 13. σῷ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 268. v. 13. ἐμοί;] Signum interrogationis non habet nec Wunderlich. nec Bekker. Hic etiam v. 12. post γιγνωσκομένους plene interpunxit. SCHAEFER.

P. 268. v. 15. καίτοι καὶ τοῦτο] Pro τοῦτο lego τούτῳ et alterum τούτῳ reiicio. Cicero pro M. Caelio: *Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet: maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam, quae, si petulantius iactatur, convicium, si facetius, urbanitas nominatur.* WOLF. τούτῳ Codd. β. ζ. et tum delendum est posterius. TAYLOR. Forsan καίτοι καὶ τούτῳ, deleto sequente τούτῳ. TOUP. καίτοι τοῦτ' ἄνδρες dant August. primus et quartus servantes τούτῳ v. 16. Aut post τοῦτο aut post Ἀθηναῖοι deest σκοπεῖτε aut simile quid. REISK. Wunderlichii prior καίτοι τούτῳ, deleto τούτῳ v. 16. In altera Dissenius Reiskii scripturam restituit, quam etiam Bekkeriana tenet. Neque ego mutandam censeo, quanquam aliud exemplum pronominis τοῦτο sic absolute positi non succurrit: nam quod Reiskio visum est, excidisse σκοπεῖτε aut simile quid, mihi quidem non probatur. Compares vulgatissimam illam formulam, τοῦτ' ἐκεῖνο, exemplis illustratam ab Heindorfio ad Platon. Phaedr. pag. 234. et Elmsleio ad Euripid. Med. 97.: quibus exemplis adde Demosthenicum p. 583, 18., ubi, quod notabile est, mediae sententiae interseritur. SCHAEFER.

P. 268. v. 15. *Ἀθηναῖοι*] Post h. v. pone signum coli. Vulgo, etiam in Reiskiana, plene interpungitur. SCHAEFER.

P. 268. v. 18. *ἃς*] Omittunt Paris. primus et August. primus. REISK.

P. 268. v. 18. *ἃς — λέγειν*] prout cuique naturalis indoles obtigit, seu lenis, mitis, sedata, seu atrox, vehemens, cita, impetuosa, saeva, ita probra sunt, quae adversario ingerit, sive molliora, remissiora, minus acria, minus virulenta, sive intolerabilem in modum intemperantia, acerba, cruenta. REISK.

P. 268. v. 18. *αὐτῶν*] *αὑτῶν* Wunderlichii posterior et Bekker. SCHAEFER.

P. 268. v. 20. *συμβαίνει*] Vulg. *συμβαίνοι*. *συμβαίνει* August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, P. Manutius. Correxi *συμβαίνει*. REISK.

P. 268. v. 20. *οἰκοδομῆσαι*] *οἰκονομῆσαι* index Aldi. REISK.

P. 268. v. 20. *προγόνους ἡμῶν*] [*προγόνους*.] *ὑμῶν* addunt Guelph. Aug. Vindob. et Reg. *α*. Item *γ*. *ε*. *ζ*. Aut hi potius *ἡμῶν*, ut suspicor, atque erravit Benenatus in notando. TAYLOR. Vulg. *προγόνους*. Addunt alii *ὑμῶν*, alii *ἡμῶν*. Illud quidem Paris. primus, August. primus, hoc vero Paris. tertius, quintus, sextus, August. secundus et quartus. *ἡμῶν* addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 268. v. 21. *ὑμᾶς*] L. *ἡμᾶς*. Constructio est: *οὐχ ἵνα ἡμεῖς, συλλέξαντες ἡμᾶς*. MARKLAND. *ἡμᾶς* Paris. secundus et quintus, August. primus et quartus. Et sic coniecerat quoque Marklandus, sed male interpretatur. REISK. Male coniecit: sed quod coniecit recte interpretatur. SCHAEFER.

P. 268. v. 22. *ἀπὸ τῶν ἰδίων*] *e privatis aedibus* Wolfius. Dubito. *levandovi dalle vostre facende* Ferrus. Atque similiter, ut ille, anonymus: *a privatis negotiis vestris avocemus*. Neque alii felicius. Vide, quid praestiterit Cod. Ven. *ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶν τὰ ἀπόῤῥητα λέγωμεν ἀλλήλους*. TAYLOR. V. not. sequ. SCHAEF.

P. 268. v. 22. *κακῶν*] Vulg. *κακῶς*. *κακῶν* Ital. Ald. Taylor. Correxi et distinxi *) sic: — *εἰς ταῦτα*, [ut, posteaquam ad illa tribunalia vos, o iudices, contraxissemus, curassemus vos coire, in caussa fuissemus, ut coiretis ad sedendum et iudicandum in caussis nostris, tum] *ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶν τὰ ἀπόῤῥητα λέγωμεν ἀλλήλους* [vobis coram nos litigantes alternis probra nobismet mutuo ingereremus infanda, sumta e domesticis cuiusque malis, publice propalantes occulta cuiusque dedecora, quae inprimis clam manere vellet]. REISK. *κακῶς* reduxit Bekker. Typothe-

---

*) Scilicet vulgo hypostigme posita erat post *ἰδίων*. Reiskius posuit post *ταῦτα*. Delevi. SCHAEFER.

ticum errorem dicerem, nisi etiam Berolinenses operas dedisse viderem. Sensum loci Reiskius diserte explicuit. SCHAEFER.

P. 268. v. 22. λέγωμεν ἀλλήλους] λέγω τὴν ἀλλήλων P. Manutius. λέγωμεν ἀλλήλοις Paris. quintus. REISK. Xenophon Memor. II. 2. 9. ὅταν — ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγωσιν. ubi pariter ἀλλήλοις in Stobaeo. Perperam. SCHAEFER.

P. 268. v. 23. ἐξελέγχωμεν] ἐξελέγξωμεν Paris. septimus, Bavaricus. REISK.

P. 268. v. 23. τι] Abest a Paris. tertio et quinto, Bavarico, August. quarto. REISK.

P. 268. v. 25. ἐμοῦ πομπεύειν] F. κατ' ἐμοῦ π. τὸ πομπεύειν καὶ τὸ ἐξ ἁμάξης satis nota sunt ex vetere consuetudine Comicorum et licentia festorum. WOLF. Rectius pungitur post ἐμοῦ. TAYLOR. Recte iunxit οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ. Sed non ideo post ἐμοῦ interpungendum; delevique hypostigmen ibi positam a Reiskio et Wunderlichio. Delevit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 268. v. 25. πομπεύειν] Respexit h. l. Photius c. 327. πομπεύειν interpretans λοιδορεῖν, quod habent duo Codd. Bekk.: nimirum e scholio. SCHAEFER.

P. 268. v. 26. οὐ μὴν οὐδ' ἐνταῦθα κ. τ. λ.] His verbis via munitur ad probra Aeschini ingerenda. ἔλαττον ἔχων, scil. τῶν λοιδοριῶν. ἐπὶ ταῦτα, ad dedecora hominis domestica. SCHAEFER.

P. 269. v. 1. φῇ] θῇ August. primus. REISK. θῇ Wunderlichii prior. SCHAEFER.

P. 269. v. 1. δηλονότι] δῆλον ὅτι Bekker. SCHAEFER.

P. 269. v. 1. οὗ — ἦν] ἐν ᾧ τόπῳ ἐξῆν, δηλονότι ἐν τῷ λογιστείῳ. WOLF. λογιστεῖον non memini legere. Voluit, opinor, ἐν τῷ λογιστηρίῳ. Nec probo interpretationem. Est *quibus in rebus*. SCHAEFER.

P. 269. v. 2. ὑπὲρ τούτων] pro his civibus Atheniensibus, hoc iudicium circumstantibus, quo iura eorum salva tuereris. REISK.

P. 269. v. 2. ἠδίκουν] Scilicet αὐτούς. si qua in re eos, hanc coronam, laesissem. REISK.

P. 269. v. 4. οὗ δ' ἐγὼ μὲν ἀθῷος ἅπασι κ. τ. λ.] Sententia haec est: Vexas me eiusmodi causam forensem mihi ciens, cuius omni prorsus ex parte sum insons; verum existimatio, dignitas, fama reip. ab ea in discrimen venit, quia quaeritur, rectene factum in eo sit, quod civitas me iusserit coronandum. Qua quaestione discussa si patescit, indignum eo honore me fuisse, una civitas ipsa quoque in pudorem datur et coarguitur iudicium praecipitasse et indignos praeferre. Est ergo haec causa eiusmodi, ut me prorsus non tangat, civitas autem effugere nequeat, quominus existimationem de me vel super me actorum utramvis in partem plus minusve participet, apud alios benignius et rursus apud alios

iniquius iudicantes. Ergo inimicus es civitatis magis quam meus. REISK.

P. 269. v. 4. ἀϑῶος] ἀϑῷος Reiskiana, Wunderlichii prior, Bekkeriana. Quam scripturam Grammatici magis probant. V. Etymol. M. c. 26, 23. 44. SCHAEFER.

P. 269. v. 4. ἅπασι] πᾶσι Paris. quintus. REISK.

P. 269. v. 4. τῷ χρόνῳ] Tollendum videtur ut scholium vocabuli τῇ προϑεσμίᾳ. REISK. Non assentior. SCHAEFER.

P. 269. v. 5. τῷ κεκρίσϑαι — πρότερον] Variatur in Codd. Plurimi tamen in hoc consentiunt: τῷ κεκρίσϑαι περὶ τούτων πολλάκις. TAYLOR. πάντων et πρότερον omittunt August. primus et quartus sic dantes: περὶ τούτων πολλάκις. πολλάκις et τούτων absunt a Paris. primo et septimo. τούτων omittit Bavaricus. REISK. τούτων omisit Bekker. Quod probo. SCHAEFER.

P. 269. v. 6. μηδεπώποτε] Post h. v. addit August. quartus ἐξ ἀρχῆς. REISK.

P. 269. v. 7. πλέον] πλεῖον P. Manutius. REISK.

P. 269. v. 7. ἔλαττον] οὐκ ἔλαττον. MARKLAND. Marklandus mavult οὐκ ἔλαττον, quod non intelligo quid sibi hic velit. REISK. Ego vero intelligere mihi videor. Nempe Anglus subaudit ἢ ἐμοί. Falso. ἢ πλέον ἢ ἔλαττον est nostrum *mehr oder weniger*. SCHAEF.

P. 269. v. 7. γε] δὲ August. quartus. REISK.

P. 269. v. 7. πεπραγμένων] Post h. v. καλῶς addit Lambinus sua sola auctoritate fretus. TAYLOR. Ad πεπραγμένων addit index Lambini καλῶς. Importune. REISK.

P. 269. v. 10. ἐμὸς] Vulg. ἐμοί. ἐμὸς Paris. primus, secundus, tertius, quintus, August. primus et secundus, Pannonicus Obsopoei, Meermann. P. Manutius. Correxi ἐμός. Sed velim εἶναι quoque adesse, sine quo oratio manca est: ἐμὸς δ' εἶναι προσποιῇ. REISK. εἶναι facile subaudias. Est ellipsis syntactica, non multum absimilis illi, qua ad verbum μέλλω infinitivus omittitur e verbo praegresso subaudiendus. SCHAEFER.

P. 269. v. 10. ἐπειδὴ] ἐπεὶ Paris. quintus. REISK.

P. 269. v. 10. ἐπειδὴ — δέδεικται] Videntur hic iudices suam erga Demosthenem benevolentiam et adversus Aeschinem indignationem sive vultu sive acclamatione declarasse, unde se absolutum iri non dubitavit Demosthenes. WOLF.

P. 269. v. 11. δέδεικται] Ita constanter. Ego tamen non potui semper non praeferre δέδοται. Vid. notas ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 441, 12. Licet nonnullis videri possim non multum promovere. Dubito multum de integritate huius paragraphi. Et multis olim negotium facessit. Laborat in ea causa Hermogenes, quem videbis p. 348. et apud σχ. nostrum. TAYLOR. Taylorus mavult δέδεκται *). Hic procul dubio deest πρὸς ἐμοῦ οὖσα. *Planum iam*

---

*) Sic, non δέδοται, quod in Taylori ipsius annotatione legitur, hic Reiskiana. SCHAEFER.

cum factum sit omnibus, sententiam huius causae veram et iustam a parte mea stare, h. e. Posteaquam docui, iudices, si veritati atque iustitiae suaeque religioni servire velint, non aliter quam secundum me dare sententiam posse. REISK.

P. 269. v. 11. δεῖ δέ με] F. δεῖ καὶ ἐμέ. MARKLAND. δεῖ με Cod. Reg. ε. sine adversativa δέ. TAYLOR. Pro δέ dat August. quartus δή. Non potest hoc δέ neque omitti neque cum καί commutari ob praemissum versu 10. μὲν, cui respondet. Sed protasis finit in istis versu 13. εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, et tum incipit apodosis καὶ δὴ βούλομαι δεῖξαι: nam sic mihi legendum videtur. *quia me decet dedecorum eius vel ipsa sola capitalia, quae sine fraude mea praeterire silentio nequeam, dicere, age ergo, decrevi docere*, vel *propterea proposui mihi nunc docere, qui cum ipse esset et e quibus natus* —. Sic nodus resolutus est, quem nexuit Hermogenes pag. 348. et paene tota 349., et tota eius disputatio concidit aientis, Demosthenem ab impetu iracundiae abreptum in aestu debacchationis coeptam orationis telam detexere oblitum esse. Locus Hermogenis hic est: ἔστι δὲ παρὰ τὰς προειρημένας ἑτέρα τις μέθοδος ἐνδιαθέτου λόγου καὶ μάλιστα τοῦ δοκοῦντος σὺν ὀργῇ προϊέναι, τὸ μηδὲ τὰς ἀκολουθίας σώζειν τῶν τοῦ λόγου σχημάτων, ἀλλ' οἷον ἐξίστασθαι δοκεῖν ὑπὸ τοῦ πάθους. οἷόν ἐστι καὶ τό· ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μὲν εὐσεβὴς καὶ δικαία ψῆφος ἅπασι δέδεικται —. οὐδαμοῦ γὰρ ἀποδέδεικται τῷ σχήματι τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ' ἐπιπολὺ [lege aut ἐστὶ πολὺ, aut ἐπὶ πολὺ διατείνει, aut ἐπιπολάζει] τὸ οἷον ἀκρόχολον. Idem p. 245. verba δεῖ δέ με, ὡς ἔοικε, etc. ob hoc ὡς ἔοικε ad orationis genus ἐνδοιαστικὸν retulit. REISK. Leg. δεῖ δή με. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 52. Iure Reiskius tuetur δέ. Sed viri egregii commentum protasin finientis verbis εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ postque haec, ut apodosin ordiatur, καὶ δεῖξαι mutantis in καὶ δὴ βούλομαι δεῖξαι nullo modo probare possum. Vere enim persciteque Hermogenes monuit Demosthenem ira et indignatione ablatum incidisse in ἀνανταπόδοτον. Eadem, nisi fallor, sententia Dissenii fuit in altera Wunderlichii editione post φθέγξασθαι v. 17. ponentis lineolam —, signum, opinor, abruptae per dicendi fervorem orationis. Simile ἀνανταπόδοτον est infra p. 289, 1. ss. SCHAEFER.

P. 269. v. 12. φύσει] Abest a Paris. septimo et a texto Bavarici: sed margo id vocabulum habet. REISK.

P. 269. v. 12. τὰς ὑπὸ τούτου βλασφημίας εἰρημένας] Nota ordinem verborum. V. not. ad p. 323, 13. SCHAEFER.

P. 269. v. 13. ψευδῶν] quae scilicet de me criminatus est. REISK.

P. 269. v. 13. τὰ ἀναγκαιότατ'] τἀναγκαιότατ' Bekker. SCHAEF.

P. 269. v. 15. καὶ δεῖξαι] Dixi modo hoc de loco sententiam meam. REISK. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 269. v. 15. τίνων] ἐκ τίνων. MARKLAND. Non opus. SCHAEF.

P. 269. v. 16. *καὶ λόγους τίνας διασύρει*] Scilic. *ἐμούς*. meaeque orationes, quas ille traducit, quales sint, quam sanctae, quam pudicae, quam honestae. REISK. *καὶ λόγους τινὰς* *) *διασύρει* et quae seq. ita interpretantur boni viri Foulkes et Freind: „atque ista verba exagitat, quae ipse effutiit; quae quidem nemo modestus proferre non dubitaverit." Sensus est: *et dictiones quasdam, si diis placet, calumniatur, cum ea ipse dixerit, quae quis paulo modestior ausus esset efferre?* Vid. Aeschin. in Ctesiph. p. 554. l. 9. SEAGER. *Diar. Classic.* LIII. p. 52. Recte Seagerus. Ac *τινὰς* plures Codd. Bekk. habent. Neque Orator in iis quae statim sequuntur agit de suarum orationum honestate, sed de Aeschinis natalibus et educatione. SCHAEFER.

P. 269. v. 16. *διασύρει*] *διασύρειν* MSS. Felician. Ven. Obsop. Guelph. Vindob. Lindenbr. Reg. *α*. approbante Obsopoeo. *διεσύρει* Ital. TAYLOR. *διασύρειν* August. primus, secundus, quartus, Felician. Ald. Taylori. *διεσύρει* ex Ital. affert Taylorus: quod nescio quid sibi velit. Num a *διασυρέω* derivandum? REISK. Infinitivus perplacet: ut continuentur *ἄρχει* — *διασύρειν*. SCHAEFER.

P. 269. v. 17. *ἀνθρώπων*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 269. v. 17. *εἰ γὰρ Αἰακὸς κ. τ. λ.*] Sententia est: Nam si homo frugi, vir bonus et honestus foret Aeschines, quem se simulat esse, similem Aeaco alicui aut Minoi, tum a te certe non profecta essent tam immania probra, quae in me coniecisti. Ergo non es ille sanctus et severus, qui esse vis, sed impurus rabula, qui cum sis, mirum non est te tam impudenter probra iactare. REISK.

P. 269. v. 18. *Ῥαδάμανθυς* — *Μίνως*] Nomina Rhadamanthyos et Minois transponit August. secundus. REISK.

P. 269. v. 20. *σπερμολόγος*] Ulpianus, qui huius vocis ternas interpretationes adtulit, videtur hallucinari in omnibus. Neque se expedit Harpocratio. Alia res est, cum scribit Plutarchus *π. εὐθυμίας* hoc pacto: *τῶν θηρίων ἑτέροις ἀφ' ἑτέρων παρεσκεύασε τὴν τροφὴν εἶναι, καὶ οὐ πάντα σαρκοφαγεῖν ἢ σπερμολογεῖν ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησεν*: alia, cum Demosthenes et d. Lucas in Actis Apostolicis pro blateratore utuntur. Vide Interpretes ad Act. Apost. XVII. 18. TAYLOR. Citat h. l. Harpocrat. v. *σπερμολόγος*, Hermogenes p. 255. Schol. Aristophanis ad Nub. 259. Phoebammon p. 100., ubi tropicae dictionis exempla haec Demosthenica proponit: *ὑποσκελίζειν ἀντὶ τοῦ ἀνατρέπειν, καὶ τὸ σπερμολόγος ἀντὶ τοῦ εὐτελὴς, καὶ τὸ εὐπροσώπους λόγους ἀντὶ τοῦ πιθανούς*. REISK. Ut Phoebammon, Etymolog. M. c. 723, 45. *Σπερμολόγος* — *λέγεται — καὶ ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος, καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν*. Item Photius c. 391. Doctius et disertius Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1547, 51. ss. SCHAEFER.

*) Sic, non *τίνας*. SCHAEFER.

P. 269. v. 20. *περίτριμμα ἀγορᾶς*] Vide Ionston. de Festis Graec. p. 285. Etymol. M. c. 240, 4. *) Suid. v. *Τρίμμα*, Aristophan. Nub. v. 446. et σχ. ad 259. TAYLOR. Etymolog. M. p. 240, 21. dictionem *περίτριμμα ἀγορᾶς* ridicule interpretatur. REISK. Meliorem interpretationem pete ex Anecd. Bekk. p. 59. extr. Utitur hac locutione etiam Scholiastes ad Sophocl. Antig. v. 320. p. 140. Erf. V. Piersonus ad Moerin p. 114. SCHAEFER.

P. 269. v. 21. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 269. v. 21. *τοιαῦτ'*] *ταῦτ'* Paris. septimus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 269. v. 22. *πορίσασθαι*] *de suo expromsisse.* Suspicabar aliquando *ποιήσασθαι*. Koenius in praefat. ad Gregor. Corinth. de Dialectis **) demonstratum dedit, multo saepissime in mstis graecis ρ et ι inter se permutari, unde errores nati sint quamplurimi. Et η atque ι promiscue item ab imperitis librariis haberi notissimum est. Sed rem in medio relinquo. REISK. Vulgatam satis tuentur haec: *λόγους πορίεῖσθαι* p. 938, 5. *ὅτι χρὴ λέγειν πορίσασθαι* p. 1392, 16. Poterat Orator sic scribere: *οὐδ' ἂν οὕτως ἐπαχθῶν λόγων εὐπορῆσαι.* Hoc exemplum cum tot aliis clarissime ostendit, quam prono lapsu ruas in coniectando, si solas palaeographicas rationes consecteris: quae ut non contemnendae sunt in arte critica, (interdum enim momentum faciunt ad verum inveniendum,) ita utendum iis est cautione Porsoniana. SCHAEFER.

P. 269. v. 23. *καὶ παιδείαν*] Omittunt haec duo verba Paris. octavus et Bavaricus. *παιδίαν* August. primus. Et sic saepe in aliis similibus. REISK. Add. nota ad v. 28. Haec causa confusionis satis crebrae nominum *παιδεία* et *παιδιά*, de qua v. mea in H. Stephani Thesauro c. 7161. C. SCHAEFER.

P. 269. v. 23. *ἐπικαλούμενον*] *ἐπικαλούμενος* August. secundus. REISK.

P. 269. v. 26. *ἠκούετ'*] *ἠκούσατ'* Paris. primus, August. primus. *ἀκούετε* Paris. septimus. REISK.

P. 269. v. 26. *λέγοντος*] Post h. v. Reiskiana signum coli habet: ab aliis plene interpungitur. SCHAEFER.

P. 269. v. 26. *σοὶ δὲ ἀρετῆς κ. τ. λ.*] Locum hunc imitatus est Iulianus p. 235, 40., ubi v. Wyttenbachii Epistolam Criticam ad Dav. Ruhnkenium p. 21. [p. 242. s. ed. Lips.]. REISK.

P. 269. v. 27. *τίς μετουσία; ἢ καλῶν ἢ μὴ τοιούτων*] [*τίς μετουσία ἢ μὴ τοιούτων.*] F. *τίς μετουσία; τῶν τοιούτων ἢ μὴ*

---

*) Immo 24. SCHAEFER.

**) Immo Piersonus praefat. ad Moerin. V. not. ad Gregor. Corinth. p. 214. s., ubi quae scripsi de loco Xenophontis Ephesii, compara cum Schneideri annotatione ad Xenophont. Anabas. V. 1. 14. SCHAEF.

τοιούτων τίς διάγνωσις; Aretinus: *aut honestorum aut turpium ulla cognitio?* Videtur legisse τῶν καλῶν ἢ μὴ τοιούτων. Melanchthon: *Quod discrimen honestorum et turpium unquam servasti?* Perionius: *Sed in te aut in tuis ut virtutis sit aliqua particula? ut honesta a turpibus internoscas?* WOLF. Lege: τίς μετουσία; ἢ καλῶν ἢ μὴ τοιούτων τίς διάγνωσις; Dixit enim nuperrime: ᾗ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ διαγιγνώσκεται. Ita edidit Aldus, ita fere Morelius. Commendant etiam Codd. praestantiores, Aug. Harl. Vindob. Lindenbr., praeterquam quod in eorum primo κακῶν ἢ *) τοιούτων. Quod eodem recidit. TAYLOR. Duo haec vocabula, ἢ καλῶν, desunt editioni Feliciani. κακῶν, quod Taylorus ex Augustano attulit, falsum est. REISK.

P. 269. v. 28. λαβόντι] Deest in plerisque, Guelph. Obsop. Harl. Vindob. Lindenbr. et Regg. α. β. γ. η. TAYLOR. Abest ab August. primo et secundo, item texto Bavarici: sed est in eius margine cum γρ. REISK. Omisit Bekker. Additum videtur augere orationis gravitatem. SCHAEFER.

P. 269. v. 28. ποῦ δὲ παιδείας κ. τ. λ.] Themistianam imitationem indicavit Iacobsius Epist. ad Fr. Göllerum pag. 279. SCHAEFER.

P. 269. v. 28. παιδείας] παιδίας August. secundus. Pari modo August. primus, qui hic cum vulgata in diphthongo consentit, paulo ante v. 23. dabat παιδίαν. REISK.

P. 269. v. 29. μνησθῆναι] Post h. v. hypostigmen posuerunt Wunderlich. et Bekker. Sic vero post περίεστιν p. 270, 5. cum Wunderlichio ponendum signum interrogationis: siquidem elatio vocis eousque pertinere potuit. Ego Reiskii interpunctionem praeferam. SCHAEFER.

P. 269. v. 29. ἧς τῶν μὲν κ. τ. λ.] Locum hunc citat Stobaeus p. 189, 17., sed nonnulla mutans et proposito suo accommodans. Sed deest editioni Trincavelli. REISK. T. I. p. 368. ed. Dind. SCHAEFER.

P. 269. v. 29. τετυχηκότων] μετεσχηκότων August. quartus. REISK.

P. 270. v. 1. τοιοῦτον οὐδὲν] qualia nempe Aeschines de se praedicavit ipse ore suo: sed etiam, si alius quisquam talia de ipso diceret, offenderetur et erubesceret ob impudentiam adulatoris in os se laudantis. REISK. Stobaeus interpretans scripsit μέγα οὐδέν: sic enim legendum pro οὐδέ. SCHAEFER.

P. 270. v. 3. ὅταν λέγωσιν] Scilic. ἑαυτοὺς εὐπαιδεύτους καὶ συνετοὺς εἶναι. REISK.

P. 270. v. 5. τοιούτοις] Recte credo. Contra tamen stant

*) Excidit, ut opinor, μή. SCHAEFER.

MSti plurimi. *τοσούτους* Ven. *τούτοις* Guelph. *τούτους* Vindob. *τοιοῦτος* MSS. Ald. *τοιούτους* denique MSS. Felician. Obsop. Ital. Regii *α. ε.* TAYLOR. *τοιούτους* August. primus et quartus, index P. Manutii. *τοιοῦτος* index Aldi. *τοσούτους* Ald. Tayl. REISK.

P. 270. v. 5. *τοιούτοις εἶναι*] Scilic. *οἵους ἑαυτοὺς λέγουσιν.* REISK.

P. 270. v. 5. *οὐκ ἀπορῶν δ', ὅ τι χρὴ κ. τ. λ.*] Syrianus ad Hermogenem p. 43. *τὰ πρὸς σύστασιν ἐροῦμεν τὰ βλάπτοντα σιωπῶντες, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου πεποίηκε. Γέλωνα μὲν τὸν πρὸς μητρὸς αὐτοῦ πάππον, ὡς φυγάδα καὶ πρὸς τοῦ δήμου θανάτῳ καταγνωσθέντα διὰ τὴν προδοσίαν Νυμφαίου τοῦ ἐν Πόντῳ, καὶ τὴν μητέρα, ὡς Σκυθίδα τὸ γένος, ἃ δὴ πάντα Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος παρέθηκε, σιωπήσας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροφὴν ὡς χρηστὴν οὖσαν ἐχώρησεν· ἐν μέντοι τοῖς κατ' Αἰσχίνου* [in ea parte orationis pro corona, quae pars peculiariter Aeschinem insectatur] *πρὸ παντὸς ἄλλου ἐπὶ τοὺς προγόνους* [subaudi *αὐτοῦ*] *ἐχώρησεν ὡς ἀδόξους φάσκων· οὐκ ἀπορῶν δ', ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν* etc. — *εἰ δέ τι χρηστὸν ἐκ τῆς ἀγωγῆς εἶχε καὶ τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, παραλέλοιπεν.* REISK. Citat h. l. usque ad *ἐξέθρεψέ σε* v. 11. Tiberius pag. 22. SCHAEFER.

P. 270. v. 5. *ἀπορῶν*] *ἀπορῶ* Paris. septimus. REISK. Item Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 6. *περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν*] *περὶ σοῦ λέγειν καὶ τῶν σῶν* Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 6. *ἀπορῶ, τοῦ*] *ἀπορῶ δ' ὅτου* Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 6. *πρώτου*] *πρῶτον* cum *γρ.* Paris. sextus et septimus. REISK. *πρῶτον* etiam Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 7. *μνησθῶ*] Post h. v. Reiskiana habet signum coli. Item Wunderlichii prior: sed posterior mecum plene interpunxit. Hypostigmen posuit Bekker. Sic etiam in Tiberio interpungitur. SCHAEFER.

P. 270. v. 7. *πότερ', ὡς ὁ πατήρ σου κ. τ. λ.*] Marcellinus ad Hermogenem p. 141. *ὥσπερ δὲ ἐγκωμιάζομεν ἀπὸ γένους, οὕτω καὶ διαβοῦμεν* [sic Aldina: sed Fabricius Hamburgensis ibi adscripsit *διαβάλλομεν.* Nam Fabricii olim fuit exemplum, quo utor, et postmodum in potestatem Ernestii nostri pervenit, cuius indulgentia mihi usuram eius concessit.], *ὡς Δημοσθένης· πότερα, ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδούλευσε παρ' Ἐλπίᾳ —· κατασκευάζων, ὅτι εἰκὸς τὸν ἐκ τοιούτων γεγονότα προδοῦναι. καὶ ἀπὸ ἀγωγῆς* [educatione puerili] *διέβαλε· τὸ μέλαν τρίβων καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν.* REISK.

P. 270. v. 7. *ὁ*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 270. v. 7. *Τρόμης*] Vere si nomen patri Aeschinis fuit

Τρόμης, non per tau, sed per delta id melius exaretur, quia a *δέδρομα* et *δρόμος* repetendum est, non a *τρέμειν*, a currendo, non a tremendo vel trepidando. REISK. Fallitur. Quî enim nomen potuisset *μεγεθύνεσθαι* in *Ἀτρόμητος*? — Perperam *Ἀτρόμητος* Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 7. *ἐδούλευε*] *ἐδούλευσε* Marcellinus l. c. Non male. Sic v. 11. *ἐξέθρεψε*. SCHAEFER.

P. 270. v. 8. *Ἔλπίᾳ*] *Ἐλπίδα* August. secundus et quartus. REISK. Item Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 8. *τῷ*] *τῷ* prius abest ab August. quarto. REISK.

P. 270. v. 8. *τῷ πρὸς — ξύλον*] Omittunt Codd. Tiberii. SCHAEFER.

P. 270. v. 8. *Θησείῳ*] *Θησίῳ* August. primus. Citat h. l. Harpocrat. v. *Θησεῖον*. REISK. V. Photius c. 72. SCHAEFER.

P. 270. v. 8. *γράμματα*] *τὰ γράμματα* August. quartus. REISK.

P. 270. v. 8. *χοίνικας — ξύλον*] Aretinus: *compedes ferens et baculum.* Melanchthon: *compedibus vinctus docuit literas.* Perionius: *apud Elpiam, quo is tempore ad Thesei docebat, nexus servierit.* Meletus: *crassis pedicis et lignis vinctus.* WOLF.

P. 270. v. 9. *καὶ ξύλον*] Desunt in Guelph. et Vindob. TAYLOR. *ξύλον* est collare ligneum, in medio perforatum, in quod servi nequam puniendi cervices immittebant, ut ne manus ori admoverent. Citat h. l. Hermogenes p. 317. REISK.

P. 270. v. 9. *ξύλον*] Post h. v. Reiskiana habet coli signum, Wunderlichiana et Bekkeriana subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 270. v. 9. *σου*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 270. v. 9. *μεθημερινοῖς*] F. *καθημερινοῖς*. Omnes interpretantur quotidianas nuptias. *τὸ μεθημερινὸν* et *νυκτερινὸν*, *ὥσπερ τὸ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν*, opponuntur. Perionius: *cum nova coniugia quotidie iniret.* WOLF. *μεθημερινοὶ γάμοι* sunt coitus, qui de die fiunt: qui sunt inprimis flagitiosi. Nam qui pudoris sui non omnem prorsus curam abiecerunt, hi spurcitiem suam noctis tenebris occultare conantur, non radiis solis exponunt. V. Gesneri Thes. L. L. v. *Nonaria.* *χρῆσθαι μεθημερινοῖς γάμοις* est *de die in fornice prostare.* V. ad h. l. Wesseling. ad Petiti Leges Atticas p. 575. et Pierson. ad Moerin p. 229. REISK. Bene Reiskius. *quotidianas nuptias*, quod miror, interpretatur etiam Passowius Lex. Gr. s. v. citans Lobeckium ad Phrynich. p. 54. Is „*Diurnus* et *quotidianus*“ inquit „*μεθημερινός* scribitur. Plato Soph. p. 220. D. Tim. p. 45. C. Philo de Cherub. p. 121. E. (quo loco *μεθημερινοὶ γάμοι* e Demosthene expressum est)“ etc. Sed *quotidianus* dicitur *καθημερινὸς*, *diurnus μεθημερινός*: non minus certo discrimine, quam quo *καθ' ἡμέραν* (*quotidie*) et *μεθ' ἡμέραν* (*interdiu*) inter se differunt. Mox sic pergit: „*μεθαμέριος* — et *diurnum* (Eur. Ion. 1050.) et *meridionalem* (Theocr.

VII.) significat." Sane *diurnum*: ubi autem *meridionalem*? Certe non in Theocrito, ubi scribendum τὸ μεσαμέριον. Summi facio, ut par est, Lobeckiana: sed pervellem vir egregius passim minus festinasset. SCHAEFER.

P. 270. v. 10. ἐν τῷ κλισίῳ — ἥρωϊ] ἐν τῷ κλισίῳ. Aretinus: *in claustro*. Melanchthon: *in tugurio*. Perionius: *in porticu Clesio*. Meletus: *in Clesio*. Est annotatum, legi ἠλισίῳ τῷ προστῴῳ ἥρωϊ. WOLF. κλισίῳ] Insignis est differentia in MStis. κλεισίῳ Ven. Obsop. Ital. Lindenbr. κλησίῳ Aug. Vind. ἠλισίῳ MSS. Ald. et Felician. σικλείῳ Reg. ε. Interea non vulgaria habet de hac re, licet fortasse non ubique laudanda, S. Petitus de Legg. Attic. VI. 5., cuius verba describo: „Solenne fuit bonis istis mercibus, ut prostarent et quotidianos haberent concursus ad illustria civitatis loca, Ceramicum, SCIRUM et τὴν ἀγοράν. De Ceramico iamdiu monuerunt alii. Quod ad Scirum attinet, elegans est Demosthenis locus, sed corruptus, de Aeschinis matre: ἣ ὡς ἡ μήτηρ σοῦ τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ Ἥρωϊ χρωμένη. neque quidquam, qui laudant, iuvant, Hesychius et Suidas, quin contra factum, ut alterum insuper mendum occuparet: ἠλισίῳ quippe legunt lapsu facili ἀντὶ τοῦ κλησίῳ, quod est genuinum. Hesychius: Καλαμίτης, Ἥρως τῷ ἠλισίῳ πλησίον. Suidas: Καλαμίτης. κύριον ὄνομα. καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου· ἐν τῷ ἠλισίῳ τῷ πρὸς Καλαμίτῃ Ἥρωϊ. Nos legendum coniicimus ἐν τῷ κλησίῳ τῷ πρὸς τῷ Κυαμίτῃ Ἥρωϊ. Intelligit Orator τὸ κλήσιον, ut puto, Lycomidarum, (familia erat Athenis Λυκομίδαι, γένος ἰθαγενῶν, inquit Hesychius,) cuius meminit Pausanias in Messeniacis c. 1. Hoc κλήσιον non puto longe abfuisse a templo Cereris Eleusiniae, cuius sacris gens illa dedita; unde Orphei sive Onomacriti ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις ποιηθείς, inquit Pausanias. Quare etiam colloco iuxta aediculam Κυαμίτου Ἥρωος. Cyamites hic heros erat non Bacchus, et a Baccho distinguit Pausanias Atticis c. 37. scribitque, fuisse hanc aediculam ἐν τῷ χωρίῳ Σκίρᾳ, quod erat inter urbem et Eleusinem. Atqui ἐν τῷ Σκίρῳ, ut legitur apud Stephanum, αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. Praeterea inter lenonias personas recensetur Λυκομίδειος a Polluce lib. 4. cap. 19. quia scilicet ad hoc τῶν Λυκομιδῶν κλήσιον prostabant hae publicae libidinis victimae: etsi forte vox κλίσιον retinenda, quam Hesychius interpretatur πανδοχεῖον et Eustathius ad Iliad. *Α*. pag. 78. δουλικὸν εὐτελὲς οἴκημα. Ita enim Apollonius ἐν τῇ εἰς Αἰσχίνην ἐξηγήσει· μητρὸς δὲ ἦν ὁ Αἰσχίνης Γλαυκοθέας, ἤ, ὥς ἔνιοι, Γλαυκίδος, ἥν φασι τὴν πρώτην ἡλικίαν ἡταιρηκέναι καθεζομένην ἐν οἰκήματι πρὸς τῷ τοῦ Καλαμίτου ἡρῴῳ. Sed hic quoque legendum est πρὸς τῷ τοῦ Κυαμίτου ἡρῴῳ." Tantum vir doctissimus. Contra haec omnia militat et strenue quidem Tourrellius in notis ad hanc Orationem, quas iuvabit consulere, itemque Kuster. ad Suidam v. Καλαμίτης. κλίσιον ergo retineo et *lupanar*, *fornicem* intelligo.

Eam vocem Ulpianus noster in scholio interpretatur *προστῷον*: *κλισίῳ*] *τῷ προστῴῳ*. itemque Amerius apud Eustath. ad Homer. Odyss. *Ω*. 207. Tale fere *σχόλιον* deprehendi in textu auctoris mei. Codd. enim Lindenbr. et Regius *α*. pro *τῷ πρὸς τῷ* legunt *τῷ προστῴῳ*. Et similiter MSS. Ald. *κλισίῳ τῷ προστῴῳ Ἥρωϊ*, omissa voce *Καλαμίτῃ*. Quid hic fiet? Sane qui ita legunt, glossam insinuant, eoque forte facilius insinuavere, quia et verba ipsius textus viam quodammodo sternunt. Ecce enim: *ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ* [*προστῴῳ*] *Καλαμίτῃ ἥρωϊ*. Statuo demum fuisse herois cuiusdam (Calamitem vocabant) sive statuam sive sacellum sive monumentum, iuxta vero porticum sive fornicem, eoque pro lupanari usas fuisse, quae Athenis prostabant. De Calamite isto heroë magnum est silentium. Attingunt hunc locum Valesius ad Harpocrat. et Victor. XXI. Var. Lect. 3., locum sane novum et delicatulum. Denique *μεθημερινοὺς γάμους*, quas voces Wolfius interpretatur *quotidianas*, atque, ut id salva conscientia facere posset, *μεθημερινοὺς* in *καθημερινοὺς* prius mutaverat, eas, inquam, alii per *diurnas nuptias* exponunt. Ferrus ita: *che tua madre facendo nozze fra il giorno nel portico, ch' è appresso la statua di Calamite, allevò questa bella figura.* Cicero ad Herenn. IV. 34. *cuius mater quotidianis nuptiis delectatur.* TAYLOR. Pro *κλισίῳ* dat Paris. quintus *σικλείῳ* (forte voluit *σηκίῳ*), *κλησίῳ* August. primus, *κλεισίῳ* August. secundus, Ald. Tayl., *ἠλισίῳ* Schedae Scrimgeri. Saepissime *κ* et *η* inter se permutantur, quae duae literae in libris manu exaratis et nonnullis quoque prelo excusis modis formantur inter se simillimis. *ἥρωϊ* abest ab August. primo. Pro *πρὸς τῷ* dant *προστῴῳ* Paris. primus cum *γρ*. item Bavarici margo, Schedae Scrimgeri, index Aldi. REISK. *κλησίῳ* Cod. Tiberii. Idem pro *Καλαμίτῃ* habet *καλάμῃ τῇ* omittitque *ἥρωϊ*. *κλισίῳ* Piersonus ad Moerin pag. 229. interpretatur *stabulo*, Huschkius Analect. Crit. p. 238. *lupanari*. *οἰκήματι* habet Apollonius *ἐν τῇ εἰς Αἰσχίνην ἐξηγήσει* (Oratt. Graec. T. III. pag. 13.). De heroë Calamita haec Reiskii leguntur in editione Harlesiana p. 307. (264.): „*Καλαμίτης ἥρως* qui fuerit, tametsi antiquitatis silentium nos celat, non tamen ideo torquendus coniecturarum ineptiis, neque alius quaerendus, qui eius in locum sufficiatur. Quot enim occurrunt in scriptis veterum semel commemorata et quasi adumbrata, quorum apud alios ne vestigium quidem superest. Sumenda et tenenda ista sunt, prout sunt tradita. Satis prodit ipsa loci huius ratio, sacellum id fuisse obscuri alicuius contemtique sermonis *), de quo angiportus ipse adpellatus est.“ Tot habet Graecia heroës, ut non indignatura videatur, si hoc grege Calamitam exemero. Litterarum inverso modulo scribendum:

---

*) In altera Harlesii correxi *herois*. Sed Reiskius videtur scripsisse *semonis*. SCHAEFER.

πρὸς τῷ καλαμίτῃ Ἥρωϊ (nisi malis Ἥρῳ). Homo dictus fuit καλαμίτης, quod τοῖς καλάμοις perite uteretur aut in curandis ossium fracturis aut ad alios usus chirurgicos. Demosthenes p. 419, 22. πρὸς τῷ τοῦ Ἥρωος τοῦ ἰατροῦ. Photius c. 60. Ἥρως, ἰατρὸς, οὗ μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. Nempe hoc ipso loco. In Apollonio l. c. legendum τῷ τοῦ ἰατροῦ Ἥρῳ, et mox τῷ τοῦ καλαμίτου Ἥρῳ. SCHAEFER.

P. 270. v. 11. ἀνδριάντα] ἀνδρειάντα August. secundus. Citat h. l. Hermogenes p. 265. REISK.

P. 270. v. 11. ἐξέθρεψέ] ἐξέτρεψέ index Aldi. REISK.

P. 270. v. 11. σε] Expellit index Lambini et codex Obsopoei, unde Lambinus videtur sumsisse. REISK. Post h. v. Reiskiana punctum posuit. Item Wunderlichii prior. SCHAEFER.

P. 270. v. 11. ἀλλὰ — λέγω] Ante ἀλλ' ὡς — excuditur a Morelio: ἀλλὰ πάντες ἴσασι ταῦτα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. Bene est. Ita Aug. etiam et Vindob. et, mendo uno atque altero excepto, Cod. Venetus. TAYLOR. Verba haec omissa sunt in Bavarico, Aldina et editione Feliciani. Adscripsit etiam margini libri sui emendator Lessingianus. Reperi quoque in Meermann. et Aldina Taylori. REISK.

P. 270. v. 11. ἀλλὰ πάντες] Malim γὰρ interponi. Nam ipse sese obiurgat, quod res tam in vulgum notas proferat. Dubitat orator secum, quae dedecora Aeschinis, et quae primo loco enumeret. Haeccine? At nota sunt omnibus. Num ista —? Ego vero, ita me dii ament —. REISK. Ego γὰρ interponi nolim. SCHAEF.

P. 270. v. 13. Φορμίων] Φορβίων August. quartus. REISK.

P. 270. v. 13. Φρεαῤῥίου] Φερεαῤῥίου Paris. primus et tertius cum γρ. item index Aldi. Φρεαῤῥίδου Paris. sextus. REISK.

P. 270. v. 15. καλῆς] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 270. v. 17. ἐμαυτῷ] ἑαυτῷ Paris. septimus. REISK.

P. 270. v. 17. προηρῆσθαι] Sic etiam in Bavarico est, sed super η est ει superscriptum. REISK.

P. 270. v. 17. προηρῆσθαι λόγους] Hic videtur λέγειν deesse. REISK. Reiskius, offensus constructione προηρῆσθαι λόγους, verbum λέγειν inferendum censuit, immemor eiusdem structurae apud Demosthenem p. 328, 16. εἴπερ ἐκ ψυχῆς δικαίας ἐγίγνετο καὶ τὰ τῆς πατρίδος συμφέροντα προηρημένης. WUNDERLICH. *praefat.* p. XLII.

P. 270. v. 20. ἀπ' αὐτῶν — βεβίωκεν] ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν ὧν — August. primus et quartus. ἀπ' αὐτῶν δὲ αὐτῶν ὧν βεβίωκεν codex Obsopoei. Forte pro secundo αὐτῶν dare voluit τούτων. Sed perquam vitiosus ille codex fuit. REISK.

P. 270. v. 20. οὐδὲ γὰρ — καταρᾶται] Haec loco suo mota et post λόγους v. 17. inserenda esse suspicatus eram, priusquam

hanc Bekkeri notam legerem: „Haec post λόγους ponit γρ. S.“ Nunc confirmatus auctoritate libri egregii, si Demosthenes mihi recensendus esset, illuc transponere non dubitarem. γὰρ post οὐδὲ refertur ad ὀκνῶ, sed γὰρ post ὀψὲ ad ἄρξομαι. SCHAEFER.

P. 270. v. 20. οὐδὲ γὰρ ὢν ἔτυχεν ἦν] οὐ τῶν τυχόντων εἷς ἦν. εἰρωνείᾳ ἔοικεν ὁ λόγος καὶ ἀπροσδοκήτῳ. Aretinus: *Num erat, ut quivis? sed ut ii, quos populus detestatur.* Melanchthon: *Non enim erat ex eo genere, cui se ingerit, sed ex talibus, quos exsecratur populus.* Perionius: — *et ab iis, quae gessit, initium sumam. Neque enim fuerunt obscura aut vulgaria, sed eiusmodi, ut ea omnes exsecrentur.* Meletus: *Non enim fuit de iis, quos populus devovet.* Videtur innuere, eum nothum esse et peregrinum, qui falso se ex cive Atheniensi et matrimonio legitimo procreatum affirmet. WOLF. *Non unus de multis, non forte fortuna oblatus homo.* Ita vertit Lambinus. Qui si non bene, peius tamen Wolfius, quem ne intelligo quidem: *Neque enim eorum fuit, quorum fuit.* Schema est, quod παρὰ προσδοκίαν dicitur. Adduxit Hermogenes in cap. περὶ τοῦ κωμικῶς λέγειν, quem vide. Ait Demosthenes: *Non ille est ex plebecula aut e vulgari sorte, non ignotus vobis, non hospes,* (quo pacto fere laudationes et encomia instituere solent,) *non ita, sed ea est prosapia, ea generis claritudine, ut — P. A. maiores eius saepius esset exsecratus. Illene ignotus? immo nimis notus.* uti Italus: *percioche egli non è stato uno della plebe, ma un di quelli, a' quali il popolo priega male.* Miranda *) sane versio Rutilii Lupi, quam adduco in nota sequenti. Tourrellius sudat in harum vocum interpretatione, neque tamen valde feliciter rem gerit. TAYLOR. Id est οὐκ ἦν εἷς τις τῶν τυχόντων. *Non enim est Aeschines de genere hominum triviali, vulgari, sed unus illorum inventu rarorum hominum, quos populus per praeconem publice devovet,* h. e. parricida et proditor patriae eoque dignus, cuius in mores et cursum universae vitae inquiratur. Hermogenes p. 438. τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. ἔνθεν δηλοῦται, ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσταται. τῇ μὲν παρῳδίᾳ οὕτως· τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν οὕτω περὶ τοῦ Αἰσχίνου λέγων· οὐδὲ γὰρ ὢν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ' οἷς ἡ πόλις καταρᾶται. τῇ δ' ἐναντιώσει τῶν εἰκόνων οὕτως· αὐτοτράγικος πίθηκος, ἀρουραῖος Οἰνόμαος. REISK. Rutilius: — *parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, ut omnes hos exsecrarentur.* ad q. l. Ruhnkenius p. 56.: „*quos*

---

*) Ruhnkenius ad Rutil. Lup. pag. 55.: „Taylorus Rutilii versionem *mirandam* vocat, credo, quod ipsi nimis libera visa est, et, nonnullis adiectis, sensum potius oratoris, quam verba, exprimere.“ Ita solebant illi: ut magna cautione opus sit, si talibus versionibus uti velis ad crisin in Graeco textu exercendam. SCHAEFER.

scitis non ignotos fuisse. Sic Rutilius recte et eleganter vertit verba, quae Interpretes torserunt, οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν. Vide Taylorum." Recte Technicus de parentibus Aeschinis intellexit, non, ut Reiskius, de ipso Aeschine: qui gravis est error, sed vix ille evitabilis, nisi hoc membrum post λόγους transponas. Verba sic verto: *Nam ne in faece plebis quidem parentes habuit, sed natus est talibus hominibus, quos populus diris devovet.* Nihil hic ironici, nihil παρὰ προσδοκίαν. Talia enim schemata parum decent Oratoris animum maxime commotum in adversarii natales acerbissime invehentis. SCHAEFER.

P. 270. v. 20. ὧν] ὧν secundi loco dat Paris. septimus ὡς. REISK.

P. 270. v. 21. οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται] Non tam fortasse proditores et planos, qui populum pro concione decipiunt, quam servos et nothos et peregrinos, qui se pro ingenuis et germanis civibus venditant, intelligit. WOLF.

P. 270. v. 21. ὁ δῆμος] ἡ πόλις Hermogenes l. c. SCHAEFER.

P. 270. v. 21. ὀψὲ γάρ ποτε κ. τ. λ.] Laudo Ulpianum: δεῖ λαβεῖν τὸ μὲν πρῶτον ὀψὲ ὥσπερ διηγουμένου, τὸ δὲ δεύτερον ὡς κατ' ἐρώτησιν. Atque ita distingui iubeo: ὀψὲ γάρ ποτε· ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. Confirmat Rutilius Lupus de Fig. Sentent. lib. I., cuius interpretationem subiungo. *Nunc quoniam de me, ut volui, cognovistis, iudicium per ipsius vitia* *) *constituam. Nam dum opus est, parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, ut omnes hos exsecrarentur. Sed hic bonus vir grandis natu atque sero, sero loquor? immo vero nuper atque his paucis diebus simul et Atheniensis et eloquens est factus.* TAYLOR. Hermogenes p. 352. ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπανόρθωσις, ἡ αὐξήσεως ἕνεκα παραλαμβανομένη. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε — ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. Alexander Rhetor p. 94. capite περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως, ἣν καὶ ὑπαλλαγήν τινες καλοῦσιν· τοῦτο τὸ σχῆμα γίνεται καὶ αὐτὸ κατά τινας. ἢ γὰρ ἐπιτιμήσαντες τῇ πρώτῃ λέξει ἑτέραν ἐλάβομεν. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε — ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. Item Phoebammon p. 132. Aristides de D. C. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἐπικαταψεύδεσθαι. οἷον ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, ἐν οἷς λέγει τὸν Αἰσχίνην ὀψὲ Ἀθηναῖον γεγενημένον· ὀψὲ γάρ ποτε —. Ego vero aut non intelligo vim vocabuli ὀψὲ, aut non perspicio acumen dictionis. *Sero factus est Atheniensis et rhetor. Me miserum, qui sero dicam? Debebam dicere heri et nuper admodum.* Qui haec inter se concinunt? Intelligerem, si dixisset *dudum ante, olim, multis annis ante. Nequaquam. Nuper admodum.* REISK. Non attendit Reiskius ὀψὲ referri ad Aeschinis aetatem. Is dicitur gran-

*) Bene Ruhnkenius *vitam*. SCHAEFER.

dis natu atque sero factus civis et orator, adeoque tam sero, ut res paucis diebus ante accidisse videatur. Citat haec usque ad ῥήτωρ Tiberius pag. 24. Post ποτε Reiskiana habet signum coli, Wunderlichiana et Bekkeriana lineolam. SCHAEFER.

P. 270. v. 22. πρώην] πρῴην Reisk. Wunderlich. et Bekker. Codex Vat. Tiberii πρωΐ ἦν, quod, etsi corruptum, iota subscriptum tuetur. V. Etymolog. M. c. 266, 21. SCHAEFER.

P. 270. v. 22. γέγονε] Abest ab August. primo. Taylorus: „Idque etiam ab Ulpiani codice abfuisse videtur. Quorsum enim ad haec verba, ὀψὲ γάρ ποτε, annotasset haec? κατὰ κοινὸν δὲ τὸ ἦν. Nam qui γέγονε omittunt, hi e versu 21. tacite volunt ἦν repeti: quod probari nequit." Sed vereor, ne scholium hoc non Ulpiani sit. In August. primo enim est, qui Ulpiani nihil habet. Laudat h. l. Hermogenes p. 438. REISK. γέγονε omittunt duo Codd. Bekk. Nec Tiberii liber videtur habuisse. Sed abesse nequit. SCHAEF.

P. 270. v. 23. δύο συλλαβὰς προσθεὶς] Hic Ulpianum non laudo neque laudare possum: μίαν μὲν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, μίαν δὲ εἰς τὸ τῆς μητρός. Absurdissimum longe, quod vidi unquam. Nam Aeschinis pater, qui *Tromes*, iam *Atrometus* dicitur, duabus syllabis additis. TAYLOR. Laudat hunc locum Hermogenes περὶ μεθ. δεινότ. pag. 438. ed. Crisp. τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. ἔνθεν δηλοῦται, ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσταται. τῇ μὲν παρῳδίᾳ οὕτως· τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον. Latet huius viri nomen apud Lucianum in Rhet. praecept. nunc tandem protrahendum dias in luminis oras. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα φήσει, ἀλαζὼν καὶ ἀρχαῖος ὡς ἀληθῶς καὶ κρονικὸς ἄνθρωπος, νεκροὺς εἰς μίμησιν παλαιοὺς προτιθεὶς, καὶ ἀνορύττειν ἀξιῶν λόγους πάλαι κατορωρυγμένους, ὥς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιοῦ υἱὸν, καὶ ἄλλον ἀτρομήτου τινὸς γραμματιστοῦ ζηλοῦν ἀξιῶν. ubi ineptissime Benedictus: *ac si gladiarii fabri vel intrepidi grammatistae filium vellet imitari.* Scribendum Ἀτρομήτου. Nimirum intelligit Lucianus illud nobile par fratrum, Demosthenem et Aeschinem, quorum hic γραμματιστοῦ sive ludimagistri erat filius, cui nomen Tromes vel Atrometus. Eleganter Demosthenes pro Cor. de Aeschine: παῖς μὲν ὢν μετὰ πολλῆς ἐνδείας ἐτράφης, ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων, τὸ μέλαν τρίβων, καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν, οἰκέτου τάξιν, οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων. Ille vero, Demosthenes scil., patrem habuit μαχαιροποιόν. vid. Suid. in v. Cultellos venditasse dicit Valerius Max. III. 7. *Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque saeculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum literae loquuntur.* TOUP. Ita saepius obscuris homines natalibus, ut generis sordes, quoquo possent modo, in oblivionem adducerent, nomini suo addendis syllabis granditatem conciliare stude-

bant. Rem suaviter ridet derisor Samosatensis T. VI. p. 311. ed. Bip. SCHAEFER.

P. 270. v. 23. *δύο συλλαβὰς προσθεὶς τὸν μὲν πατέρα*] Melior utique foret ordo planiorque dictio, si sic legeretur: *τὸν μὲν πατέρα δύο συλλαβὰς προσθείς*. Nam, ut nunc iacent verba, colligas ex iis, Aeschinem ad nomen patrisque duas syllabas apposuisse, ad matrisque totidem. Quod secus est. Matris nomini nihil filius addidit, sed prorsus id cum alio honestiore commutavit. Et nescio profecto, an orator sic dederit. REISK. Multum fallitur. Vere Wunderlichius praefat. p. XLIII.: „Demosthenis verba, matrem *Empusam* non *nomine* sed *cognomine* appellatam esse, clare loquuntur. Eique nomen *Γλαυκὶς* fuisse tradit Apollonius de Aeschine agens ed. R. T. 3. pag. 13. *μητρὸς δὲ ἦν ὁ Αἰσχίνης Γλαυκοθέας, ἤ, ὡς ἔνιοι, Γλαυκίδος*. Atque ipse comprobat Aeschines *π. παραπρ.* pag. 256. *καὶ ὁ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας ἀδελφὸς, θεῖος δὲ ἡμέτερος, Κλεόβουλος ὁ Γλαύκου τοῦ Ἀχαρνέως υἱὸς κ. τ. λ.* A patre igitur, Glauco appellato, filia nomen *Glaucidis* traxit, unde, duabus syllabis adiectis, *Glaucothea* factum est.“ SCHAEFER.

P. 270. v. 23. *ἐποίησεν*] Aliquanto gravius, opinor, quam *ὠνόμασεν*: quippe hoc verbo sarcasticae quid acerbitatis indicari videtur. Quod quale sit, facile senties, si memineris *ἀτρόμητος* etiam *ἐπιθετικῶς* dici de *intrepido*. Antipater in Anthol. Palat. T. I. p. 270. *Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν*. SCHAEFER.

P. 270. v. 25. *Ἀτρόμητον*] *Ὁ Ἀτρομήτου* Aeschines simpliciter dicitur Choricio. V. Villoisoni Anecd. T. II. p. 52. SCHAEFER.

P. 270. v. 25. *σεμνῶς πάνυ*] *ἀσέμνως*, omissa altera voce, cum *γρ.* Paris. secundus. Videtur ille *εὐσέμνως* dedisse: sed exscriptor manum librarii haud est assecutus: aut adhaesit *α* e proximo *μητέρα*. REISK.

P. 277. v. 22. ἐταράχθη] Alii ἐπράχθη. WOLF. ἐτάχθη Guelph. Vindob. et Reg. α. TAYLOR. ἐτάχθη Paris. primus cum γρ. item August. primus. REISK. Reiskius Indic. Graecitat. pag. 490.: „id est συνεταράχθη." Infra p. 278, 15. ἡλίκα πράγματα ἡ μιαρὰ κεφαλὴ ταράξασα αὕτη —. ubi cave audias Marklandum. V. Bosii Ellips. p. 324., ubi quam Ruhnkenii notam citavi, eam Batavi nuper inseruerunt viri summi Opusculis pag. 762. s. Eadem ratione interpretatus sum δεινὰ ταράσσει Sophoclis Oed. T. 483. neque nunc poenitet interpretationis. SCHAEFER.

P. 277. v. 23. αὐτῶν τῶν Ἀμφικτυόνων] ubi soli et meri essent Amphictyones, nulli intermixti Macedones. Ergo tum Philippus aberat. REISK.

P. 277. v. 25. στρατιάν] στρατείαν August. quartus. REISK.

P. 277. v. 26. ἐπιοῦσαν] Sic correctum est in Weimarano pro ἀπιοῦσαν Ald. REISK.

P. 277. v. 26. ἐπὶ τὸν Φίλιππον — ἦγον] ad Philippum ducebant, h. e. ablegabant, clamantes ad eum esse redeundum, ad eum confugerent, eum imperatorem belli sibi deligerent. REISK. V. not. ad v. 27. SCHAEFER.

P. 277. v. 26. ἡγεμόνα] ἡγεμονίαν Lambin. TAYLOR. ἡγεμο-

νίαν vult Lambinus. REISK. Errasse Lambinum docet absentia articuli. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 277. v. 27. *ἦγον*] F. *ἀνῆγον*. MARKLAND. Simplex bene habet. Subaudias *τὸ πρᾶγμα*. Supra p. 125, 20. *οἱ μὲν ἐφ' ὑμᾶς ἦγον τὰ πράγματα, οἱ δ' ἐπὶ Φίλιππον*. SCHAEFER.

P. 278. v. 2. *ταῦτα*] *τοιαῦτα* Paris. tertius, August. quartus. F. voluerunt *τὰ αὐτά*. REISK.

P. 278. v. 4. *εὐθὺς ὁ Φίλιππος*] [*εὐθύς*.] *εὐθέως ὁ Φίλιππος* Vindob. *εὐθέως* etiam alii, Guelph. et *α*. In quibusdam post *εὐθὺς* sequuntur haec vocabula: *ὡς τοῦτο εἶδον οἱ*. De qua varietate proxime [ad v. 7.] agemus. TAYLOR. Pro *εὐθὺς* habent *εὐθέως* Paris. primus et quintus, August. primus, secundus, quartus. Post vocabulum *εὐθὺς* aut *εὐθέως* addunt haec duo vocabula, *ὁ Φίλιππος*, Paris. quintus, August. primus, secundus et quartus. Addidi *ὁ Φίλιππος*. REISK. Omisit Bekker. Et melius absunt. SCHAEFER.

P. 278. v. 4. *ὡς ἐπὶ* —] *tanquam in* —. Manifesto hic apparet vis particulae *ὡς*, quae alibi in hac formula obscuratur. SCHAEFER.

P. 278. v. 5. *ἐῤῥῶσθαι* —] Vide notas ad Demosthen. *π. παραπρεσβ.* p. 419, 12. et quae hic erudite congessit Tourrellius. TAYLOR. „cum interea Cirrhaeis et Locrensibus multa ad salutem spectantia dixisset" par nobile, Foulkes et Freind. *ἐῤῥῶσθαι φράσας πολλὰ* est: cum multam salutem dixisset. *having bid a long farewell. Ego vero multam salutem et foro dicam et curiae* Cicero ad Divers. VII. 33. *πολλὰ εἰπόντα χαίρειν τῷ ἀληθεῖ* Plato Phaedr. p. 212. l. 23. ed. Basil. prim. *ἐῤῥῶσθαι πολλὰ τοῖς νόμοις εἰπὼν* Demosthenes in Midiam pag. 526. l. ult. *τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν φράσαι τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ* Lucianus Pro lapsu int. salut. p. 519. ed. Salmur. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 222. *neglectis contemtisque Cirrhaeis et Locris.* Male Weiskius de Hyperb. II. p. 32. intellexit de bello remissius gesto, parum ille attendens significationem huius locutionis temereque antestans Wernsdorfium ad Himer. p. 34., qui phrasin bene interpretatur. SCHAEFER.

P. 278. v. 5. [*καὶ*]] Omittunt August. primus, secundus, quartus. REISK. Uncos amovit Wunderlichius: tueturque particulam Weiskius l. c. Magis probo Bekkerum, qui *καὶ* delevit. SCHAEF.

P. 278. v. 7. *εὐθὺς* — *Θηβαῖοι*] [*εὐθὺς Θηβαῖοι*.] Ita legunt Ven. Aug. Vindob.: *εὐθύς, ὡς τοῦτο εἶδον, οἱ Θηβαῖοι*. Iis quoque Codd. accensendi sunt optimi Guelph. et *α*. *ε*. ex Regiis, in quibus scriba voce *εὐθὺς* tam cito recurrente deceptus posuit post *εὐθὺς* v. 4. Ni fortasse id debeamus variarum lectionum excerptoribus. TAYLOR. Vulg. *εὐθὺς Θηβαῖοι*. *εὐθὺς ὡς τοῦτ' εἶδον οἱ Θηβαῖοι* Aldina Taylori, August. secundus. *εὐθέως ὡς τοῦτ' εἶδον οἱ Θηβαῖοι* Paris. primus et quintus, August. primus et quartus. De

supplemento consentiunt etiam Wolfenb. Vindob. et Venet. Addidi ὡς τοῦτ' εἶδον οἱ. REISK. Scilicet in margine adscripta, fortasse addito signo, quod indicaret inserenda esse post εὐθὺς v. 7., fuerunt qui oculis aberrantibus post εὐθὺς v. 4. insererent. In nulla enim, opinor, culpa sunt excerptores variarum lectionum. SCHAEFER.

P. 278. v. 7. καὶ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 278. v. 7. ἡμῶν] Sic etiam in August. primo est, unde Fabricius falso retulit ὑμῶν, quod est in editione P. Manutii. REISK.

P. 278. v. 8. ὥσπερ — ἅπαν] Aristides Τέχν. p. 184. sic recitat: ὥσπερ σκηπτὸς ἢ χειμάῤῥους ἅπαν (sine ἂν). REISK. Hoc pro ipsa Oratoris manu habet Toupius ad Longin. pag. 307. ed. Weisk. Sed Rhetoris memoriae fortasse obversatus est locus similis p. 292, 28. De v. χειμάῤῥους v. Dorvill. ad Chariton. pag. 551. ed. Lips. Alia huius comparationis exempla collegit Wyttenbachius in Iulianeis p. 192. s. ed. Lips., ubi χειμάῤῥου ab Iuliano recte scriptum attractionis vim non attendens perperam mutat in χειμάῤῥους. Homerus Il. XX. 251. s. ἀλλὰ τίη ἔριδας καὶ νείκεα νῶϊν ἀνάγκη νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον ὥστε γυναῖκας. ubi Cod. Vrat. A. librarius eadem qua ille chorda oberrans scripsit γυναῖκες. SCHAEFER.

P. 278. v. 10. εἰσέπεσε] ἐνέπεσε MSS. Ald. TAYLOR. ἐνέπεσε index Aldi, quod etiam index Pauli voluit exhibere, sed per socordiam omissum est: nam in texto Pauli signatus est hic locus asterisco, cui index nil respondet, ut centies factum est. REISK.

P. 278. v. 10. τότε γ'] [τότε.] τοῦτο Aug. Vindob. Si retineatur τότε, tum operae pretium erit Tourrellium, qui nonnulla non inscita aut iniucunda adtulit, de coniunctione istarum particularum νῦν et τότε consulere. Sed haec omnia optime expedi vit et felicissime vir ingeniosissimus, Ier. Marklandus, infra ad p. 292, 27. *) εἰ μὲν οὖν μὴ μετέγνωσαν κ. τ. λ. *Si igitur Thebani non mutassent sua consilia* —: ex eo autem, quod mutaverint [νῦν], *tunc cum represserunt.* TAYLOR. τοῦτό γ' August. primus et quartus. τότ' ἐξαίφνης (sine γε) August. secundus et Bavaricus. REISK. Egregie τό γ' Bekker. librorum bonorum auctoritate. *certe ne derepente irrueret:* nam quae post nobis acciderunt, ne sic quidem potuerunt impediri. SCHAEFER.

P. 278. v. 10. ἐπέσχον αὐτὸν ἐκεῖνοι] ἐπέσχεν ἐκεῖνος Paris. septimus sine media voce αὐτὸν, quam etiam omittunt Paris. primus et quintus, August. primus et quartus, item Bavaricus: sed in huius margine vulgata est cum γρ. REISK.

---

*) Voluit, opinor, p. 293, 20. SCHAEFER.

P. 278. v. 12. *καὶ δι' ἐμέ*] In priori editione Wunderlichius *καὶ* uncis inclusit, hac nota adscripta: „*καὶ* uncis inclusum tollendum censeo. Iunge *εἶτα μέντοι καὶ δι' ἐμὲ, ὅσον καθ' ἕνα ἄνδρα.*" In altera Dissenius et uncos removit et notam delevit. Recte. Bekkerus et post *μέντοι* et post *ἄνδρα* posuit hypostigmen: credo, quo magis appareret, prius *καὶ* esse *et*, posterius *etiam*. Quod si quis adhuc offendat, cogitet *εἶτα* esse i. q. *μετὰ τοὺς θεούς. post deos vero quantumque in uno homine situm erat, etiam meâ operâ.* SCHAEFER.

P. 278. v. 15. *ταράξασα*] Forte *πράξασα*. MARKLAND. V. not. ad p. 277, 22. SCHAEFER.

P. 278. v. 16. *οὐκ ἔδωκε*] *οὐ δέδωκε* August. primus, secundus et quartus. REISK.

P. 278. v. 16. *λέγε μοι*] *καί μοι λέγε* August. primus et quartus, item Paris. primus. REISK.

P. 278. v. 17. *ΔΟΓΜΑ*] *Δόγματα* Aldina Taylori, Paris. tertius, quintus, sextus, Bavaricus. REISK.

P. 278. v. 17. *ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΩΝ*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 278. v. 18. *Ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου κ. τ. λ.*] Totus hic versus cum sex proximis seu totum dogma abest ab August. primo. REISK.

P. 278. v. 18. *ἱερέως*] *Ἱεροκλέους* Paris. tertius. *Ἱέρωνος* August. quartus. Pro *ἱερέως* videtur aut *Ἱέρωνος* aut *Ἱεροκλέους* esse amplectendum. REISK. Hoc vix cuiquam probabit. SCHAEFER.

P. 278. v. 18. *ἐαρινῆς Πυλαίας*] Fortassis Amphictyones eodem anno saepius convenerunt. WOLF.

P. 278. v. 18. *Πυλαγόραις*] *πυλαγόροις* Bavaricus, August. quartus. REISK. *πυλαγόροις* Bekker. V. not. ad p. 277, 1. SCHAEF.

P. 278. v. 20. *τοῖς*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 278. v. 20. *καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων*] Post *τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων* sequitur in nonnullis *καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων.* Sunt autem Regiorum ε. et Ital. Harl. cum Lind. TAYLOR. Addunt haec verba August. secundus et quartus. Addidi. Erant ergo tres ordines: *οἱ πυλαγόραι*, magistratus quasi; *οἱ σύνεδροι*, assessores, quasi consiliarii Pylagorarum aut senatores nullo munere fungentes; denique *τὸ κοινὸν*, plebs. Neutri soli per se sine alteris quicquam valebant, neque optimates sine plebe, neque plebs sine illis. REISK.

P. 278. v. 21. *ἐπιβαίνουσιν*] *συμβαίνουσιν* August. quartus. *γρ. ἐπεμβαίνουσι* margo libri Lessingiani. REISK.

P. 278. v. 22. *ἐπελθεῖν*] *ἐλθεῖν* simplex Paris. sextus. REISK.

P. 278. v. 23. *Πυλαγόρας*] *πυλαγόρους* Bavaricus. REISK. *πυλαγόρους* Bekker. V. not. ad v. 18. SCHAEFER.

P. 278. v. 24. ὅρους *)] [ὅρκους.] ὅρους. WOLF. Pro ὅρκους [uti editi omnes] antiquum ὅρους, quae germana lectio est. Facilis autem fuit lapsus literarum adfinitate. OBSOP. ὅρους Ven. Reg. η. Harl. Guelph. Askew. TAYLOR. Vulg. ὅρκους. ὅρους (sine κ) Bavaricus, August. quartus, Aldina Taylori. Correxi ὅρους. Videtur olim in libris h. l. gemina esse versata lectio, ὅρους et ὅρχους: quae, quamquam et ipsa vitiosa, vitiosiorem ex se peperit. Sunt ὅρχοι series satorum, arborum, vitium. REISK. Hoc quam parum probabile sit, docet Lipsiensis typotheta, qui cum et ὅρους et ὅρχους ignoraret, (nam Graece indoctissimus erat,) tamen dedit ὅρκους. Omnino saepius deprehendi summam typothetarum cum librariis in errando conspirationem. Quae res nonnihil habet momenti ad auctoritatem veterum editionum iuste aestimandam. SCHAEFER.

P. 278. v. 24. Ἀμφισσεῦσι] Ἀμφισέσι August. quartus. REISK.

P. 278. v. 26. ἝΤΕΡΟΝ ΔΟΓΜΑ.] Titulus abest a Paris. tertio et septimo, item August. primo. REISK.

P. 278. v. 27. Ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου κ. τ. λ.] Totum hoc dogma usque ad versum 13. paginae 279. abest ab August. primo. REISK.

P. 278. v. 27. ἱερέως] Ἱέρωνος rursus August. quartus. E Parisinis hic nihil annotatum video, ut erat ad v. 18. REISK. V. not. ad v. 18. SCHAEFER.

P. 279. v. 1. Πυλαγόραις] πυλαγόροις Bavaricus, August. quartus. REISK. πυλαγόροις Bekker. V. not. ad p. 278, 18. SCHAEF.

P. 279. v. 1. καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων] Idem MS. Regius, qui supra insinuavit has voces p. 278, 20., hic delevit. TAYLOR. Verba καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων hic desunt Paris. quinto, August. secundo et quarto. V. ad p. 278, 20. REISK.

P. 279. v. 2. Ἀμφικτυόνων] Post h. v. Reiskiana et Wunderlichiana male habent signum coli. SCHAEFER.

P. 279. v. 2. οἱ ἐξ Ἀμφίσσης] Ἀμφισσεῖς August. quartus hic loci praeter morem suum sigma geminans. REISK.

P. 279. v. 2. χώραν] Post χώραν August. quartus addit καὶ. REISK. Natum est e proximo κατα. V. not. ad p. 270, 28. SCHAEF.

P. 279. v. 3. βοσκήμασι κατανέμουσι] Vulg. βοσκήματα νέμουσι: quod possit ferri subaudiendo ἐν αὐτῇ. Satius tamen visum est conformare hunc locum superiori p. 278, 22. Et βοσκή-

---

*) Sic corrig. ineptum illud ὅρκους, quod qui me effugere potuerit mirabili typothetae cum antiquis illis παραπαίοντος errore in nostram editionem illatum, non intelligo: nam a me non illatum esse quisque mihi credet etiam non iurato. SCHAEFER.

μασι pro βοσκήματα habet August. quartus. REISK. βοσκήμασι νέμουσι Wunderlich., in altera editione addità hac notà (Dissenii, ut opinor): „Verum est: βοσκήματα νέμουσι." Hoc dedit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 279. v. 4. ἐν] σὺν Paris. sextus cum γρ. REISK.

P. 279. v. 6. καὶ τὸν στρατηγὸν —] Utrum ἐτραυμάτισαν, an vero ἔδοξε πρεσβεῦσαι τὸν στρατηγόν? Sed tum τὸ καὶ abundabit. WOLF. Scrupulosae et levi emendationi Wolfianae merito se opponit Tourrellius. Nimis enim arbitrarie et licenter hic se gessit Wolfius, neque scio, quid ei in mentem venerit. TAYLOR. Verum hic viderat Wolfius, indignus iniqua et temeraria reprehensione, quae facile possit in obiurgatorem retorqueri. Modo locum tam diligenter, atque Wolfius fecerat, inspexisset sententiamque Wolfii melius percipere studuisset, non erat dubitaturus, quid Wolfio in mentem venisset, cui vera et recta haec in mentem venerant: καὶ si servetur, sententiam loci esse hanc: Cottyphum ipsum in vulneratis fuisse; sin autem deleatur, istam: Cottypho mandatam esse legationem ad Philippum. Prius si malumus, tum legatorum nullus erit nominatim appellatus, sed universe declaratum, esse decretum, ut legati ad Philippum mittantur, sine nomine cuiusquam sigillatim. Quid si sic legatur? τετραυματίκασι καὶ κατηκοντίκασι [nonnullos vulnerarunt, alios plane iaculis peremerunt], Κόττυφον —. ideo decretum est, ut Cottyphus legationem ad Philippum obeat. REISK. καὶ uncis incluserunt Wunderlich. et Bekker. Ego plane deleam ut sensum pervertens natumque, ut videtur, e duabus postremis syllabis vocabuli antecedentis. Nam si tenens copulam iungas τινὰς — καὶ τὸν στρατηγὸν —, primum absurdum est ducem vulneratum tam accurate describi, ut etiam patria eius nominetur, quasi quidquam referat, Arcasne dux an aliunde ortus vulnus acceperit: deinde scribendum fuit, non πρεσβεῦσαι (*legationem obire*), sed πρεσβεύσασθαι (*legatum s. legatos mittere*). SCHAEFER.

P. 279. v. 6. τὸν στρατηγὸν — Ἀμφικτυόνων] τὸν στρατηγὸν τῶν τῶν Ἀμφικτυόνων August. quartus cum parvulo spatio pro quarta voce, ut dubium sit, quid librarius ille suo in codice, unde exscribebat, habuerit: num plane defuerint illi tertia et quarta vox, an quartam non potuerit legere vetustate obsoletam, cuius rei causa spatiolum vacuum reliquerit. Pro quarta voce dat August. secundus εἰρημένον. REISK.

P. 279. v. 6. τῶν Ἀμφικτυόνων] ἐκ τῶν Ἀμφικτυόνων. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 279. v. 7. τὸν] τὸν prius abest ab August. quarto. REISK.

P. 279. v. 7. Ἀρκάδα] Interpunctionem post h. v. recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 279. v. 8. ἀξιοῦν, ἵνα βοηθήσῃ] i. q. ἀξιοῦν βοηθῆσαι.

Notanda constructio: nam est e rarioribus. Similia congessi in H. Stephani Thesauro c. 4488. D. SCHAEFER.

P. 279. v. 8. βοηθήσῃ] βοηθῇ August. quartus. REISK.

P. 279. v. 8. τε] γε August. quartus. REISK.

P. 279. v. 10. ὅπως] Non bene convenit ὅπως cum ἵνα. Planius utique fuisset sic dicturus: ἵνα βοηθήσῃ τῷ τε Ἀπόλλωνι καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσι παντὶ τρόπῳ καὶ μὴ περιΐδῃ —. REISK. Satis bene convenit ὅπως cum ἵνα. Verte: *ut auxilietur Apollini Amphictyonibusque, quo minus per ipsum liceat impiis Amphissensibus in deum peccare.* Cicero Epist. ad Famil. VII. 1. 17. *me quadam epistola subinvitaras —, ut aliquid ad te huiusmodi scriberem, quo minus te praetermisisse ludos poeniteret.* SCHAEF.

P. 279. v. 11. τὸν θεὸν πλημμελούμενον] V. infra pag. 283, 21. et H. Stephani Thesaur. c. 7720. A. Cum hoc loco compares e Platonis Phaedro p. 275. extr. HSt. πλημμελούμενος δὲ καὶ οὐκ ἐν δίκῃ λοιδορηθεὶς τοῦ πατρὸς ἀεὶ δεῖται βοηθοῦ. SCHAEFER.

P. 279. v. 11. διότι] ἀντὶ τοῦ ὅτι. quod et in Isocratico Archidamo notavi. WOLF. Infra p. 284, 1. πυνθάνομαι μέντοι, διότι —. V. H. Stephani Thesaur. c. 7010. s., ubi exemplorum huius usus quod satis sit congessi. Sunt qui διότι pro ὅτι positum in classicis scriptoribus aegre ferant: sed caveant ne videantur iusto fastidiosiores. — Ante διότι subaudi verbum dicendi. SCHAEFER.

P. 279. v. 17. *ΧΡΟΝΟΙ.*] Titulus hic abest ab August. quarto. REISK.

P. 279. v. 18. Ἄρχων — δεκάτῃ] Tota haec formula abest ab August. primo. REISK.

P. 279. v. 18. Μνησιθείδης] Μνησιθίδης August. quartus. REISK. V. not. ad p. 280, 16. SCHAEFER.

P. 279. v. 18. Ἀνθεστηριῶνος] Post h. v. male interpungitur: nam syntactice cohaerent μηνὸς — δεκάτῃ. SCHAEFER.

P. 279. v. 18. ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ] Infra p. 288, 29. Σκιροφοριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Vid. not. ad Demosthen. π. παραπρεσβ. p. 359, 17. TAYLOR.

P. 279. v. 19. Δὸς δή] δή abest ab August. quarto. Eius loco est δέ in Paris. primo cum γρ. REISK.

P. 279. v. 19. μοι] Abest ab August. primo. REISK.

P. 279. v. 19. ὡς] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 279. v. 20. ὑπήκουον] Post hanc vocem deficit Cod. Harleianus per plurimas paginas. TAYLOR.

P. 279. v. 20. ὁ] Omittit Bavaricus. REISK.

P. 279. v. 23. κοινά] τινά August. secundus. REISK.

P. 279. v. 23. καί] Omittit August. quartus. REISK.

P. 279. v. 25. δόξαντα] δόξαν August. quartus. REISK. Satis

congruenter omissioni copulae. Sed quis audiat librum huius notae, quando solus loquitur? SCHAEFER.

P. 279. v. 25. ποιεῖν] ποιεῖ habuit Benenatus, quod restituit Lambinus. TAYLOR. Vulg. ποιεῖ. ποιεῖν August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, unde repetiit index Lamb., edit. Wolf. Correxi ποιεῖν. REISK.

P. 279. v. 25. προσεποιεῖτο] Post h. v. plene interpungunt Reisk. et Wunderlich.: coli signum posuit Bekker. Recte: quae enim sequuntur non pendent a particula ὅτι v. 21. SCHAEFER.

P. 279. v. 26. παραδοὺς αὐτῷ οὗτος ἦν] παραδοὺς οὗτος ἦν αὐτῷ August. primus, secundus, quartus. REISK. αὐτῷ παρασχὼν οὗτος ἦν Bekker. SCHAEFER.

P. 280. v. 1. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.] Abest ab August. quarto. Nomen Philippi solummodo desideratur in Paris. primo, secundo, tertio, quinto, septimo, Bavarico, August. primo et secundo. REISK.

P. 280. v. 2. Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος κ. τ. λ.] Tota epistola ad versum 16. abest ab August. primo. REISK.

P. 280. v. 3. τοῖς δημιουργοῖς] τοῖς ἄρχουσιν ἢ δημαγωγοῖς. Nam magistratibus apud alias civitates alia et nomina fuerunt. WOLF.

P. 280. v. 5. συμμάχοις] Omisit August. quartus. REISK.

P. 280. v. 5. οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι] ὅτι ὅλοι ὄζουσιν. Alii Ἐπιζεφύριοι, alii Ἐπικνημίδιοι. WOLF.

P. 280. v. 6. πλημμελοῦσιν] πλημμελοῦντες Paris. septimus. REISK.

P. 280. v. 6. τοῦ] Wunderlichius: „Corrigendum puto τὸ τοῦ." Sic poterat esse: non oportebat. SCHAEFER.

P. 280. v. 7. ἐρχόμενοι] ἀνερχόμενοι Paris. septimus, si exscriptor recte vidit, neque finem proximi vocabuli χώραν bis vidit, quae semel esset scripta. REISK.

P. 280. v. 10. ἀμύνασθαι] ἀμύνεσθαι (in praes.) Aldina Taylori. REISK. Perplacet: nam antecedit βοηθεῖν. V. p. 367, 6. s. SCHAEFER.

P. 280. v. 10. εὐσεβῶν] δυσσεβῶν Paris. sextus cum γρ. ἀσεβῶν Paris. septimus. REISK. εὐσεβής de rebus rarius dicitur. V. Ind. Graecitat. p. 260. SCHAEFER.

P. 280. v. 11. συναντᾶτε] μοι inseruit sua auctoritate Lambinus: συναντᾶτέ μοι μετὰ τῶν ὅπλων. TAYLOR. Post συναντᾶτε addit index Lambini μοι, nescio quo auctore, nisi ipse est. REISK.

P. 280. v. 11. ἐπισιτισμὸν] Iuvabit conferre hos senarios Eubuli ad Harpocratione adductos, a Valesio autem scite admodum emendatos:

Ἡμεῖς ποτ' ἄνδρας Κεκροπίδας ἐπείσαμεν
Λαβόντας εἰς Ὑμηττὸν ἐξελθεῖν ὅπλα

Καὶ σῖτον ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν,
Ὡς χρυσοτεύκτου ψήγματος πεφηνότος.

TAYLOR.

P. 280. v. 12. *τετταράκοντα*] *τεσσαράκοντα* Bekker. SCHAEF.

P. 280. v. 13. *ἄγομεν*] Quod in H. Stephani Thesauro c. 790. C., ubi scripsi de confusione verborum *ἄγειν* et *λέγειν*, hic etiam locus allatus est, videtur fuisse cum *ἄγομεν* in *λέγομεν* vellem mutatum, fortasse motus Plutarchi loco [T. IV. p. 7. s. edit. Reisk. *ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ*, aut potius Latina huius loci interpretatione: *ut nos dicimus*. Sed non mutandum esse satis docent quae postmodum oblata ibidem citavi. Scilicet Plutarchus T. IV. p. 35. *τοῦτο μὲν ἐπηνωρθώσατο κελεύσας δεύτερον Ἀρτεμίσιον ἄγειν*. T. V. p. 639. *ἕκτῃ γὰρ ἀνῃρέθησαν, ἣν ἄγουσι Ῥωμαῖοι πρὸ δεκαοκτὼ καλανδῶν Φευρουαρίων*. *) Verte: *e nostris fastis*. Qua occasione lectores obtestor, ut caute utantur illa Collectaneorum farragine **), ne forte mihi affingant quae ego omnium primus sim aspernaturus. SCHAEFER.

P. 280. v. 13. *Βοηδρομιῶνος*] Iterum Corsinius Fast. Attic. Dissert. III. §. 21. 22. et Agonist. in Nem. §. 14. Videamus autem primo mensium seriem disertissimam atque eam anni portionem, quam vir ille doctissimus his rebus assignat.

Anthesterio, cui respondet Februarius praeterpropter.
Elaphebolio.
Munychio.
Thargelio.
Scirrhophorio.
Hecatombaeo.
Metagitnio.
Boëdromio, circa Septembrem.

Videamus porro rerum gestarum consequentiam.

ANTHESTERIONIS die XVI. Aeschines Pylagoras factus. Demosth. p. 279, 15.
Delphos proficiscitur.
Bellum Amphissense sive Amphictyonicum concitat.
Eapropter Graecorum imperator desideratur.
Id imperium Aeschinis astutia ad Philippum defertur.
Philippus eam potestatem nactus socios hac epistola convocat quasi contra Locros Amphissenses.
Iam robustior factus totius Graeciae dominationem meditatur.
Elateam occupat.

*) Add. T. II. p. 526. *ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν*. SCHAEFER.

**) Caute naviterque utentibus, credite mihi, non minus proderit, quam Vigeriana farrago profuit Hermanno: qui maiorem etiam fructum inde percepturus erat, nisi laboris impatiens multa neglexisset, quibus ego postmodum sic usus sum, ut plausus intelligentium mererer. SCHAEFER.

Trepidatur Athenis.

Thebanorum societas consiliis Demosthenis comparata.

METAGITNIONIS die VII. pugnatum est ad Chaeroneam atque actum est de libertate Graecorum. Plutarch. in Vita Camilli.

Igitur, ut concludit vir doctissimus, necesse est, ut exararet Philippus hanc epistolam inter Anthesterionis diem XVI. et Metagitnionis diem VII. Non contigit ante istam aeram, quia haec scripsit iam imperatoris Amphictyonici munere fungens. Neque rursus post bellum et infortunium Chaeronense: non potuit enim eos invitare ad commune bellum inferendum societatis iure, quos iam ipse debellaverat et libertate fortunisque exuerat. Itaque epistolam Boëdromione, qui Metagitnionem mensem cladeinque Chaeronensem sequitur, non dedit. Potuit fieri, ut Hecatombaeone scripserit; eumque igitur mensem, rationibus quibusdam ad eam rem ductus, in Demosthenis textu reponit. Verum certissimis argumentis evincam, hanc rem contigisse etiam ante mensem Hecatombaeonem, qui antevenit infortunium Chaeronense. Ecce:

Philippus, Amphictyonici belli imperator factus, primum occulte agit cum sociis, simulans, se Amphictyonicae causae studere.

Bellum parat contra Locros.

Phocide conventum statuit.

Subito conversus, Amphictyonico bello valere iusso, contra Graecos nec opinantes arma vertit atque Elateam, arcem munitissimam, occupat.

Iam ergo ante captam Elateam ad Peloponnenses atque socios literas dedit Philippus. Demosthenes enim disertissime scribit, eum, cum haec scripserit, dissimulatis insidiis, quas Graeciae struxerat, videri Amphictyonica mandata exsequentem: *ταῦτ' ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τοὺς Θηβαίους καὶ ὑμᾶς πράττειν ἀπεκρύπτετο, κοινὰ δὲ καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσι δόξαντα ποιεῖν προσεποιεῖτο.* pag. 279, 22. Atque eadem pariter ex literis ipsis Philippi colligimus. Iam autem ELATEA CAPTA EST ANTE MENSEM HECATOMBAEONEM. Nam cum nuncius Athenas de ea re esset perlatus et tanta facta civium consternatio, Senatum Coss. indicunt. Deliberantibus visum est consultissimum, ut Thebanos, si qua ratione id fieri potuisset, in societatem contra Philippum adsciscerent. Quae res immortale istud decretum peperit, ubi Demosthenis fides et prudentia explorata est maxime, de mittendis Thebas legatis, conservatum in hac oratione verbis expressis pag. 288. et sequentibus. Id autem S. C. aperte dicitur esse latum Scirrhophorionis die XVI. Ergo ante eum mensem vel saltem eo ineunte capta est Elatea, adeoque ante Hecatombaeonem, qui Scirrhophorionem sequitur, exarata haec Philippi epistola. Nihil hac argumentatione certius esse possit. Itaque non hic reponemus *Ἑκατομβαιῶνος* loco *τοῦ Βοηδρομιῶνος*, ut voluit vir ille clarissimus. Proximum est, ut dispiciamus, utrum necesse est, ut facesseret atque e loco

suo cederet Boëdromio. Ego omnino aliter statuo. Hae res non, ut rem reputavit Corsinius, intra spatium VIII mensium sunt concludendae: non. Nimirum intra Aeschinis munus pylagoricum et res infeliciter Chaeroneae gestas, non VIII, sed XX menses intercedebant. Nam Theophrasto Archonte Olymp. CX. 1. missus est Pylagoras, Archonte autem Chaeronda Olymp. CX. 3. pugnatum est Chaeroneae.

	Olymp.
Theophrastus	CX. 1.
Lysimachides	2.
Chaerondas	3.

OLYMP. CX. 1.

Ἐπὶ Θεοφράστου ἄρχοντος Πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυῤῥάσιον καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον καὶ τρίτον μετὰ τούτων ἐμέ. Aeschin. c. Ctesiph. pag. 505. ult.

OLYMP. CX. 2.

Lysimachide Praetore captam esse Elateam disertissime testantur Dionysius Halicarnassensis et Diodorus Siculus: ille Epistol. ad Ammaeum, hic XVI. 84. Id vero contigit, ut vidimus, iuxta Scirrhophorionem sive Iunium, mensem anni postremum; et eadem aestate, anno autem vertente,

OLYMP. CX. 3.

Chaeronda Praetore, pugnatum est Chaeroneae, ut omnes norunt. Ergo mense Boëdromione Olymp. CX. 2. exarari potuerunt literae Philippi, ea nempe aestate, quae consecuta est vernum istum conventum Amphictyonicum, in quo Aeschines imperium Philippo comparabat, et diutius, antequam Elatea occuparetur et Philippi consilia patefierent. Eo igitur errore, si fas mihi sit homini doctissimo atque accuratissimo erroris dicam scribere, eo tamen abreptus est Corsinius, quod munus Aeschinis pylagoricum Olymp. CX. 2., non Olymp. CX. 1., ut debuit, assignaverit. Attamen disputatur, Loum, Macedonum mensem, non Boëdromioni respondere Atticorum, sed, quod Corsinius voluit, Hecatombaeoni. Ecce enim: natus est Alexander iuxta Plutarchum in Vita pag. 7. edit. Bryan. *ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ.* Et memoriae etiam proditur, quo tempore de filio nato, eodem de victoria quoque Olympica nuncium Philippo adferri. Mensis autem Olympicus erat Hecatombaeo. Et proinde constat, non alium potuisse, si vellet, Plutarchum mensem Atticum Macedonico Loo opponere praeter ipsum Hecatombaeonem. Sed mihi videntur bene agere superiores illi, aut dii, aut diis similes, Chronologi, Scaligerum, Petavium, Usserium, Dodwellum intelligo, qui distinguunt inter lunares Macedonum et solares annos; cuius distinctionis ratione habita, fieri potuit, ut Lous Macedonicus hac ratione Hecatombaeoni, illa Boëdromioni adinvicem responderet. Praeterea cum non adeo distent Hecatombaeo et Boëdromio, (unicus enim mensis, Metagitnio, interseritur,) cre-

diderim sane, tum ob imperitiam veterum in rebus chronologicis astronomicisque adeoque frequentem intercalandi necessitatem, tum vere propter hoc, quod non necesse est, ut supputemus utrosque menses, Atheniensium Macedonumque, pariter, id est, eodem die, incipere et pariter finire, (immo contingere videmus in Kalendario Romano Atticoque, ut unius gentis menses ordirentur, *μεσούντων τῶν τῆς ἑτέρας*,) his rebus, inquam, adducor, ut crederem, non esse opus, ut in textum Demosthenis gravius aliquod statuamus. Uno mense, vel Attico, vel Macedonico, protruso et promoto ob accuratiorem calculum introducendum, Lous, qui modo Hecatombaeoni iuxta Plutarchum obvertebatur, iam aliquot dieculas cum Boëdromione haberet communicatas. Ille ipse Plutarchus, qui in Vita Camilli Boeotorum Panemum Metagitnioni Atticorum adglutinat pag. 305. edit. Bryan. Tom. I., idem rursus in Aristide pag. 315. Tom. II. Boëdromioni istius populi respondere ait. Verba eius merentur, ut hic a me describerentur: *ταύτην τὴν μάχην* (Plataïcam nempe) *ἐμαχήσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ᾽ Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος*: maxime autem propter id, quod sequitur: *τὴν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀνωμαλίαν οὐ θαυμαστέον, ὅπου καὶ νῦν, διηκριβωμένων τῶν ἐν ἀστρολογίᾳ μᾶλλον, ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν.* Antequam meam orationem finiam, tria sunt, quae lectorem admonitum esse velim. Primum sit: Cum celeberrimo Corsinio miror, perspicacissimos illos viros, quos modo memoravi, arbitrari potuisse, epistolam hanc Philippi quidquam cum bello Phocensi sive sacro habere commune, quod octo ad minimum ante annos confectum erat et conclusum. Deinde: Cum Corsinius duabus contra Boëdromionem rationibus pugnet, tum quod computo Macedonico adversetur, tum quod ultra mensem Metagitnionem produci non potuit aut debuit ea epistola, ideoque arbitrabatur, eam Philippum consignasse mense Hecatombaeone, ego autem Hecatombaeone exarari non potuisse demonstravi, verum ante eum mensem, Scirrhophorione putassis, Thargelione, Munychione, aut demum Elaphebolione, cum haec, inquam, ita se habeant, non tamen interea nego, potuisse dari mense quidem Hecatombaeone, verum mense Hecatombaeone anni Olymp. CX. 2., non istius, quo res ad Chaeroneam infeliciter erant gestae. Ego enim negotio isti Amphictyonico (idque monumentorum fide certissima) spatium annum ultra assigno, quam assignaverit Corsinius. A quo tamen semper invitus discedo, quod hominis istius insignem modestiam, humanitatem caeterasque virtutes valde sum admiratus, tum quod illi solertiam incredibilem atque in his rebus peritiam longe supra meam sortem modumque contigisse videam. Denique (namque erat tertium, quod observatum volui): Constat totum hunc computum a nobis esse institutum atque initum iuxta aeram Atheniensium antiquam et primaevam. Nam Anthesterione, Februario, proficiscitur Ae-

schines ad conventum vernum Delphis celebrandum: Scirrhophorione Philippus Elateam occupat, Metagitnione dimicat, id est mensibus aestivis, Iunio scil. et Augusto. Ergo monumenta, quae hic occurrunt, non adripuerunt eum vulgarem computum, de quo plura disserui ad pag. 235, 2. et quem ibi adduxi ad has et similes discordias sedandas. Noluerim sane dici, solerter admodum tale commentum a me esse excogitatum et machinam esse utrinque aptissimam, sive eam adplicuero, sive ab ea adplicanda abstinuero. Verum lector meus bonus et aequus potius et hoc quoque adponet iis rationibus, quibus me olim adductum esse confirmavi, ut existimarem, hanc Demosthenis editionem, qua utimur, e duabus esse consutam et concinnatam. Adeo saepe, adeo vehementer sibi ipsi contrariatur. TAYLOR. V. Boeckhii Dissertat. de temporibus Midianae in Actis Histor. Philolog. Academ. Boruss. ann. 1818. 1819. p. 93. s. Tetigit etiam Weiskius de Hyperb. III. p. 18. SCHAEFER.

P. 280. v. 15. *Πανέμου*] *πανήμου* Bavar. REISK.

P. 280. v. 15. *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι κ. τ. λ.*] Converti ex coniectura: *Qui se autem nobiscum non coniunxerint, eos hostium numero habebimus; eos vero, qui consiliis nostris non paruerint, mulctabimus.* Sive pro *πανδημεὶ* legas *πολεμίοις*, sive pro *κειμένοις χρωμένοις, ἢ, πειθομένοις*, non satis intelligo. Neque etiam placet *τοῖς δὲ συμβόλοις*, *qui nostris* tesseris *usi non fuerint.* Melanchthon: *Si qui non venient, omnium rebus, ut hostium, utar; auctores vero, ni ad nos accedatis, mulctabo.* Perionius: *Qui nobis non occurrerint, iis passim utemur; qui nobis auctoribus communis consilii non assentientur, eos mulctabimus.* Ego me hunc locum non intelligere fateor *). Sed si Scrimgeri emendationem sequaris, quae eiusmodi est: *τοῖς δὲ ἡμῖν συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα συμβούλοις, τοῖς δὲ μὴ προσθεμένοις ἐπιζημίοις*, aliquis sensus elici ex his verbis potest, etsi nec *τὸ πανδημεὶ* nec *τὸ συμβούλοις* satis placet. WOLF. Edi solebat: *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα, τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν μὴ κειμένοις ἐπιζημίοις.* Ita Aldus et Benenatus. Ita Felicianus quoque, nisi quod *χρωμένοις* loco *τοῦ κειμένοις.* Et MSti similiter omnes fere, Ital. Regii, Lindenbr. etc. In nonnullis deest, uti solet, tota epistola. Dionysius Lambinus, dum hariolationi indulgebat, in uno loco non longe aberrat, in altero ineptit plane: *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα συμβούλοις, τοῖς δὲ μὴ συγκειμένοις ἐπιζημίοις.* Wolfius, Scrimgeri auctoritate fretus, primus sustinuit evulgare id, quod, licet longe distet a recepta lectione, ad veritatem tamen prope accedit. Certissimum est tamen, diu inveterasse eam, quam damnat Wolfius et eiecit. Ulpianus enim, dum exponere voluit, ita: *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι*] *τοῖς μὴ συνελθοῦσι, κολάσομεν κοινῇ συναθροισθέν-*

---

*) Idem queritur Wolfius ad p. 213, 15. SCHAEFER.

τες. Interea Interpretes: Etruscus: *E di quelli, che non ci verranno incontro, ne prenderemo partito insieme con tutto il consiglio.* Anonymus: *His quidem, qui obviam ire noluerint, passim utemur; consiliarios autem, qui a nobis non stabunt, damno afficiemus.* Lambinus sane noluit a sua coniectura recedere: *Eorum igitur, qui, non manu facta et multitudine armata, se tamen nobis adiunxerint, consilio utemur; qui vero ab hac societate refugerint, eos male mulctabimus.* Denique sic se habebat velus Wolfii tralatio: *Qui se autem nobiscum non coniunxerint*, etc. ut modo vidimus. Haec sunt fere, quae lectori ob oculos sisterem, ut intelligat, quid omnes, quos consulere potui, de hoc loco statuerint sive adnotando sive interpretando. Nemo erit, qui dubitet de redintegratione prioris membri, invitis Ulpiano et Codd. Attamen in posteriori illud προσθεμένοις nimis audax et temerarium esse crediderim: aliquid tamen erat istiusmodi. Hoc saltem profecimus, ut animum Philippi, qualis fuerit, iam certissime deprehendamus, (quem enim fugere potest?) licet de vocula una aut altera restiterit lis et dubitatio. TAYLOR. Locum hunc, si quis alius est in Demosthenicis, perquam difficilem et corruptum sic edidit Wolfius et secundum eum Taylorus: τοῖς δὲ ἡμῖν συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα συμβούλοις, τοῖς δὲ μὴ προσθεμένοις ἐπιζημίοις. In Schedis Scrimgeri sic fuit, ut ausus est Wolfius edere. Iam afferam, quid mihi varietatis obvenerit in libris meis. μὴ posterius, quod est v. 16., omittunt Paris. septimus, August. secundus, Bavaricus. Postremam partem sententiae sic exhibet August. quartus: τοῖς δὲ μὴ συμβούλοις ὑμῖν κειμένοις ἐπιζημίοις: id quod etiam in margine libri Lessingiani reperi. Felicianum secutus est P. Manutius, qui quamvis huic loco appinxisset asteriscum, nil tamen curavit in indice referre, quod ei responderet. Locum hunc prorsus desperatum, quem sanare non possem, reliqui, qualem inveni. REISK. In re tam desperata licebit esse audaculo. Lego: τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα ἐπιζημίοις. *Qui autem non venerint cum omnibus copiis, eos tractabimus ut mulctae obnoxios.* Vides, quam rotundâ vereque Philippicâ clausulâ haec epistola finiatur. Xenophon Hellen. V. 2. 21. εἰ δέ τις τῶν πόλεων ἐκλίποι τὴν στρατιὰν, ἐξεῖναι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιζημιοῦν στατῆρι κατὰ τὸν ἄνδρα τῆς ἡμέρας. Deleta illa, τοῖς δὲ συμβούλοις ἡμῖν μὴ κειμένοις, quae et densissimis tenebris locum obscurant nec congruunt epistolae tenori, unde quâve de causâ pedem intulerint, quaerant, quibus maius est otium aut plus acuminis. Nolo enim, quamvis facile sit, ludere coniectando. SCHAEFER.

P. 280. v. 15. πανδημεὶ] i. q. πανστρατιᾷ. Xenophon Hellen. II. 2. 7. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐξῄεσαν πανδημεί. SCHAEFER.

P. 280. v. 15. χρησόμεθα — ἐπιζημίοις] De hoc usu verbi χρῆσθαι cum duobus dativis v. not. ad p. 213, 15. SCHAEFER.

P. 280. v. 16. μὴ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 280. v. 16. *ἐντυχεῖτε*] Post h. v. repetit August. quartus tempora e p. 279, 18., scilicet haec verba: *Ἄρχων Μνησιθίδης, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ.* REISK.

P. 280. v. 17. *μὲν*] Abest ab August. secundo. REISK. Malim deletum. SCHAEFER.

P. 280. v. 17. *προφάσεις*] non *praetextus*, sed *causas*. SCHAEF.

P. 280. v. 17. *εἰς δὲ τὰς*] *οὐδὲ ταύτας* August. quartus. REISK.

P. 280. v. 18. *καταφεύγει;*] Non haec interrogatio est. Recte interpunxerunt Dissenius et Bekkerus. V. Wunderlichius praefat. p. XVI. et not. ad p. 239, 13. SCHAEFER.

P. 280. v. 18. *τίς οὖν — ἐνδούς;*] Citat Tiberius pag. 49. SCHAEFER.

P. 280. v. 18. *οὖν*] *ἦν* Reg. ε. Forte utrumque: *τίς οὖν ἦν ὁ ταῦτα παρασκευάσας —;* Nam ita scribunt, non *συμπαρασκευάσας*, Guelph. et Vindob. TAYLOR. *οὖν* abest ab August. quarto et Schedis Scrimgeri. REISK.

P. 280. v. 18. *συμπαρασκευάσας*] Simplicius *παρασκευάσας* dant August. primus et Schedae Scrimgeri. *κατασκευάσας* August. secundus. REISK. *συγκατασκευάσας* Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 280. v. 20. *ἐνδούς*] *δούς* Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 280. v. 22. *ὑφ' ἑνὸς — ἀνθρώπου*] *τοῦ Φιλίππου*. SCHAEF.

P. 280. v. 22. *τοιαῦτα*] *ταῦτα* August. quartus. REISK.

P. 280. v. 23. *ἀλλ' ὑπὸ — παρ' ἑκάστοις*] *ἀλλὰ πολλῶν καὶ πονηρῶν καὶ τῶν παρ' ἑκάστοις* Aldina Taylori. REISK.

P. 280. v. 24. *οὗτός*] *οὑτοσί* Bekker. SCHAEFER.

P. 280. v. 25. *ἐστιν*] Abest ab August. quarto. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 280. v. 26. *ἀλιτήριον*] *ἀλητήριον* August. quartus. REISK. I. q. poëticum *ἀλάστορα*, qua voce ipse Orator passim utitur. SCHAEFER.

P. 280. v. 28. *οὗτος ἦν*] [*οὗτος.*] Iterum *ἦν* habet Cod. Reg. ε. TAYLOR. Post *οὗτος* addunt *ἦν* August. secundus et quartus. REISK. Omisit Wunderlichii altera et Bekker. Recte: est enim sententia generalis. SCHAEFER.

P. 280. v. 28. *κακῶν*] Non detrimento nostro abest a MSS. β. η. vox ista *κακῶν*. TAYLOR. Item abest a Bavarico. REISK. Uncis inclusum habet Wunderlichii altera. Delevit Bekker. Recte: ob eandem causam, ob quam *ἦν* delendum fuit. Choricii imitationem huius loci v. in Villoisoni Anecdotis T. II. p. 55. SCHAEF.

P. 281. v. 1. *ἰδόντες*] *εἰδότες* Paris. sextus. REISK.

P. 281. v. 1. *πολύ τι — τῆς ἀληθείας*] Tiberius p. 20. citat sic scripta: *ὡς ἔοικε, πολύ τι σκότος ἐστὶ παρ' ὑμῖν πρὸ τῆς ἀληθείας.* SCHAEFER.

P. 281. v. 1. τι] τὸ margo Lutetianae sine auctore. REISK.

P. 281. v. 1. σκότος] σκόπας [ut Aldus] manifestus error est, cum legendum sit vetusti exemplaris testimonio σκότος. Quod etiam verborum sensus requirit. Ait enim, *multis tenebris veritatem Atheniensibus esse obscuratam.* Fortasse nonnulli Codd. habuere σκέπας, quae lectio esset tolerabilior priore: *multis tectoriis involutam veritatem.* OBSOP. σκέπας Askew. TAYLOR. σκόπας Ald., quod corrector Weimaranus mutat in σκότος, forsitan ex edit. Felic. aut Manut. aut codice Obsopoei, qui sic dedit. Proxime ad lectionem Ald. dat σκέπας Askew. REISK.

P. 281. v. 2. ὥς ἔοικεν] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 281. v. 2. ἔστι] ἐστὶ Reisk. Wunderlich. et Bekker. SCHAEF.

P. 281. v. 6. μὲν] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 281. v. 6. ἕνεκ'] Dissenium in altera Wunderlichii editione dedisse ἕνεκα miror: nam quam ipse Wunderlichius causam affert Append. p. 197., ea nihili est. ἕνεκ' ἂν Bekker. ex optimo libro. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 281. v. 6. ἀκούσετέ] [ἀκούσαιτέ.] Ita Wolfius tacite, renitentibus editis, qui ἀκούσετέ. Interea Guelph. cum Regg. α. ε. ἀκούσατέ. TAYLOR. ἀκούσατέ August. primus, secundus, quartus. REISK. ἀκούσαιτέ Bekker. Elmsleius ad Aristophan. Acharn. 294.: „Scribendum, εἰκότως ἂν ἀκούσαιτέ μου.“ Bene, nisi quod ἂν, optimo libro iubente, alio fuit loco ponendum. Quod autem idem Elmsleius activam futuri formam Graecam esse negat, fallitur: monuitque G. Dindorfius, recentiores ea usos esse. Recentiores cum diceret, intellexit, credo, etiam Alexandrinos. Nam e Lycophrone exempla huius usus citavit Iacobsius praefat. ad Antholog. Palat. p. L. Sed qui ante Lycophronem usurpaverit, adhuc novi neminem. SCHAEFER.

P. 281. v. 7. εἰ ἐγὼ μὲν — ἀνέξεσθε] Citant Anecd. Bekk. p. 121, 18. SCHAEFER.

P. 281. v. 7. τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων] Poterat brevius scribere τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν πόνους: sed maluit illo modo ob solennem oppositionem τῶν ἔργων et τῶν λόγων. SCHAEFER.

P. 281. v. 8. μηδὲ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 281. v. 8. τοὺς λόγους αὐτῶν] *sermones de illis.* Ὁ μὲν τοίνυν τοῦ πράγματος λόγος — p. 1089, 29. V. not. ad Sophocl. Antig. 11. et Musgrav. ad Euripid. Ion. 638. (650.) SCHAEFER.

P. 281. v. 11. πραττόντων] Hoc malo, quam ταραττόντων. WOLF. φρονούντων MSS. Ald. Guelph. Aug. Vindob. et Regii α. ε. TAYLOR. φρονούντων index Aldi, August. primus, secundus et quartus. Sed in primo primae quatuor literae scriptae erant super rasura, verumtamen ab eadem antiqua manu. Videtur quoque hoc φρονούντων in indice annotare voluisse P. Manutius:

nam in texto locum hunc asterisco signavit, cui nihil in indice respondet, ut persaepe fit. REISK. φρονούντων Bekker. SCHAEFER.

P. 281. v. 11. ἑκατέροις — ἀμφοτέροις] Discrimen horum vocabulorum discant tirones ab Ammonio p. 14. s. SCHAEFER.

P. 281. v. 12. ἦν] Post ἦν addit παρ' Paris. quintus. REISK.

P. 281. v. 13. ἐᾷν] ἐῶν P. Manutius. REISK.

P. 281. v. 13. παρορῶντας] προορῶντας Paris. septimus. REISK.

P. 281. v. 15. ἀλλήλοις] ἀλλήλους Paris. primus cum γρ. REISK.

P. 281. v. 16. γενήσεται] γενήσηται Reg. γ. γένηται ε. TAYLOR. γένοιτο Bekker. SCHAEFER.

P. 281. v. 17. μόνον] Abest a Paris. quinto, August. secundo. REISK.

P. 281. v. 18. καὶ] Prius καὶ de meo addidi. REISK. Omiserunt Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 281. v. 20. βουλομένους] βουλευομένους Paris. quintus. REISK.

P. 281. v. 20. ταύτην τὴν φιλίαν] Atheniensium cum Thebanis. REISK.

P. 281. v. 20. καὶ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 281. v. 20. περὶ τῶν ἄλλων —, εἰς τοῦθ' ὁμογνωμονοῦντας] περὶ μὲν τῶν ἄλλων —, τοῦτο δ' ὁμογνωμονοῦντας. WOLF.

P. 281. v. 21. ἑαυτοῖς] ἀλλήλοις. SCHAEFER.

P. 281. v. 21. εἰς τοῦθ'] [τοῦτο.] εἰς τοῦτο Regii Codd. α. ε. ζ. cum Aug. et Vindob. TAYLOR. Vulg. τοῦτο. εἰς τοῦτο August. primus, secundus, quartus. εἰς addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 281. v. 21. ὁμογνωμονοῦντας] ὁμολογοῦντας August. secundus. REISK.

P. 281. v. 22. ἀεί] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 281. v. 22. οὓς σὺ — παρηκολούθεις] Aliud agebat Lobeckius ad Phrynich. p. 354., cum iungens οὓς παρηκολούθεις, si quis Demostheni reddere vellet περιηκολούθεις, hoc refelli posse negaret. Vulgata enim est sanissima accusativusque regitur a participio κολακεύων. Est hic locus de genere eorum, quorum constructionem expedivit Porsonus ad Euripid. Med. 734. V. not. ad p. 287, 1. SCHAEFER.

P. 281. v. 22. ὦ] ὡς Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 281. v. 22. κίναδος] κίναιδος Guelph. Aug. Vindob. Regiorumque ε. Vide notata ad Aeschinem p. 557. TAYLOR. κίναιδος August. primus et quartus. REISK. Citat h. l. Photius c. 123., ubi κατὰ mutandum in ὑπὲρ. SCHAEFER.

P. 281. v. 22. *κολακεύων*] *καὶ κολακεύων* Paris. primus. REISK. Particulam peperit antegressum *ς*. SCHAEFER.

P. 281. v. 23. *αἰσχύνῃ*] *αἰσθάνει* Bekker. ex uno, sed melioris notae, libro. Vulgata tamen mihi videtur praestabilior. SCHAEFER.

P. 281. v. 26. *τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον — τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν*] Ne quem offendat positura abnormis particularum *μὲν* et *δὲ*, sciat Oratorem duo haec periodi membra consulto sic iunxisse. Cum enim vulgaris ordo hic fuisset: *ποιήσαντος μὲν τούτου τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, συμπεραναμένων δὲ* —: Demosthenes ordinem ita invertit, ut artificium struendae orationis appareat eximium. Nam vide mihi, quam egregie nunc sibi respondeant ex adverso tanquam ad amussim architectonicam posita *τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον* et *τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν, τούτου* et *τῶν ἄλλων, ποιήσαντος* et *συμπεραναμένων*. V. not. ad p. 330, 22. SCHAEFER.

P. 281. v. 28. *αὐτῷ*] *αὐτῶν* Paris. septimus. REISK.

P. 281. v. 28. *τὴν*] Malim *διὰ τὴν*. Nescio quoque, an *ἡμετέραν* addendum sit, ut sit: *διὰ τὴν ἡμετέραν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν*. Nam alias pendent hi accusativi, quoniam *συμπεραναμένων* ad *πόλεμον* refertur. REISK. Omnia falsa. V. not. ad v. 26. Non pendere accusativum dudum intellexerant Budaeus et H. Stephanus. V. huius Thesaur. c. 7482. A. SCHAEFER.

P. 281. v. 28. *τοὺς*] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Recte delevit Bekker. prospiciens membrorum concinnitati: quippe sibi inter se opponuntur *ἐν Ἀμφίσσῃ* et *πρὸς Θηβαίους*. SCHAEFER.

P. 281. v. 28. *συνέβη*] F. *συνέβη ἄν*. *evenisset*, vel *videtur eventurum fuisse, ut Philippus ob nostrum erga Thebanos odium in agrum nostrum invaderet*. REISK. Fallitur. Verte: *ut Philippus adversus nos castra moveret* s. *iter faceret*. Conf. pag. 282, 12. 27. SCHAEFER.

P. 282. v. 2. *αὐτοὺς*] Vulg. *αὐτούς*. *αὐτοὺς* abest a Paris. primo, August. primo et quarto. Eius loco dat *ἑαυτοὺς* Paris. septimus. *αὑτοὺς* cum aspero Ald. et August. secundus, item Bavaricus. REISK. *ἑαυτοὺς* Wunderlichii posterior. V. Bremius ad pag. 52, 16. SCHAEFER.

P. 282. v. 3. *ἠδυνήθημεν*] *ἐδυνήθημεν* August. primus et secundus. REISK.

P. 282. v. 3. *οὕτω μέχρι πόῤῥω*] *οὕτω* referendum ad *πόῤῥω*. Passim *οὕτω* a sua voce dirimitur aliâ intersertâ. Infra pag. 301, 27. *οὕτως ἐπεπείσμην μέγαν εἶναι τὸν κατειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν*. ubi v. not. Xenophon Cyrop. II. 2. 13. *οὕτως ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις*. Synesius Epist. 44. (citatus a Boissonado ad Philostrati Her. p. 517.) *οὐχ ἕτερος οὕτω τρόπος θεομισής, ὡς* —. Postponitur suae voci, simul aliâ intersertâ, in Xenophontis Hellen. VI. 1. 15. *ὃς φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν* —. de quo loco v. not. ad p. 376, 7. SCHAEFER.

P. 282. v. 3. *τὸ πρᾶγμα*] Absunt haec a Paris. primo et August. primo. Loco eius dant *τὴν ἔχθραν* Paris. quintus et August. secundus. Textum Bavarici cum vulgata facit, sed in margine est altera lectio cum *γρ.* Si omittas, *προάγειν* h. l. non significabit *producere, promovere,* sed *procedere, progredi.* REISK.

P. 282. v. 5. *τουτωνὶ*] *τούτων* Paris. primus et quintus. REISK.

P. 282. v. 6. *καί μοι — λαβών*] Haec et reliqua omnia usque ad *Λέγε δὴ καὶ τὰς ἀποκρίσεις* p. 283, 9. desunt August. primo et eorum loco haec sunt: — *εἴσεσθε. λέγε δὴ καὶ τὰς ἀποκρίσεις. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΨΗΦΙΣΜΑ. Οὕτω διαθεὶς ὁ Φίλιππος* —. V. p. 284. v. 14. REISK.

P. 282. v. 6. *λέγε ταῦτα λαβών*] Plato Theaetet. p. 286. ed. Heind. *λαβὲ τὸ βιβλίον καὶ λέγε.* V. not. ad p. 234, 27. SCHAEFER.

P. 282. v. 8. *ΨΗΦΙΣΜΑ.*] Titulus abest ab August. quarto. REISK.

P. 282. v. 10. *βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ*] Subaud. *ἀνηνέχθη πρὸς τὸν δῆμον.* Durum aliquando mihi visum fuit et abhorrens sic dici: *ex auctoritate senatus — relatum est ad plebem* aut *rogatio facta est — ut placeret senatui atque populo iubere* —. Quapropter suspicabar, duo vocabula *βουλῆς καὶ* delenda esse, ut esset solummodo *ex auctoritate strategorum.* Verumtamen re melius pensitata censeo, non incommodam hanc esse sententiam: *auctoritate senatus et strategorum rogationem esse latam ad populum, qua populus rogaretur, ut vellet atque iuberet exarari plebiscitum in hanc formulam: placuisse senatui atque populo* —. REISK.

P. 282. v. 11. *γνώμῃ*] Post h. v. Bekkerus posuit subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 282. v. 11. *ἃς*] *τινὰς* index Aldi, editio Feliciani, Schedae Scrimgeri. REISK.

P. 282. v. 11. *κατείληφε*] *κατειλήφει* Paris. quintus. REISK.

P. 282. v. 12. *τινὰς*] *ἃς* index P. Manutii. REISK.

P. 282. v. 12. *πορθεῖ*] *oppugnat.* Diodorus Sicul. XV. 4. in. *πολιορκίαν συνεστήσαντο πρὸς τῇ Σαλαμῖνι καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθουν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν.* SCHAEFER.

P. 282. v. 12. *κεφαλαίῳ δὲ*] *quod autem ceterorum omnium caput est.* SCHAEFER.

P. 282. v. 12. *δὲ*] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 282. v. 13. *παραγίγνεσθαι*] *παραγενέσθαι* Paris. quintus. REISK.

P. 282. v. 15. *τοὺς ὅρκους*] Omittunt Schedae Scrimgeri. REISK.

P. 282. v. 15. *καὶ*] *καὶ* posterius eaedem Schedae omittunt. REISK.

P. 282. v. 16. δεδόχθαι] δεδόχθω August. quartus. REISK.

P. 282. v. 17. πέμπειν] πέμψαι Meermann. edit. P. Manutii. REISK.

P. 282. v. 17. κήρυκα καὶ πρέσβεις] Vulg. πρέσβεις. κήρυκα καὶ πρέσβεις Meermann. edit. P. Manutii. κήρυκα καὶ addidi. REISK. Uncis inclusit Wunderlich. Recte delevit Bekker., etsi duobus in Codd. repererat. Nam si haec verba essent genuina, nominaretur ὁ κῆρυξ in fine huius psephismatis, ut factum est in eo quod sequitur. SCHAEFER.

P. 282. v. 20. τὸ] τῷ Paris. tertius. REISK.

P. 282. v. 20. χρόνον] χρόνους Paris. septimus. REISK.

P. 282. v. 20. ποιήσασθαι] ποιεῖσθαι Paris. septimus. REISK.

P. 282. v. 21. τῆς] Abest a Bavarico. REISK.

P. 282. v. 22. Σῖμος] Σίμος Reisk. et Wunderlichii prior: posterior et Bekker. Σῖμος. V. Ind. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 656. b. SCHAEFER.

P. 282. v. 22. Ἀναγυράσιος] Vulg. Ἀναγυῤῥάσιος. Ἀναγυράσιος (uno ρ) August. secundus. Ἀναγηῤῥάσιος August. quartus. Detraxi alterum ρ. REISK.

P. 282. v. 22. Φλυάσιος] [Φλιάσιος.] Rescribe Φιλάσιος. Nam Φιλαΐδαι fuit demus Aegeidis tribus: at Φλιοῦς urbs Peloponnesi, a qua formatur Φλιάσιος. Ea nihil ad remp. Atheniensium pertinebat. PALMER. Vide Memor. Cosson. pag. 32. TAYLOR. Vulg. Φλιάσιος. Φλυάσιος August. secundus. Praetuli Φλυάσιος REISK.

P. 282. v. 22. Βουλαγόρας] Δουλαγόρας Paris. quintus, August. secundus et quartus, index P. Manutii, probante Obsopoeo. REISK.

P. 282. v. 24. ἝΤΕΡΟΝ ΨΗΦΙΣΜΑ.] Totus titulus abest ab August. quarto. ἝΤΕΡΟΝ abest ab August. secundo et Bavarico. REISK.

P. 282. v. 25. ἕνῃ] ἕννῃ Paris. quintus et septimus, August. secundus et quartus, Bavaricus. REISK.

P. 282. v. 26. γνώμῃ] Post h. v. Bekkerus posuit subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 282. v. 26. ἀλλοτριότητα] ἀλλοτριοτάτους Ven. et Reg. ε. Tum erat fortasse praeterea ὡς. Nempe ὡς ἀλλοτριωτάτους. Aliter non bene procederet. TAYLOR. ἀλλοτριοτάτους Aldina Taylori, August. quartus, Meermann. Sed hic per siglam expressit finem vocabuli. REISK. Atque haec sigla causa fuit turbarum: ne cum Tayloro, quem ipsum illud ō in quarta syllaba advertere poterat, aliquid latere suspiceris. V. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1033. b. Kiessling. ad Iamblichi Protrept. pag. 80. et Ast. ad Platon. Legg. p. 462. SCHAEFER.

P. 282. v. 27. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Paris. sextus et septimus, Bavaricus, Meermann. August. secundus et quartus, Aldus, P. Manutius. Praetuli ἡμᾶς. REISK. Mirum quod Reiskius ἡμᾶς se praetulisse ait: quasi vero hic optio esse possit. ὑμᾶς tam ineptum est, ut, etiamsi omnes libri tacerent, ἡμᾶς scribi oporteret. SCHAEFER.

P. 282. v. 27. παρεσκεύασται] παρασκευάζεται MSS. Ald. et Felician. TAYLOR. παρασκευάζεται dant indices Ald. Felic. P. Manut., quorum postremus videtur id e medio et medius ex Ald. traduxisse, ut saepe factum suspicor. REISK. Verum παρεσκεύασται, etsi in priori psephismate legitur παρασκευάζεται. Scilicet paucis illis diebus, qui inter illud et hoc psephisma effluxerant, periculum auctum erat. SCHAEFER.

P. 283. v. 2. δεδόχθαι] δεδόχθω August. quartus. REISK.

P. 283. v. 2. πέμψαι] πέμπειν Aldina Taylori. REISK.

P. 283. v. 2. κήρυκα] Nunc ob maiorem metum κῆρυξ additus est, quo plus Philippo offerretur religionis: nam οἱ κήρυκες erant sacrosancti. SCHAEFER.

P. 283. v. 5. ἐνδεχομένως] ἐνδεχόμενον Ven. Ital. Regg. ε. ζ. η. TAYLOR. ἐνδεχόμενον Aldina Taylori, August. secundus et quartus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. Est i. q. ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, ut poscunt αἱ περιστάσεις. „pro ratione temporum" Reiskius Ind. Graecitat. p. 208. extr. SCHAEFER.

P. 283. v. 6. καὶ γὰρ νῦν — τῶν μετρίων] Utrum Philippus an populus? Et quid est ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων? Utrum οὐδαμῶς μετρίως? An hoc vult, *si Philippus moderate se gesserit, populum ei non adversaturum?* Aretinus magnum fructum cepit sui codicis, qui neque leges, neque decreta, neque epistolas ullas videtur habuisse, in quibus non minimum est difficultatis. Melanchthon: *nunc enim eum non decrevisse opem ferre in ulla re moderata.* Perionius: *praesertim cum ipse hoc tempore nulla ex parte aequum auxilium ferre censuerit.* Meletus: *nam nunc in nulla re mediocri opem ferre decrevit.* WOLF. Ferrus: *percioche l' andare hora a dar soccorso, non lo reputa in niun conto per cosa modesta.* Anonymus Venetus: *cum adhuc non statuerit, an salva modestia auxilium ferre possit.* Lambinus: *Nam nunc quidem non censuit, ne mediocre quidem auxilium esse mittendum.* Alius: *Etenim nunc non iudicavit opitulari in ullo mediocrium.* De interpretibus tantum. In Cod. ε. deest ἐν ante οὐδενὶ, scil. οὐ κέκρικε βοηθεῖν οὐδενί. Tourrellius non inscite ratiocinatur de sensu huius commatis. Attamen deploratus valde est textus, neque verba, prout exhibentur, aut illius sensum, aut cuiusvis eorum, quos adduximus, interpretationem admittunt. TAYLOR. Ad verbum sonat: *P. A. decrevit non succurrere, in re id quidem nulla de tolerabilibus.* βοηθεῖν est Demostheni *copias aliquo mittere hosti obstituras.* Est ergo sententia: decrevisse

P. A. adhuc quidem, quicquid agat instituatque Philippus, quod quidem tolerabile sit, in eo non adversari, neque id, missis copiis, disturbare. Vel potest quoque sic accipi: decrevisse P. A. nullum capere consilium, quo suae saluti tutelaeque finium suorum provideat, dummodo tolerabiles sint, quas Philippus ferat, conditiones. REISK. Recte Reiskius: neque erat cur Taylorus deploratum esse locum diceret. Vide autem, quantopere et quam brevi tempore spiritus civitatis subsederint. Neque id mirandum: *νῦν γὰρ δὴ τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐπὶ ξυροῦ ἵστατο ἀκμῆς.* SCHAEFER.

P. 283. v. 6. *ἐν*] Abest a Paris. quinto, August. secundo et quarto. Videbatur etiam margo libri Lessingiani defectum hunc indicare voluisse. REISK.

P. 283. v. 7. *τῆς*] Omittunt August. secundus et Bavaricus. REISK.

P. 283. v. 8. *κῆρυξ*] *κήρυξ* Reisk. et Wunderlich. *κῆρυξ* Bekker. SCHAEFER.

P. 283. v. 8. *ἐκ τοῦ δήμου*] Desiderantur in MSto *γ*. Potius desiderari video post has voces. Nam ut recensuit nomina eorum, quos proposuit senatus, hic sequi debuerunt eorum, quos populus. Sed acta publica in MStis valde lacera esse solent. Annon id, mi lector, experti sumus his pauculis paginis? TAYLOR. Solus a parte plebis pro legato missus fuit praeco, qui, senatorii ordinis cum non esset, necessario plebeii erat. REISK.

P. 283. v. 10. *ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ*] [*Ἀποκρίσεις.*] *Ἀπόκρισις.* Et rursus v. 26. MARKLAND. Vulg. *Ἀποκρίσεις* hic et versu 26. Loco tituli est solummodo *Ἐπιστολή* in August. quarto et Aldina Taylori. Pro *Ἀποκρίσεις* in plurali est in singulari *Ἀπόκρισις* in August. secundo et Bavarico. Utroque loco correxi *Ἀπόκρισις* in singulari. Sunt autem ambo responsa regis, alterum legatis Atheniensium datum, alterum Thebanorum. REISK.

P. 283. v. 12. *ἀπ' ἀρχῆς*] Omittit Paris. quintus. REISK.

P. 283. v. 12. *εἴχετε*] Wolfius in farragine: „Aut *ἔχετε* leg. aut [v. 13.] *ἐποιεῖσθε.*" REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 283. v. 12. *αἵρεσιν*] *προαίρεσιν.* WOLF. Wolfius mavult *προαίρεσιν.* Sed idem est cum vulgata. REISK. V. mox v. 17. *ἐπακολουθεῖν αὐτῶν τῇ προαιρέσει* p. 284, 6. SCHAEFER.

P. 283. v. 13. *βουλόμενοι*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 283. v. 16. *μὴ*] Proprietatis negativarum magis servans scripsisset *οὐ.* SCHAEFER.

P. 283. v. 17. *ἐξ ὑποστροφῆς*] Militariter Philippus loquitur. V. Schweighäuseri Lexicon Polybianum p. 640. b. SCHAEFER.

P. 283. v. 18. *κήρυκα*] Vulg. *κήρυκας.* *κήρυκα* Bavaricus, sed cum vulgata superscripta. Detraxi postremam literam. Nam unus tantum praeco missus fuerat. V. pag. 282, 17. et 283, 2. REISK. *κήρυκας* Wunderlich. Recte *κήρυκα* Bekker. etsi in nullo

suorum Codd. repertum. Sed male citavit Reiskius p. 282, 17. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 283. v. 20. *αἰτεῖσθε*] *αἰτιᾶσθε* Paris. septimus. REISK.

P. 283. v. 21. *πεπλημμελημένοι*] [*πεπληγμένοι.*] *πεπλημμελημένοι* Ven. Regg. ε. ζ. η. cum Altemps. TAYLOR. Vulg. *πεπληγμένοι*. *πεπλημμελημένοι* Paris. quintus et cum γρ. sextus et septimus, August. secundus et quartus, Bavaricus, Lessingianus, Aldina Taylori. Praetuli *πεπλημμελημένοι*. REISK.

P. 283. v. 22. *συγκατατίθεμαι τοῖς παρακαλουμένοις*] *βουλόμενοι ὑμᾶς συγκαταίνους γενέσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρακαλουμένοις* p. 284, 3. SCHAEFER.

P. 283. v. 23. *συμβουλεύοντας*] *συμβουλεύσαντας* August. secundus. REISK.

P. 283. v. 23. *παραπέμψαντες*] „cum contemtu transmissis" Ind. Graecitat. p. 382. „Possumus etiam reddere missum facio" H. Stephanus Thes. c. 7440. A. hunc locum citans. SCHAEFER.

P. 283. v. 25. *ἀξιώσητε*] *ἀξιώσατε* August. quartus. *ἐξεώσατε* Aldina Taylori. REISK.

P. 283. v. 26. *ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ*] Vulg. *Ἀποκρίσεις*. *Ἀπόκρισις* August. secundus, Bavaricus. Totus titulus abest ab August. quarto. *Ἐπιστολὴ Θηβαίοις* dat Aldina Taylori. REISK.

P. 284. v. 5. *μὲν*] Abest a Paris. quinto, August. quarto. REISK.

P. 284. v. 7. *τὴν*] [*τά.*] *τὴν* Ven. Regg. ε. ζ. η. cum Altemps. TAYLOR. Vulg. *τά*. *τὴν* August. quartus, Lessing. Ald. Tayl. In Bavarico prima manus cum dedisset vulgatam, recentior *τὴν* correxit. Dedi *τὴν*, ut ad *εἰρήνην* referatur, sustulique comma, quod vulg. habet post *ἐξητηκότας*. REISK. Bene *τὰ* Bekker. V. mox v. 11. *ἐν οἷς δ' ἦτε ἤδη τὰ πρὸς ἀλλήλους* p. 282, 5. SCHAEF.

P. 284. v. 10. *κατὰ*] Vulg. *καὶ τά*. *κατὰ* Paris. sextus, August. secundus, margo Meermann. Ald. Felic. Annotator tamen alteram deteriorem lectionem Aldinae Taylori adscripsit. Correxi *κατά*. REISK.

P. 284. v. 12. *οὐ*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 284. v. 13. *προθέσεως*] *προαιρέσεως* Paris. quintus. *πίστεως* indices Aldi, Feliciani, P. Manutii. REISK.

P. 284. v. 14. *Οὕτω διαθεὶς — καὶ τῶν Θηβαίων*] Citat Dionysius Halic. T. VI. p. 743. R. SCHAEFER.

P. 284. v. 14. *ὃ*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 284. v. 16. *ἧκεν*] *ἦγεν* August. quartus. REISK.

P. 284. v. 16. *ὡς οὐδ' ἂν — καὶ τῶν Θηβαίων*] *εἴ τι γένοιτο*, subaud. *τῶν προτρεπόντων ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν*. Aretinus: *putans fieri nullo modo posse, ut cum Thebanis posthac conspiraretis.* Melanchthon: *sperans nequaquam fieri posse, ut rursus*

vos et Thebani coniungeremini. Perionius: *quasi nunquam, etsi omnia faceret, iam cum Thebanis unum et idem sensuri essetis.* Meletus: *quasi, si quid novi tentaret Philippus, non amplius conspiraturi essetis vos et Thebani.* WOLF. Adiungam et nostros quoque. Ferrus: *come che voi e' Thebani, se fosse avvenuto qualche cosa, non havesse havuto a far lega insieme.* Anonymus: *quasi, si quid fieret, non amplius vos et Thebani essetis conspiraturi.* Lambinus: *proinde quasi, si quid rerum novarum moliretur, ne tum quidem vos et Thebani consensuri essetis.* Tourrellius: *bien persuadé qu' à quelque entreprise qu'il se portast, vous et les Thébains vous ne conspireriez plus à les transverser.* Dubia sane sententia. Nec enim video, quomodo Elateae occupatio Thebanorum Atheniensiumque coniunctionem impedire aut prohibere potuit. Neque sane prohibuit. Legerem quidem, si adiuvarent Codd., *ὡς οὐδ' ἄν, εἴ τι γένοιτο, ἔτι ἀναπνευσόντων ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων.* Philippus, ea arce occupata, existimavit, se tantum utrique populo iniecturum timorem, ut *respirare* vel animos resumere, ne quidem si quid praeter spem acciderit, amplius potuerint. Rursus additur post participium istud potentiale ἂν in Guelph. in Aug. in Vindob. et Regio α. TAYLOR. Post συμπνευσόντων addunt ἂν August. primus et secundus. συμπνευσόντων ἡμῶν ἂν καὶ τῶν Θηβαίων Dionys. Hal. p. 124, 18. Posterius ἄν, quo vulg. caret, addidi. *nunquam, nullo tempore, nullo pacto, quicquid tandem novum et insperatum incideret, fore, ut vos rursus cum Thebanis conspiretis et causam communem faciatis. es möchte nun kommen, wie es auch immer wollte.* Certus ergo fidei Thebanorum erga se securus ibat ad Elateam occupandum, bene gnarus, nullum fore casum fortunae, nullam superbiam et iniuriam erga Thebanos suam, quamvis duriter et serviliter eos tractaret, quae posset eorum animos a se abalienare atque ad Athenienses reflectere. REISK. ἂν post participium omisit Bekker. Sed sive omittas, sive addas, (nam falli puto Elmsleium ad Aristophan. Acharn. 294. scribentem, male ἂν addere libros nonnullos,) συμπνευσόντων mutandum censeo in συμπνευσάντων parum probans Bremii rationem, qui futurum tuetur ad p. 128, 29. Futuro enim si Orator usus esset, prorsus abstinuisset particula potentiali. Quid velim, ut clarius appareat, constructionem participialem convertamus in orationem finitam. Philippus loqui potuit aut dubitanter sic: οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνεύσειαν Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι. aut confidenter sic: οὐδ' εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνεύσουσιν Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι. Hoc modo, opinor, loquebatur, si quis ducum ad concilium vocatorum suaderet, ut cautius ageret: quippe erat ἐπαρθεὶς τοῖς ψηφίσμασιν: illum alterum Demosthenes in struenda oratione secutus est. Elmsleius l. c.: „συμπνευσόντων per se quidem suspectae Graecitatis est, et in hoc loco etiam soloecum. Scribendum συμπλευσάντων. Hesychius inter συμπλάττομεν et συμπνευσμός: συμπλευσάντων· ὁμο-

νοησάντων. Locus quo respexit grammaticus latuit interpretes." Immo in Hesychio legendum συμπνευσάντων, ut interpretes viderunt. Quod verbum cur Elmsleius suspectae Graecitatis esse dicat, non intelligo. Ceterum participiorum aoristi et futuri tam frequens est confusio, ut exempla eius citare pigeat. Aliud in simili causa vidimus p. 204, 22. SCHAEFER.

P. 284. v. 17. ὑμῶν] ἡμῶν cum γρ. Paris. sextus et septimus, August. primus et quartus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. ἡμῶν etiam Dionys. Halic. l. c. Et adscivit Bekker. Nec mihi displicet. SCHAEFER.

P. 284. v. 18. ἀλλὰ μὴν τὸν τότε συμβάντα κ. τ. λ.] Citat Tiberius p. 63. s. usque ad ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν. SCHAEFER.

P. 284. v. 18. μὴν] Post μὴν addit καὶ Paris. quintus. REISK.

P. 284. v. 18. τὸν τότε — θόρυβον] τὸν τῇ πόλει συσταθέντα τότε θόρυβον Tiberius notabili varietate. SCHAEFER.

P. 284. v. 18. ἐν τῇ πόλει] Melius sine praepositione τῇ πόλει, ut Codd. optimi, Guelph. Vindob. et Reg. α. TAYLOR. ἐν omittit August. primus. REISK. Omittit etiam Apsines citatus a Reiskio Ind. Graecitat. p. 277., quem noster locus tum fugit. V. not. ad p. 287, 6. 291, 13. SCHAEFER.

P. 284. v. 20. μικρὰ — τἀναγκαιότατα] μικρὰ δὲ ἀκούσατέ μου τὰ ἀναγκαιότατα Tiberius. μικρὰ i. q. ὀλίγα, *pauca*. V. H. Stephani Thesaur. c. 6167. B. 6168. C. SCHAEFER.

P. 284. v. 21. ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν κ. τ. λ.] Admirabilis narratio, ad quam digitum intendit summus Criticus, Longinus, cap. 10. Vide Athen. l. 5. init. [T. II. pag. 201. Schw.]. Citat hunc locum Hermogenes frequenter, scilic. pag. 284. 309. 312. Adde Diodor. Sicul. XVI. 84. Dionys. Halic. T. II. p. 198. Huds. TAYLOR. Locis a Tayloro laudatis addi potest Strabo p. 649, 7. REISK. Chariton I. c. 3. in. p. 6. ed. Lips. Ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δὲ ἀγγέλλων τις, ὅτι —. Poterat Sophista sponte sua iisdem quibus Orator verbis ordiri: sed qui cognitum habet morem illorum hominum, haud dubitet servilem esse imitationem Demosthenicae narrationis. SCHAEFER.

P. 284. v. 21. ἦν] ἤδη Tiberius. SCHAEFER.

P. 284. v. 21. ἀγγέλλων] Vulg. ἀγγέλων. ἀγγέλλων Paris. septimus, Bavaricus. Praetuli ἀγγέλλων. Quamquam, si verum volumus, antiqua lectio per unum λ prorsus idem valet atque nova per geminatum. Nam in libris mstis et vetustissimis editionibus verbum ἀγγέλλειν plerumque per unum λ exaratum cernitur *). REISK. V. Dorvill. ad Chariton. l. c. p. 221. ἀγγέλων, ut participium, nihili est. SCHAEFER.

P. 284. v. 21. ὡς] εἰς August. quartus. REISK.

---

*) Vellem haec Reiskii observatio in promtu fuisset Passowio ad Parthen. p. 70. s. SCHAEFER.

P. 284. v. 22. *Ἐλάτεια κατείληπται*] *Ἐλάτειαν κατείληφε* Paris. sextus. REISK.

P. 284. v. 23. *τούς τ' — ἐξεῖργον*] Resolve: *τούς τ' ἐν ταῖς σκηναῖς ταῖς κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον ἐξ αὐτῶν.* SCHAEFER.

P. 284. v. 25. *τὰ γέῤῥα ἐνεπίμπρασαν*] In quem usum? quo fine? Num per insaniam? an, ut ne conventus populi impediretur? Romae quidem in seditione et tumultu tabernas claudi solitas, ne diriperentur, non est mirum. WOLF. Pro *γέῤῥα* habent *γέρα* Guelph. Reg. *α*. *ἔργα η*. Ven. Absurde. Laudant hunc locum Harpocrat. Suid. v. *Γέῤῥα*, Etymol. M. c. 228, 50. Disputavimus ea, qua potuimus, *ἀκριβείᾳ* de isto ad Orat. c. Neaer. p. 1375, 20. Adde Suid. v. *Γέῤῥοιν*, ubi iterum Demosthenem citat, Meurs. VI. Attic. Lect. 24. Ait Plutarchus in Romulo T. I. pag. 42. *ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον ἱστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας.* Exponere possumus *ἱστία* per *γέῤῥα*. TAYLOR. *γέρα* Paris. primus et septimus. *γάρα* August. quartus. *ἔργα* item Aldina Taylori. Tabernae erant in foro sitae, in quibus sedentes opifices sellularii scruta et supellectilem domesticam a se domi fabricatam vendebant. Hae *σκηναὶ* appellabantur: *die Buden*. Constructae hae erant tribus e lateribus et desuper tectae cratibus vimineis, quae *γέῤῥα* appellantur. Quoniam igitur illae tabernae cum suis quaeque craticulis tam cito auferri non poterant, necesse tamen erat, ut protinus populus in foro conveniret, utpote illa nocte ibi in armis excubaturus, imperarunt prytanes, ut tabernis ignes iniicerentur, qui tabernas momento citius absumerent et laborem crates auferendi baiulis compendifacerent. REISK. Haec satis improbabilia sunt. Unde enim Reiskius rescivit, populum in foro illa nocte armatum egisse excubias? Per noctem autem tot mancipia sine ullo negotio poterant *τὰ γέῤῥα* auferre. Suspicor igitur incendium fuisse loco *φρυκτωρίας*, ut in tanto tumultu omnes e demis in urbem confluerent. Tali quidem consilio vix quidquam poterat melius servire quam *τὰ γέῤῥα*, quae Anecd. Bekk. p. 33, 26. interpretantur *περιφραγμάτων προβλήματα πλεκτά*. — Citatur hic locus etiam in Lexico Lucianeo MS. V. Osanni Auctarium Lexicor. Graecor. p. 47. SCHAEFER.

P. 284. v. 26. *σαλπιγκτὴν*] *σαλπικτὴν* August. quartus, P. Manutius. REISK. *σαλπικτὴν*, etiam Bekkero in Codd. oblatum probatumque Atticistis, videtur forma praestabilior. V. H. Stephani Thesaur. c. 8255. C. D. SCHAEFER.

P. 285. v. 2. *ἄνω καθῆτο*] *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνεκαθέζετο.* WOLF. *ἄνω*, in Pnyce. Dorvillii interpretationem huius adverbii mirabundus leges Animadvers. in Chariton. p. 407. ed. Lips. SCHAEF.

P. 285. v. 2. *καθῆτο*] *καθῆστο* Aug. Regg. *α*. *ε*. *κάθητο* Cod. *γ*. Vide supra annotata ad p. 235, 22. ex Magistro. TAYLOR. *καθῆστο* August. primus, secundus et quartus. REISK.

P. 285. v. 3. *εἰσῆλθεν*] *ἦλθεν* simplex dant Paris. primus et

quintus, August. primus, secundus et quartus. Perinde est. Subauditur *e curia in concionem.* REISK.

P. 285. v. 5. ἑαυτοῖς] αὐτοῖς Paris. quintus, August. primus et quartus. REISK.

P. 285. v. 6. κῆρυξ] κήρυξ Reisk. et Wunderlich. SCHAEFER.

P. 285. v. 9. τῇ κοινῇ — φωνῇ] Vulg. τῆς κοινῆς — φωνῆς. τῇ κοινῇ — φωνῇ August. primus et secundus, quod praetuli. καλούσης cohaeret cum τῆς πατρίδος. *patria vocante dicturum.* Idem est ac si dixisset: καλούσης τὸν ἐροῦντα τῆς πατρίδος τῇ κοινῇ ἑαυτῆς φωνῇ. *per eam vocem, quae patriae communis est.* REISK. τῆς κοινῆς τῆς πατρίδος φωνῆς Wunderlich.: quod vehementer miror. τῆς πατρίδος τῇ κοινῇ φωνῇ Bekker. SCHAEFER.

P. 285. v. 10. ὑπὲρ σωτηρίας] Malim ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. Citat hunc locum Alexander Rhetor p. 60. REISK. Articulo facile caremus. V. p. 146, 11. SCHAEFER.

P. 285. v. 10. κῆρυξ] Sic hoc quidem loco etiam Reisk. et Wunderlich., parum illi sibi constantes. SCHAEFER.

P. 285. v. 12. ἐστιν] Abest a Paris. tertio. REISK.

P. 285. v. 13. παρελθεῖν] παρεισελθεῖν Paris. septimus. παρελθεῖν, scilic. εἰς τὸ μέσον πρὸς τὸ εἰπεῖν. REISK. Infra v. 29. παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς. Supra v. 6. παρῄει δ' οὐδείς. SCHAEFER.

P. 285. v. 13. ὑμεῖς] ἡμεῖς August. quartus. REISK.

P. 285. v. 16. εὖ] Delevit Bekker. V. not. ad pag. 72, 25. SCHAEFER.

P. 285. v. 16. ἠβούλεσθε] Vulg. ἐβούλεσθε. ἠβούλεσθε August. primus. Sed haec tam minuta in posterum annotare omittam universe admonens, ubicunque aut in dialectis aliquid mutavero, aut pro integris vocabulis decurtata cum apostropho dedero, aut in similibus minutiis a vulgata discessero, non mea me id auctoritate, sed bonorum codicum fecisse. REISK. Non omisisset, opinor, tam minuta annotare, si praevidisset propterea se vapulaturum esse ab hominibus doctis illis quidem nec male meritis de Oratore, ceterum paullo iracundioribus. Velut Wunderlichio quas dedit poenas ob capitale scilicet facinus apostrophi toties positae! Qui si hanc Reiskii annotationem habuisset cognitam, nimirum insultare summi viri Manibus religioni habiturus erat. SCHAEFER.

P. 285. v. 17. ἀμφότερα ταῦτα] Intersertum orationi, ut formula illa, δυοῖν θάτερον, de qua v. not. ad p. 113, 12. 274, 11. V. H. Stephani Thesaur. c. 1973. A. SCHAEFER.

P. 285. v. 18. [μετὰ ταῦτα]] Iure amoverunt uncos Wunderlich. et Bekker. *postmodum*, cum apparatus essent faciendi adversus Macedonem. Continuo hi apparatus facti sunt, veruntamen μετὰ ταῦτα, h. e. post Elateam occupatam ortumque inde Athenis tumultum. Quod non animadversum videtur Reiskium, qui τότε requireret, permovisse, ut uncis abuteretur. SCHAEFER.

P. 285. v. 20. ἐπιδόντες] ἐπιδιδόντες August. secundus. REISK.

P. 285. v. 20. τοῦτ'] ταῦτ' Paris. septimus. REISK.

P. 285. v. 20. ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ἐκεῖνος κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes p. 422. REISK.

P. 285. v. 26. μήτ'] μηδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 285. v. 27. οὔτ' εἰ πλούσιος] οὔτε πλούσιος Bavaricus. REISK.

P. 285. v. 27. ἤμελλεν] Vulg. ἔμελλεν. ἤμελλεν Paris. primus, tertius, quintus, August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 285. v. 28. οὗτος] Scilicet quem ὁ καιρὸς ἐκάλει. Secus interpretatur Wunderlichius male iungens οὗτος ἐγὼ ad p. 297, 6. SCHAEFER.

P. 285. v. 29. εἰς] In texto Bavarici quoque est, sed supra scriptum πρός, nescio an pro scholio. REISK. οὐκ εἰς τὴν βουλὴν, οὐκ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδὲν — p. 715, 18. SCHAEF.

P. 285. v. 29. ἅ μου] ἅμα Bavaricus. REISK.

P. 286. v. 1. δυεῖν] Vulg. δυοῖν. In August. primo videtur a prima manu δυεῖν fuisse, sed recentior supposuit vulgatam. Praetuli δυεῖν ut magis Atticum. REISK. δυοῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 1. προσέχοντες] Bekkerus: „προσσχόντες Q. προσχόντες S.“ προσχόντες verum puto. Aristophanes Nub. 574. Reis. δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε [non προσέχετε, quod tersae aures aversantur]. Accedit quod, cum imperativus sit aoristi, etiam participium ei iunctum, ut ἡ σύνθεσις fiat κατάλληλος, eiusdem esse temporis debet. Plutarchus T. IV. p. 93. R. πρόσθες ἔτι τὴν λοιπὴν ὁδὸν ἐπὶ τὴν σκηνὴν σεαυτῷ τοῦτο κομίσας. ad q. l. Reiskius illam Graecae constructionis proprietatem non attendens perperam: „f. κομίσεις, *portabis.*“ Atque eadem omnium modorum est ratio. Plato Phaedon. p. 17. Heind. εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με. Editor: „Nota aoristo ἐποίησας pro ἀναμιμνήσκων adiectum ἀναμνήσας.“ ἀναμιμνήσκων si Philosophus scripsisset, haud effugisset, opinor, notam soloecae orationis. Confer quae congesserunt Heindorfius l. c. et Stallbaumius ad Platon. Phileb. p. 86., ubi quod vir doctissimus animadvertit de usu verborum λανθάνειν et φθάνειν, de omnibus verbis dici oportuit. SCHAEFER.

P. 286. v. 7. πάσης] Deest Guelph. Vindob. τῆς ἄλλης πολιτείας Cod. Reg. ε. TAYLOR. Ad πάσης addunt ἄλλης Paris. quintus, August. secundus. Pro πάσης dat ἄλλης August. quartus. REISK.

P. 286. v. 8. Θηβαίων] τῶν Θηβαίων Paris. quintus et septimus, August. secundus, Bavaricus. Sed in hoc articulus est a nova manu superscriptus. REISK.

P. 286. v. 8. Φιλίππῳ φίλων] Wunderlichius Append. pag.

197.: „Omnes ordinem servant φίλων Φιλίππῳ.“ Et hunc ordinem adscivit Dissenius in altera Wunderlichiana. Sed etiam nostrum in libris reperiri docent varr. lectt. Bekkeri, SCHAEFER.

P. 286. v. 8. φίλων] Delevit Bekkerus, auctore libro notae melioris. Iure eum delevisse docet etiam Tiberius hunc locum, etsi vitiose scriptum, citans ut exemplum τῆς ἐλλείψεως p. 62. s.: Καὶ πάλιν· εἶπον τοίνυν ὡς μὲν ὑπαρχόντων Θηβαίων Φιλίππῳ λίαν θορυβουμένων· ἐλλείπει γὰρ τὸ φίλων καὶ συμμάχων. ubi Editor: „Inde patet φίλων, quod nunc legitur in edito Oratoris textu, esse glossema. Non semel τῷ ὑπάρχειν sic absolute posito utitur Demosthenes. Taylorus errabat, cum in his π. παρ. verbis pag. 358, 7. τὸν Φίλιππον ὑπάρχειν αὐτοῖς, inserere vellet φίλον post Φίλιππον. Conf. Wyttenb. ad Sel. Hist. pag. 381.“ V. etiam Schneiderus ad Xenophont. Anabas. I. 1. 4. SCHAEFER.

P. 286. v. 10. πράγματα] πράγμαθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 12. νῦν] Post Ἐλατείᾳ addunt νῦν Paris. primus et quintus, August. primus et quintus, Wolfenb. Vindob. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 13. ἵν'] [ἐὰν.] ἵνα MSS. Regg., quantum ex Benenato liquet, cum Guelph. et Vindob. non levi sensus mutatione aut prorsus negligenda. Ferrus: *ma che egli venga* acciocche *metta a ordine le cose appertinenti a Thebani, questo so io certo.* TAYLOR. ἐὰν dat editio Wolfii. Malim ἦν, *si* vel *ubi*. REISK. Vulgatam ne mutes. SCHAEFER.

P. 286. v. 13. ποιήσηται] ποιήσετε Paris. tertius, Meermann. REISK.

P. 286. v. 13. Θήβαις] Vulg. Θηβαίοις. Θήβαις August. primus et quartus, margo Bavarici, Aldina Taylori, quod praetuli. REISK.

P. 286. v. 15. Ὡς] Scrib. minusculâ litterâ ὡς, ut in Reiskiana. Oratio enim a Demosthene olim ad populum habita incipit a verbis τοὺς μὲν — v. 8. SCHAEFER.

P. 286. v. 15. ταῦτα, ἔφην] ἔφην, ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 16. ὅσους] ὁπόσους Aldina Taylori. REISK.

P. 286. v. 16. ἅπαντας ηὐτρέπισται] ἅπαντα ηὐτρέπησε (sic) August. quartus. REISK.

P. 286. v. 20. κατείληφε] κατείληφεν Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 21. παραστήσας] „nisi περιστήσας praeferatur“ Reiskius Ind. Graecitat. pag. 388. Fallitur. Philippus enim non cinxit obsidione Thebas, sed copias admovit, in propinquo locavit. SCHAEFER.

P. 286. v. 21. ἐπᾶραι — ποιῆσαι — καταπλῆξαι] Pendent a remotiori βούλεται. Sed qui ante πλησίον v. 20. inseruerunt ἵνα, quod Bekkerus duobus e libris enotavit, haec tria pro optativis,

accentu mutato, videntur habuisse. Pro ἐπᾶραι Wunderlich. et Bekker. ἐπᾶραι. SCHAEFER.

P. 286. v. 21. ἐπᾶραι καὶ θρασεῖς ποιῆσαι] Vulg. θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι. ἐπᾶραι καὶ θρασεῖς ποιῆσαι August. primus, secundus, quartus, Schedae Scrimgeri. Inverti, quia ἐπαίρειν debilius, alterum fortius est, et infirmiora praemitti, robustiora submitti solent. REISK. Reiskianum ordinem nunc probavit Bekkerus. Neque erat cur illum alterum praeferret Bremius ad p. 41, 1. Ubi enim boni Codices adstipulantur, quid tandem est quod nos cogat contemnere regulas Technicorum? SCHAEFER.

P. 286. v. 25. οὖν] τοίνυν Bekker. SCHAEFER.

P. 286. v. 26. τούτου — αὐτοῖς] Citant Anecd. Bekk. pag. 121, 24. SCHAEFER.

P. 286. v. 28. μὴ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 287. v. 1. ἀνθεστηκότων] ἀνθισταμένων August. quartus. REISK.

P. 287. v. 1. αὐτῷ] αὐτῷ etiam in texto Bavarici est, sed nova manus super fine τὸν scripsit. Malim αὐτὸν, quia προσδεξαμένων magis αὐτὸν additum flagitat, quam ἀνθεστηκότων flagitat αὐτῷ. REISK. Fallitur. Simillimum locum supra p. 281, 22. legimus, ubi vide quae annotata sunt. SCHAEFER.

P. 287. v. 2. πάντων] πάντων αὐτῶν Cod. Reg. α. TAYLOR. πάντων abest ab August. secundo. REISK.

P. 287. v. 3. μέντοι] μὲν τοίνυν August. quartus. REISK.

P. 287. v. 3. πεισθῆτ' ἐμοὶ] πεισθῆτέ μοι Wunderlichii prior. Bene Dissenius in altera vulgatam restituit. SCHAEFER.

P. 287. v. 3. σκοπεῖν] Adde tacite ex insequentibus περὶ ὧν ἂν λέγω. *a me disputata consideretis.* REISK.

P. 287. v. 5. ἂν] Omittit August. quartus. REISK.

P. 287. v. 5. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 287. v. 6. τῇ πόλει κίνδυνον] Vulg. κίνδυνον τῇ πόλει. τῇ πόλει κίνδυνον Bavaricus. Transposui verba. REISK. κίνδυνον τῇ πόλει Wunderlich. et Bekker. Bene. Infra p. 301, 27. τὸν κατειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν. Etiam supra p. 284, 18. fortasse scribendum: τὸν τότε συμβάντα θόρυβον τῇ πόλει: quod enim additur ἐν, tam sublestae fidei est, ut deleri praestet. Idem verborum ordo videtur revocandus p. 329, 12. Alia exempla v. in Weiskii Dissertat. super Orat. de Haloneso Apparat. T. I. p. 448. Herodotus I. 65. τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι. Quod si Weiskius hanc constructionem ita propriam Demosthenis habuit, ut illam orationem hoc etiam argumento Oratori posse vindicari arbitraretur, nempe in gravi errore versatus est. SCHAEFER.

P. 287. v. 6. τί οὖν φημὶ δεῖν; πρῶτον —] τί οὖν φημὶ δεῖν; πρῶτον —. Ita forte distinguendum propter τὰ δέοντα λέ-

γειν. MARKLAND. Restitue omnino τί οὖν φημὶ δεῖν; Ita optima et accurata editio Feliciani. Deest δεῖν Guelph. Vindob. δεῖ habet Cod. Obsop. TAYLOR. Pro semicolo dant signum interrogandi August. primus, editt. Felic. et Pauli. δεῖ dat Pannon. Obsop. sic distinguens: τί οὖν φημί; δεῖ πρῶτον —. REISK. Marklandi nota quo melius intelligatur, moneo virum doctissimum haec sic interpuncta reperisse: τί οὖν φημί; δεῖν πρῶτον —. SCHAEFER.

P. 287. v. 7. εἶτα] Post εἶτα addunt καὶ Paris. quintus et sextus, August. quartus. REISK.

P. 287. v. 7. μεταθέσθαι] „μεταθέσθαι τὸν φόβον, metum ab aliis ad alia transferre" Reiskius Ind. Graecit. p. 340. Elliptice igitur dictum putavit. Mihi dictum videtur absolute. *deinde alio conversos metuere omnes Thebanis.* SCHAEFER.

P. 287. v. 10. εἰσὶν ἐγγυτέρω] εἰσὶν ἐγγυτέρω ὑμῶν vel ὑμῶν ἐγγυτέρω plerique omnes, Guelph. Vindob. Ven. Aug. Regg. α. ε. TAYLOR. Post εἰσὶν addunt ἡμῶν Paris. primus et quintus, August. primus et quartus, item Aldina Taylori. REISK. εἰσὶν ἡμῶν ἐγγυτέρω Bekker. SCHAEFER.

P. 287. v. 10. προτέροις] πρότερος lubens praeferrem. Omnino ita, si qua attentio debeatur MSS. Ald. — κίνδυνός ἐστιν ἡμῶν. Scilic. *periculum* propius *est Thebanos, quam nos.* ἐσθ' ὁ κίνδυνος Guelph. Vindob. et Regg. α. ε. et propemodum Augustanus. TAYLOR. προτέροις ne mutes. SCHAEFER.

P. 287. v. 10. ὁ κίνδυνός ἐστιν ἡμῶν] Post κίνδυνος addunt ἐσθ' (aut ἐστὶν) ἡμῶν August. primus, secundus, quartus, Paris. primus et quintus, Wolfenb. Vindob. index Aldi. ἐστιν ἡμῶν addidi. REISK. ἐστὶν ὁ κίνδυνος, deleto pronomine, Bekker. SCHAEF.

P. 287. v. 11. ἔπειτα] εἶτα index Aldi. REISK. ἔπειτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 287. v. 11. Ἐλευσίναδε] Melius Ἐλευσῖνάδε Bekker. Sic scribitur οἶκόνδε, non οἴκονδε. SCHAEFER.

P. 287. v. 12. ὑμᾶς] ἡμᾶς Paris. quintus, August. secundus. REISK.

P. 287. v. 13. ὑμέτερα] ἡμέτερα Paris. primus, quintus, sextus, August. primus et quartus. REISK.

P. 287. v. 13. ἐξ ἴσου] pariter ut factioni quae Philippo favet. SCHAEFER.

P. 287. v. 15. εἰδόσιν] εἰδοῦσιν August. primus. Voluit ἰδοῦσιν. REISK.

P. 287. v. 16. πάρεσθ' ᾖ] παρέστη ᾖ August. secundus. REISK.

P. 287. v. 18. ἄν] ἐάν Bekker. SCHAEFER.

P. 287. v. 21. μετά] κατά Paris. primus. REISK.

P. 287. v. 21. καὶ τοῦ — τῆς ἐξόδου] ἐκ παραλλήλου δὶς

ταὐτόν. WOLF. Falso. Quid inter haec duo discriminis intersit, Reiskius statim docet. SCHAEFER.

P. 287. v. 21. πότε δεῖ ἐκεῖσε βαδίζειν] *quando legatos illuc oporteat proficisci.* REISK.

P. 287. v. 21. δεῖ] δεῖν August. quartus. REISK.

P. 287. v. 21. ἐκεῖσε βαδίζειν] βαδίζειν ἐκεῖσε Bekker. SCHAEF.

P. 287. v. 22. τῆς ἐξόδου] de tempore modoque expeditionis, quando et quantas numero copias exire oporteat in castra versus Thebas. Moschopulus etiam reddidit ἐκστρατείας. REISK. De numero copiarum hic non agitur: nam πανστρατιᾷ ἐξελθεῖν Ἐλευσῖνάδε ipse Demosthenes iusserat. V. v. 11. SCHAEFER.

P. 287. v. 23. πῶς χρήσασθαι κ. τ. λ.] [πῶς χρήσεσθε κ. τ. λ.] Ἐρωτηματικῶς. *vultis moneam?* Vel: πῶς χρήσεσθε τῷ πράγματι τούτῳ, παραινῶ, πάνυ μοι προσέχετε —. WOLF. χρήσεσθε] χρήσεσθαι. MARKLAND. Recte: atque ita omnino legendum. χρήσασθαι Guelph. Vindob. Reg. ε. χρήσεσθαι in Regiorum aliis et Altemps. Recte haec verti video ab Etrusco: *E poscia che gli ambasciadori saranno iti a Thebe, come io vi consigli che eglino habbiano a governar questa facenda, statemi molto attenti, che l' intenderete.* Monendus est lector meus, Dionysium Halicarnassensem ita quoque legere in Arte Rhetorica pag. edit. Hudson. 80. et 101. Verum et ibi alia quoque habet circa hunc locum a me observanda. Scilic. πῶς — παραινῶ, τούτῳ πάνυ μοι προσέχετε τὸν νοῦν. Ita Reg. γ. Sed istud τούτῳ ad πράγματι omnino est referendum. Et ea mente recte se habent vulgata nostra. Porro Dionysius legit δεῖσθαι v. 25. et ἐπαγγέλλεσθαι v. 26. Accedunt quodammodo Felician. Guelph. Obsop. Vindob. cum Regiis α. ε. et Ask. ἐπαγγέλλεσθε. TAYLOR. Vulg. χρήσεσθε. χρήσασθαι August. primus et quartus. χρήσεσθαι margo Lutet. sine auctore (forsitan e Dionysio Halicarn., qui locum hunc bis recitat p. 44, 37. et 56, 22.), Bavaricus. Correxi χρήσασθαι. *quomodo tractare negotium praecipio?* REISK.

P. 287. v. 23. παραινῶ; τούτῳ] Vulg. τούτῳ παραινῶ. Invertunt Bavaricus et Paris. tertius. Sed hic dat παραγνῶ, si recte exhibuerunt operae Morell. Etiam apud Dionysium p. 44. et 56. sic distinctum cernitur: πῶς χρήσασθαι τῷ πράγματι παραινῶ, τούτῳ πάνυ —. REISK.

P. 287. v. 23. τούτῳ — τὸν νοῦν] Non redundat μοι, neque solummodo, ut alias saepe, *velim*, *quaeso* significat, sed hoc: τούτῳ τῷ μέρει τοῦ ἐμοῦ λόγου —. *huic parti meae disputationis attendite.* REISK. Minus recte interpretatur. Est hic etiam vulgaris usus dativi μοι: qua ratione Latini quoque usurpant *mihi*, nos Germani *mir*, haudquaquam πλεοναστικῶς, sed inprimis ἠθικῶς. *Hoc mihi vel maxime attendite. Hierauf gebt mir besonders Acht.* Aeschines pag. 453. R. ἤδη μοι σφόδρα προσέχετε τὸν νοῦν. SCHAEFER.

P. 287. v. 25. δεῖσθε] δεῖσθαι Bavaricus, August. quartus, Dionysius Halicarn. REISK. δεῖσθαι et mox ἐπαγγέλλεσθαι miro iudicio (nam sunt librariorum sordes) Wunderlichius receperat: Dissenius in altera Wunderlichiana rediit ad vulgatam. SCHAEFER.

P. 287. v. 25. αἰσχρὸς γὰρ ὁ καιρός] quia putabunt, vos metu perterritos esse. WOLF. Conf. p. 288, 5. SCHAEFER.

P. 287. v. 26. ἐπαγγέλλεσθε] Vulg. ἐπαγγείλασθε. ἐπαγγέλλεσθαι Bavaricus, August. quartus, Dionysius Halicarn. ἐπαγγέλλεσθε Paris. primus et quintus, August. primus, Wolfenb. Pannon. Obsop. Vindob. Askew. editt. Felician. et Manut. Praetuli ἐπαγγέλλεσθε. *erbietet euch freywillig.* REISK.

P. 287. v. 26. ἐὰν κελεύωσιν] Haec verba desunt exemplis Dionysii p. 44., sed p. 56. leguntur. REISK.

P. 287. v. 26. ἐκείνων μὲν ὄντων] [ἐκείνων ὄντων.] ἐκείνων μὲν ὄντων Codd. MSti Guelph. Aug. Vindob. ε. et ζ. cum Halicarnassensi. TAYLOR. Vulg. ἐκείνων ὄντων. Post ἐκείνων addunt μὲν August. primus et quartus. μὲν addidi. REISK.

P. 287. v. 27. ἐν τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις] ἐν τοῖς ἐσχάτοις legit Dionysius, excluso κινδύνοις. TAYLOR. V. Bosii Ellips. pag. 222. SCHAEFER.

P. 287. v. 28. ἐκεῖνοι] ἐκείνων idem Dionysius. Quod satius est. Similiter Ven. Ital. γ. ε. et Ask. κείνων Obsop. In MSS. quibusdam Dionysii vicissim ἐκεῖνοι. TAYLOR. κεῖνοι August. quartus. ἐκείνων Bavaricus, sed cum vulgata superscripta: id quod prodit, in libris olim geminam fuisse lectionem, in aliis vulgatam, in aliis ἐκείνων sine ἤ. Est eadem lectio ἐκείνων etiam in Aldina Taylori. In editt. et codd. Dionysii utraque versatur lectio. REISK. ’κεῖνοι Bekker. Vide ne verius sit ’κείνων, genitivo posito per schema attractionis latissime regnans: nam parum placet quod Reiskius scripsit, qui olim libri habuerint ἐκείνων, eos caruisse particula ἤ. SCHAEFER.

P. 287. v. 28. τὸ μέλλον] καὶ τὸ μέλλον Dionysius pag. 44., non item p. 56. REISK.

P. 287. v. 28. δέξωνται] δέχωνται Dionysius. Verum vide, quo pacto tota haec sententia ab eo citetur p. 101. ἵν’, ἐὰν μὲν δέχωνται ταῦτα καὶ πεισθῶσιν ἡμῖν, καὶ ἃ βουλόμεθα ὦμεν διοικούμενοι, καὶ μετὰ σχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν, ἂν δ’ ἄρα μὴ τύχῃ, ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοῖς ἐγκαλῶσιν, ἄν τι ἐξαμαρτάνωσιν, ἡμεῖς δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ κακὸν ὀφθείημεν πεπεισμένοι. In nostris Codd. σχήματος Guelph. Aug. Vindob. cum Regio α. Pro κατατυχεῖν κατασχεῖν ζ. et σχ. κατὰ τύχην η. Et ἐξαμαρτάνωσιν denique Codex Venetus. TAYLOR. δέξονται P. Manutius. REISK. Male δέχωνται Halicarnassensis. *si acceperint*, non, *si accipiant.* SCHAEFER.

P. 288. v. 1. ἃ βουλόμεθα] nostrae civitati salutaria. SCHAEF.

P. 288. v. 1. διῳκημένοι] διοικούμενοι Dionysius Halicarn. p. 56., non p. 44. REISK.

P. 288. v. 2. προσχήματος] Simplex σχήματος dant Paris. primus, August. primus, Wolfenb. Vindob. Dionys. Halicarn. REISK. Recte habet vulgata. *praetextu:* cum videamur magis Thebanorum quam nostra causa hoc facere. SCHAEFER.

P. 288. v. 2. ἐὰν δ' ἄρα — κατατυχεῖν] ἂν δ' ἄρα μὴ τύχῃ Dionysius Halicarn. p. 56. Pro postremo vocabulo dat κατασχεῖν Paris. sextus. κατὰ τύχην Paris. septimus, August. secundus et quartus, Bavaricus: sed in hoc a nova manu superscriptum est γρ. καὶ κατατυχεῖν. κατατυχεῖν est *speratis et quaesitis potiri.* Videtur tamen lectio κατὰ τύχην, *nescio quo casu fortuito,* praestare. REISK. Non praestat. Hunc locum, nisi fallor, respexit Hesychius T. II. c. 188. Κατατυχεῖν. ἐπιτυχεῖν. SCHAEFER.

P. 288. v. 3. ἂν — ἐξαμάρτωσιν] Pro prima voce dat Paris. primus ἐάν, pro postrema Venet. ἐξαμαρτάνωσιν, quod etiam in Aldina Taylori reperi: cum quo consentit Dionysius sic recitans, ἄν τι ἐξαμαρτάνωσιν, omisso νῦν. REISK. ἐξαμαρτάνωσιν Bekker. Praefero aoristum. *si quid nunc deliquerint.* SCHAEFER.

P. 288. v. 5. ἡμῖν] ὑμῖν August. secundus. ἡμεῖς Dionysius totum locum sic recitans: ἡμεῖς δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ κακὸν ὀφθείημεν πεπεισμένοι. REISK.

P. 288. v. 6. τὰ παραπλήσια] Vulg. παραπλήσια. τὰ παραπλήσια August. quartus. τὰ addidi. REISK. Bene omiserunt Wunderlichii posterior et Bekker. Adeo appetens articuli Reiskius hac in formula fuit, ut etiam tacentibus libris infersiret. V. not. ad p. 309, 20. SCHAEFER.

P. 288. v. 8. οὐκ εἶπον μὲν κ. τ. λ.] Schema notabile et a multis certatim laudatum. Aquila Romanus pag. 21.: „*Climax,* quod Graeci vocant, *adscensus* nominetur a nobis. Malo enim adscensum quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autem figura perquam decora et a Demosthene commendata: in qua postremum quodque verbum in priore membro aut parte aliqua elocutionis positum in inferiorem rursus assumtum iniicitur, atque ita velut gradibus quibusdam connectitur oratio ad hunc modum: ponam enim ipsum Demosthenicum versum: *Et non dixi haec quidem, non autem scripsi, nec scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem, nec profectus quidem, non persuasi autem Thebanis.* Hic animadvertis, quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enunciasset: *Et dixi haec, et scripsi, et in legationem profectus sum, et persuasi Thebanis.* Sic M. Tullius pro Milone: *Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit, nec senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam remp. commisit.* — Egregie autem et, ut mihi videtur, feliciter Licinius Calvus in Vatinium: *Non ergo pecuniarum magis*

repetundarum, quam maiestatis, neque maiestatis magis, quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis, quam ambitus, neque ambitus magis, quam omnium legum omnia iudicia perierunt." Confer Quintilian. IX. 3. Demetr. Phaler. §. 284. Hermog. p. 297. Dionys. Halicarn. T. II. p. 14. edit. Huds. In quibus omnibus hoc comma Demosthenicum aut vertitur, aut illustratur. Adde Ciceron. IV. ad Herenn. 25. TAYLOR. Citant celebrem hunc locum Dionysius Halicarn. de struct. orat. p. 62. ed. Upton. Alexander Rhetor p. 68. Phoebammon p. 132. REISK. Item Tiberius p. 48. V. Uptonus ad Dionys. Halic. de C. V. p. 103. s. meae edit. et Ruhnkenius ad Aquilam Romanum p. 182. SCHAEF.

P. 288. v. 8. *οὐκ εἶπον*] *καὶ οὐκ εἶπον* Dionysius Halic. l. c. Sic Aquila: *Et non dixi.* Qui nisi esset, *καὶ* illud Dionysii ex antegresso *ται* natum dicerem, quae syllaba antecedens passim peperit copulam, ut in Plutarcho T. II. p. 440, 3. R., ubi bene delevit praestantissimus Coraës. SCHAEFER.

P. 288. v. 9. *οὐδ'*] Male *οὐκ* Tiberius l. c. SCHAEFER.

P. 288. v. 11. *ἔδωκα*] *ἔδωκ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 288. v. 11. *ὑμῖν*] Omittunt Paris. primus, August. primus et quartus. REISK.

P. 288. v. 11. *τοὺς*] Abest ab editione Aldi. REISK.

P. 288. v. 12. *καί μοι φέρε κ. τ. λ.*] Psephisma dum homo petit affertque, quod interea transit temporis Orator insumit Aeschini acerbissime proscindendo: *καίτοι τίνα βούλει σε κ. τ. λ.* Similis locus infra p. 298, 20. item p. 301, 16. Ubique quae inter iiciuntur a particula *καίτοι* incipiunt. SCHAEFER.

P. 288. v. 15. *σε*] Bene *σέ* Bekker. SCHAEFER.

P. 288. v. 15. *Αἰσχίνη*] *ὦ Αἰσχίνη* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 288. v. 16. *βούλει ἐμαυτὸν μὲν κ. τ. λ.*] Citat h. l. Hermogenes p. 339. REISK.

P. 288. v. 16. *μὲν*] Omittit August. quartus. REISK.

P. 288. v. 17. *Βάταλον*] *Βάτταλον* MS. Guelph. Sed de his omnibus ago in Vita auctorum meorum. TAYLOR. *Βάτταλον* (cum geminato *τ*) August. quartus. REISK. Si, quod vix dubito, *ἰαμβειοφάγος* p. 274, 6. est homo trimetros disperdens per vitiosam pronuntiationem eodemque spectat quod mox sequitur, *ὃν — ἐπέτριψας*, ipsa oppositio h. l. magisque etiam v. 22. docet, quomodo *Βάταλος* de Demosthene dictum oporteat intelligi: nimirum de vitio pronuntiationis, non de mollitie corporis. SCHAEFER.

P. 288. v. 17. *ἥρω*] Vulg. *ἥρωα*. *ἥρω* Paris. primus, August. primus: nam falso Fabricius ex eo vulgatam retulit. REISK. Vid. Thomas Mag. p. 424., ubi bonus Trillerus, ut solet, *ἐξ ἁμάξης* in Magistrum *πομπεύων* ineptit. SCHAEFER.

P. 288. v. 20. *Κολυττῷ*] *Κολλυτῷ* August. quartus. REISK.

P. 288. v. 20. *Οἰνόμαον*] *Οἰνομάου* August. quartus. REISK.

P. 288. v. 20. *κακὸς κακῶς*] Vulg. *κακῶς*. *κακὸς κακῶς* August. secundus. *κακὸς* addidi. REISK.

P. 288. v. 21. *ἐπέτριψας*] Pro *ἐπέτριψας* Cod. Reg. ζ. *συνέτριψας*. TAYLOR.

P. 288. v. 21. *τότε τοίνυν κ. τ. λ.*] Locum hunc citat Hermogenes p. 356. REISK.

P. 288. v. 21. *κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν*] Haec verba, tanquam scholium adverbii *τότε*, omittit Hermogenes l. c. REISK. Non dicam scholium. Verte: *Tunc igitur, illa rerum conditione.* SCHAEF.

P. 288. v. 22. *ἐγὼ*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 288. v. 23. *ὢν*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 288. v. 23. *σὺ*] *σοὶ* August. primus solenni errore. REISK.

P. 288. v. 23. *μέν γε*] V. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 560. SCHAEFER.

P. 288. v. 23. *οὐδὲν*] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 288. v. 23. *οὐδαμοῦ*] *οὐδαμῶς* August. quartus. REISK.

P. 288. v. 25. *πάντα, ὅσα*] *ἅπαντα, ἃ* eadem, qua semper, harmonia MSti Guelph. Aug. Vind. et Regiorum primus. TAYLOR.

P. 288. v. 25. *ὅσα*] *ἃ* August. primus et quartus. REISK.

P. 288. v. 25. *προσῆκε*] Adde *πράττειν* ob insequentem accusativum, quod insequente dativo necesse non foret. REISK. Non addendum est, sed subaudiendum e sequente *ἔπραττον*. Saepius petenda e sequentibus quae antecedentium sensum absolvant. V. not. ad Poët. Gnomic. p. 228. SCHAEFER.

P. 288. v. 26. *λέγε τὸ ψήφισμα.*] Post haec verba addunt *μοι* Paris. primus, August. primus et quartus. Cum hoc versu et in his verbis exit pagina codicis August. primi et sequitur in proxima insequente *Ψήφισμα Δημοσθένους* ab eadem antiqua manu magnis literis exaratum, sed altius, quam pro solito, ut hic versus mihi videatur postmodum adiectus esse. Nam haec nova pagina non consentit numero versuum cum reliquis, sed redundat uno. Contra desunt ei omnia, quae a pag. 288, 28. ad pag. 291, 10. (*Αὕτη τῶν* —) leguntur: ut necesse sit unum folium totum excidisse. REISK.

P. 288. v. 27. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ*] Abest ab August. quarto. Eius loco est *δημόσιον* in Bavarico et Aldina Taylori. REISK. Facilis ob compendium perperam intellectum corruptio, de qua v. Bastii Commentat. Palaeograph. p. 799. et 804. s. SCHAEFER.

P. 288. v. 29. *δέκα*] *δεκάδι* August. secundus. Et hoc idem videtur in illo quoque codice fuisse, unde Aldina Taylori retulit *ἐπὶ δέκα διςδημοσθένης*. REISK.

P. 289. v. 1. *εἶπεν*] Post h. v. Bekkerus hypostigmen posuit. SCHAEFER.

P. 289. v. 1. Ἐπειδὴ —] Est anacoluthum. Apodosis incipit v. 25. a verbis διὸ δέδοκται. REISK. Simile anacoluthum vidimus supra p. 269, 10. ss., ubi v. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 289. v. 1. ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς] ὁ Μακεδὼν Bavaricus. REISK. Bekkerus: „ βασιλεὺς om. F. S. Q." Suspicor in psephismate hoc solum fuisse: Φίλιππος ὁ Μακεδών. Quod ut alibi nihil differat a vulgata, in hoc tamen decreto, quo Demosthenes hostem acerrime insectatur, vi quadam sibi propria non caret. Conf. p. 157, 2. 446, 10. Simili vi Protestantium foedere iunctorum duces Carolum V. compellarunt *Gandavensem*. SCHAEFER.

P. 289. v. 2. τε] Omittunt August. secundus et quartus. REISK.

P. 289. v. 5. παρὰ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 289. v. 6. εἶναι] Abest a Lindenbrog. REISK.

P. 289. v. 6. παρήρηται] [παραιρεῖται.] Ita noster c. Aeschin. π. παραπρεσβ. p. 424, 20. νῦν δ' ἤδη καὶ τὴν ἐλευθερίαν παραιρεῖται. TAYLOR. Vulg. παραιρεῖται. παρήρηται Schedae Scringeri. ἀφαιρεῖται August. quartus. Praetuli de meo sensu παρήρηται ob insequens πεποίηκεν. REISK. παραιρεῖται Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 6. οὐδὲν] μηδὲν Aldina Taylori. REISK.

P. 289. v. 7. δορυαλώτους] δοριαλώτους Bekker. Quae forma huius similiumque compositorum est probabilior. SCHAEFER.

P. 289. v. 8. τῶν] τοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 10. ἐπιπολὺ] ἐπὶ πολὺ Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 10. ὠμότητι] Sic correxit annotator Weimaranus vitiosum ὠμόποτι, quod est in Aldina. REISK.

P. 289. v. 11. ἃς] τινὰς P. Manutius. REISK.

P. 289. v. 11. ἐμφρούρους] ἐμφόρους August. secundus. REISK.

P. 289. v. 11. ποιεῖ] πεποίηκε Venet. Ald. Tayl. REISK.

P. 289. v. 16. κατακόρως χρώμενος] Uno vocabulo καταχρώμενος Paris. quintus. REISK.

P. 289. v. 18. μέγας] Abest a Bavarico. REISK. Post h. v. Wunderlichius et Bekkerus plene interpunxerunt. SCHAEFER.

P. 289. v. 20. καὶ ἰδίας] Malim aliud. Si enim eius fuerunt, quomodo intercepit illas? Melanchthon: *barbara et privata oppida.* hoc est, nulla cum Graecis societate coniuncta. WOLF. ἰδίας idem atque αὐτονόμους, *sui iuris*, *nullo foederis iure cum Graecis sociatas.* Ita sentit Tourrellius. Vertit Etruscus: *pigliava terre barbare* e non sue. Lambinus: *videbat, eum urbes barbaras*, quasi *) peculiares ac proprias, *intercipere.* TAYLOR. καὶ οὐκ ἰδίας

---

*) Legit igitur Lambinus ὡς ἰδίας, opinor, quod sciret frequentissime confundi καὶ et ὡς. SCHAEFER.

Schedae Scrimgeri: quod secutus est interpres Italus. Quid sibi velint *oppida propria*, non intelligo. Cui propria? Non certe Philippo. Cur enim raperet ipse sua? Suspicatus aliquando fui, legendum esse καὶ οὐ φιλίας, oppida barbarorum populorum nobiscum societate nulla copulata, aut καὶ οὐκ ἰδίας, neque propria Atheniensium, in iure atque potestate eorum sita, *die nicht ihre Unterthanen sind.* REISK. Pro sana Reiskius vulgatam habens Ind. Graecitat. pag. 278. cum aliis sic interpretatur: *civitates per se stantes, cum alia nulla rep. Graeca foederibus coniunctas.* Wunderlichius edidit καὶ οὐκ ἰδίας, hac nota adscripta: „οὐκ ἰδίας. Negationem intuli ex Schedis Scrimgeri, qua quo modo carere potuerint interpretes, equidem non satis intelligo." Quibus Dissenius, nisi fallor, in altera Wunderlichiana haec addidit: „Nisi forte ἰδίας dicit urbes liberas Graecis non iunctas." Nunc audiamus Weiskium de Hyperb. I. pag. 23. ita docentem: „Taylorus ἰδίας explicat αὐτονόμους contra verbi usum locique sensum; sequitur enim: νῦν δὲ ὁρῶν Ἑλληνίδας πόλεις ὑβριζομένας etc. Quare et Reiskius bene fecit, quod hunc certe locum coniecturis suis non maculavit *). Immo ἴδιοι i. e. ὁμόφυλοι, οἰκεῖοι, opp. αἱ οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαι πόλ. Ἑλλ., ut p. 289, 6. Ergo ἰδίας ad βαρβάρους additur κατ᾽ ἐπεξήγησιν, per eam, qua saepe orator noster utitur, quaeque videtur magis, quam est, tautologiam: continet enim fere gradationem quandam aut accessionem sententiae, ut h. l. licere illi in suum genus, in sua viscera saevire, dum Graeciae parcat. Sic legimus p. 446, 10. *Μακεδόνες καὶ βάρβαροι*, i. e. Philippus." Haec vix digna sunt quae confutentur: quippe repugnat ipse loquendi usus, qui τοὺς ὁμοφύλους nusquam dixit ἰδίους. Satis turbarum in loco sensus parum impediti. ἰδίας, scilic. ἑαυτοῦ (τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων). *oppida barbara eaque suae ditionis.* V. supra v. 7. Scilicet totius psephismatis haec vis, hic tenor est, ut Athenienses arma sumere videantur, non suorum causa commodorum, quae amissa recuperent, sed ob communem Graeciae salutem. Ceterum hoc decretum numerem in illustrissimis monumentis summae Atheniensium vanitatis, cui oratores ita velificarentur, ut vel e mythicis temporibus mellitos verborum globulos repeterent. SCHAEFER.

P. 289. v. 20. ὑπελάμβανεν — πλημμελεῖσθαι] Melanchthon: *minus in se delinqui putabat P. A.* Perionius: *leviora scelera ea, quae in ipsum admitteret, existimavit.* Meletus: *iudicabat rem leviorem esse, quam ut adversus eum sollicitus esset.* WOLF. Ferrus: *havea per manco male l' esser offeso da lui.* Anonymus Venetus: *putabat contemnendum esse P. A., si in ipsum aliquid delinqueret.* Lambinus: *levius id esse et tolerabilius arbitrabatur*,

*) Itane Weiskios scribere ausos esse de Reiskiis? SCHAEFER.

quum ipse in se peccaret. TAYLOR. ἔλαττον, subaudi τοῦ ἐγκαλεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι. REISK. Immo, ut Lambinus, *levius*, *tolerabilius.* SCHAEFER.

P. 289. v. 21. ὁ τῶν Ἀθηναίων] Vulg. ὁ Ἀθηναίων. ὁ τῶν Ἀθηναίων August. secundus. ὁ omittit Bavaricus. τῶν addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 21. αὐτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 25. τὸ] τῷ rescribendum censet Lambinus. TAYLOR. Lambini commentum Reiskius ad prius τὸ v. 21. retulit. Sed utroque loco τὸ tam verum est, ut, si mutares in τῷ, sensum perverteres. SCHAEFER.

P. 289. v. 25. καταδουλουμένους] Post h. v. Wunderlich. et Bekker. plene interpungunt. SCHAEFER.

P. 289. v. 25. δέδοκται] δεδόχθαι arbitror. Vide annotata ad p. 235, 7. TAYLOR.

P. 289. v. 26. τῶν] τῷ Bekker. SCHAEFER.

P. 289. v. 26. εὐξαμένους — τῶν Ἀθηναίων] Simillima Xenophontea Cyrop. l. II. init. προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς Περσίδα γῆν κατέχουσιν. SCHAEFER.

P. 289. v. 27. τοῖς θεοῖς καὶ ἥρωσι] τῷ θεῷ καὶ πᾶσιν ἄλλοις θεοῖς τε καὶ ἥρωσι Ven. TAYLOR. Item Aldina Taylori. REISK.

P. 289. v. 27. τοῖς κατέχουσι κ. τ. λ.] V. Philemon pag. 255. ibique Osannus, qui e Lexico Parisino MS. eadem dedit ibid. pag. 252. s. SCHAEFER.

P. 289. v. 28. τῶν Ἀθηναίων] Wunderlichius: „An τὴν τῶν Ἀθηναίων legendum?“ Quam notulam non erat cur Dissenius in altera Wunderlichiana deleret. Nam ecce Bekkerus in pluribus libris repertum edidit τὴν Ἀθηναίων. SCHAEFER.

P. 289. v. 28. ἐνθυμηθέντας] [ἐνθυμηθεῖσι.] ἐνθυμηθέντας Lambin. ἀναμνησθέντας et ἐνθυμηθείσης alii iuxta istum hominem *). Vide quae diximus ad initium Orationis Demosthenis π. παραπρεσβ. [p. 341, 8.] TAYLOR. Vulg. ἐνθυμηθεῖσι. ἐνθυμηθέντας index Lambini, quod idem Schedae Scrimgeri quoque videntur dare voluisse, e quibus Wolfius prodidit ἐνθυμηθέντα. Videtur utique alterutrum adoptandum, aut εὐξαμένοις et θύσασι et ἐνθυμηθεῖσι, aut εὐξαμένους et θύσαντας et ἐνθυμηθέντας. Correxi ἐνθυμηθέντας ob praemissum εὐξαμένους καὶ θύσαντας. REISK.

P. 290. v. 1. διότι] i. q. ὅτι. V. H. Stephani Thesaur. c. 4342. A. Eadem constructione supra v. 17. ἐπιλελησμένος ἑαυτοῦ, ὅτι —. SCHAEFER.

P. 290. v. 4. καὶ τὸν — ἵππαρχον] Desunt in Lindenbr. Cod.

---

*) Lambinum designat. REISK.

Ven. pariter, quasi olim in eo deessent quoque, legit: καὶ τὰς πεζὰς καὶ τὰς ἱππικὰς δυνάμεις Ἐλευσίναδε ἐξάγειν. TAYLOR. Quid in Veneto fuerit, non satis intelligo ex oratione Taylori. REISK. Hoc, opinor, vult Taylorus: in Lindenbr. deesse καὶ τὸν στρατηγὸν καὶ τὸν ἵππαρχον, in Ven. τὸν στρατηγὸν καὶ τὸν ἵππαρχον. SCHAEF.

P. 290. v. 4. τὰς πεζὰς] καὶ τὰς πεζὰς Venet. August. quartus, Aldina Taylori. REISK. Wunderlichius: „Malim e Codd. nonnullis καὶ τὰς πεζάς.“ Ego non item. SCHAEFER.

P. 290. v. 5. Ἐλευσίναδε] Ἐλευσῖνάδε Bekker. V. not. ad p. 287, 11. SCHAEFER.

P. 290. v. 11. ὅτι] Pendet a verbo λέγειν, quod latet in antegresso παρακαλεῖν. SCHAEFER.

P. 290. v. 12. οὐδὲν] οὐδὲ Paris. quintus. REISK.

P. 290. v. 13. ἀλλήλας] ἀλλήλαις August. quartus, Aldina Taylori. REISK.

P. 290. v. 13. δυνάμεσι] δυνάμει August. quartus. REISK.

P. 290. v. 15. [ὅτι καὶ]] Wunderlichius: „ὅτι καὶ, quae Reiske seclusit, constructionem et sensum turbant. Certe καὶ insititium iudico.“ In altera Wunderlichiana unci amoti sunt, sed haec nota addita: „ὅτι καὶ Reiske seclusit; equidem certe καὶ insititium iudico.“ ὅτι [καὶ] Bekker., cautior ille Reiskio. Nam καὶ quidem quid sibi velit, nemo quisquam dicat: sed ὅτι nec sensum turbat nec constructionem pervertit. Scilicet quae participium εἰδὼς continuo sequitur recta constructio, ὅτι — καλὸν (subaud. ἐστὶ), e Graecorum more variandi structuram mox transit in obliquam, ἀνάξιον εἶναι. Quam anomaliam syntacticam e tot exemplis satis cognitam offensioni fuisse Reiskio parum miror, (nam talia vir summus curae non habebat,) multum miror Wunderlichio fuisse. V. Matthiae Grammat. Graec. §. 538. 1. pag. 774. SCHAEFER.

P. 290. v. 18. εἶναι] ἐστι Schedae Scrimgeri. REISK. Critici est παραδιόρθωμα: cuiusmodi παραδιορθώματα illis in Schedis saepius occurrere videntur. SCHAEFER.

P. 290. v. 18. καὶ] Omittit P. Manutius. REISK.

P. 290. v. 18. καὶ τῆς — ἀρετῆς] καὶ τῆς τῶν προγόνων δόξης καὶ τῆς ἀρετῆς Ven. TAYLOR. Item Aldina Taylori. In Bavarico sic est: καὶ τῆς τῶν προγόνων δόξης καὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς. REISK. Hoc in loco turbatum esse probabile faciunt et varr. lectt. Bekk. et quae notavimus ad p. 385, 12. SCHAEFER.

P. 290. v. 19. ἀρετῆς] Post h. v. Wunderlich. et Bekker. plene interpungunt. SCHAEFER.

P. 290. v. 20. συγγενείᾳ] εὐγενείᾳ Reg. γ. Quod amplector. Nam illud alterum vix fere distat ab eo, quod sequitur, scilic. ὁμοφύλῳ. Et notissimum est Thebanos cum Atheniensibus de antiquitate generis et nobilitate decertare. Autochthones enim glo-

P. 326. v. 28. *τῶν*] Omittunt August. secundus et quartus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. Omisit Bekker. Iure, ut opinor. Certe deleto articulo Demosthenes loquitur et humanius et vero cautius. SCHAEFER.

P. 326. v. 29. *προδιδόντων*] *προδοτῶν* August. quartus. REISK.

P. 326. v. 29. *ἢ*] Nihil importunius esse potuit, quam ista coniunctio: quae idcirco a melioribus non agnoscitur, Vindob. et *α*. Ni legamus cum Altemps. *ἢ καὶ*. TAYLOR. *ἢ* omittit August. primus. REISK. Non displicet *ἢ καὶ* etiam Bekkero oblatum duobus in libris. Recepit Wunderlichius. „*ἢ καὶ*“ inquit „praetuli vulg. *ἢ*. vid. Observ. Crit. in Aeschyl. p. 139.“ SCHAEFER.

P. 327. v. 1. *ἐλυμήνατο*] *ἐλυμήνατο* Wunderlich. *ἐλυμαίνετο* Bekker. Bene. Soli enim imperfecto hic locum esse docet quod sequitur *ἕως ἀνέτρεψε*. SCHAEFER.

P. 327. v. 1. *τοῖς ὅλοις*] Magnas mihi molestias excitavit istud *τοῖς ὅλοις*, quod alii securi ad *ἐλυμήνατο* adplicant, ut cum ea voce constructionem nanciscatur. Quod ego concoquere non

possum. Procul dubio ἀνέτρεψε erat antiquitus varia lectio τοῦ ἐλυμήνατο, atque id significabatur particula quadam, quae nunc in ἕως degeneravit. In MSS. circa eam vocem variatur. ἀνέτρεψαν Ven. Ital. ἀνέστρεψε Guelph. Vindobon. et Reg. α. TAYLOR. Circa τοῖς ὅλοις nuginatur nescio quae Taylorus. REISK. Ego vero satis mirari nequeo imbecillitatem stomachi, qui hoc concoquere non possit. τὰ ὅλα, *summa reipublicae*. λυμαίνεσθαι autem iungi etiam dativo tam notum est, ut exemplis ostendere pigeat. V. H. Stephani Thesaur. c. 5850. B. *) SCHAEFER.

P. 327. v. 1. ἀνέτρεψε] ἀνέτρεψαν Aldina Taylori. ἀνέτρεψε Bavaricus, sed cum α super extremo ε. REISK.

P. 327. v. 2. εἰ δ', οἷος ἦν κ. τ. λ.] Citat hunc locum Alexander Rhetor p. 24. Marcellinus ad Hermogenem p. 173. REISK.

P. 327. v. 2. ἦν] Deest in MStis Guelph. Vind. Lindenbr. et Reg. α. Deest etiam in Aristide, qui hunc locum laudat π. παραφθέγματος. TAYLOR. ἦν omittit August. primus. REISK.

P. 327. v. 3. ἀνὴρ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 327. v. 3. ἕνα μόνον ἄνδρα] ἕνα ἄνδρα μόνον Wunderlichii altera et Bekker. Ille in Append. pag. 200.: „Redde Demostheni, quod in omnibus, ἕνα ἄνδρα μόνον." Non dicam hunc ordinem esse omnium. SCHAEFER.

P. 327. v. 6. ἔσχον] ἔσχεν plures, Aug. Regii α. ε. η. et Vindob. a manu secunda atque idem Aristides. TAYLOR. ἔσχεν August. primus. REISK. ἔσχεν Wunderlichii altera et Bekker. SCHAEF.

P. 327. v. 6. οὐδεὶς ἂν — τῶν εἴσω] Citatur a Thoma Magistro v. Εἴσω [p. 277.]. TAYLOR. V. Lobeckius ad Phrynich. pag. 128. SCHAEFER.

P. 327. v. 6. οὐδεὶς ἂν] Post οὐδεὶς addit ἂν Thomas Mag. l. c. Addidi. REISK. Deleverat Wunderlichius: sed revocavit Dissenius in altera Gottingensi. Omisit etiam Bekker. etsi repertum in uno Codice. SCHAEFER.

P. 327. v. 7. κακοῖς] Deest August. quarto. REISK.

P. 327. v. 7. ὄντες] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 327. v. 12. πολλῷ — ἐλάττοσι] πολὺ ταύτης ἐλάττω κακὰ τὴν πόλιν εἴργασται p. 429, 27. πολλῷ δὲ δήπου τοῦτο τοῦ καταψεύσασθαι δεινότερον p. 431, 3. πολλῷ τούτων — ἐλάττω πράγματα p. 573, 16. Plato III. 1. p. 460. Bekk. πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ. Sic saepius dirimuntur quae sensus arctissime iungit. V. not. ad p. 318, 7. quaeque Poppo dedit ad Xenophont. Cyrop. p. 90. SCHAEFER.

---

*) Citat ibi vir summus locum Geoponicorum Tom. IV. p. 1172. sequens Basileensem editionem, quae dat θυμιαστέον. Hanc vocem Angli, ut omissam Lexicographis, asterisco insigniverunt. Sed corrupta est mutandaque in θυμιατέον, ut legitur in praestantissima Niclasii. SCHAEFER.

P. 327. v. 13. λέγε — λαβὼν] Quid? λέγε et ἀνάγνωθι? Sanant hoc ulcus Codd. Aug. Vindob. et α. λάβε μοι ταυτὶ καὶ ἀνάγνωθι. Sed vitata illa Charybdi ecce parata est Scylla: sequitur enim ἀνάγνωθι λαβών. TAYLOR. Pro λέγε August. primus dat λάβε. Malunt alii λάβε hic et p. 363, 10., credo, quia λέγε καὶ ἀνάγνωθι, *dic et recita*, concoquere nequeunt. Utique recitatio sine pronuntiatione fieri nequit. Verum non omne, quod pronuntiatur, id idem quoque recitatur, sed multa possunt memoriter dici. Quare bene inter se constare possunt λέγε καὶ ἀνάγνωθι, dummodo sic accipias atque interpreteris: *pronuntia istaec de scripto recitanda.* REISK. Reiskii ratio mihi quidem parum probatur: nam hoc λέγε nihil differt ab altero ἀνάγνωθι. V. not. ad p. 234, 27. Quod si ambo imperativi per solam copulam sic iungerentur, unum ut facerent membrum orationis, intolerabilis foret tali in formula pleonasmus. Sed utrique cum suus accedat accusativus, priori ταυτὶ, posteriori τὸν ἀριθμὸν, duo exsistunt membra pleonasticam locutionem ita obscurantia, ut nemo quisquam facile offendatur. Fateor hos accusativos eandem rem significare posterioremque tantummodo ἐξηγήσεως χάριν additum esse. Sed hoc nihil obstat, quin ambo imperativos sine ulla offensione legamus: nedum incidamus in Charybdin aut Scyllam, quibus nos Anglus territat. Idem dictum esto de altero loco p. 363, 10. SCHAEFER.

P. 327. v. 14. τὸν ἀριθμὸν — ψηφίσματα] Uncis inclusit Bekker. ut omissa in libro notae optimae. Cur mihi videantur unci abesse debere, ostendunt quae de iunctura amborum imperativorum modo disputavi. SCHAEFER.

P. 327. v. 15. *ΑΡΙΘΜΟΣ ΒΟΗΘΕΙΩΝ.*][*Ἀριθμὸς βοηθειῶν κατὰ τὰ ἐμὰ ψηφίσματα.*] Absurde. Vox βοηθειῶν tam cito recurrens et haec quoque, κατὰ τὰ ἐμὰ ψηφίσματα, recurrere fecit, quae delenda sunt omnino. Et recte fecit Wolfius, qui ea non censebat interpretatione digna. In vetusto et optimo exemplari Regio α. desunt, ut oportuit. Ita et in Altemps. In Guelph. et Vindob. legitur Ἀριθμός. Ψήφισμα. Non male. TAYLOR. Vulg. Ἀριθμὸς βοηθειῶν κατὰ τὰ ἐμὰ ψηφίσματα. In August. primo est sic: *ΑΡΙΘΜΟΣ.* et paulo interiecto spatio vacuo: *ΨΗΦΙΣΜΑ.* Ab August. secundo totus abest versus et tantummodo scriptum est Ψήφισμα. Ab August. quarto item totus abest titulus, nullo vestigio relicto. τὰ abest a P. Manutii editione. Verba κατὰ τὰ ἐμὰ ψηφίσματα, ut perperam e versu superiori iterata, omisi. REISK.

P. 327. v. 16. τὰ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 327. v. 16. κἀγαθὸν] Omittit August. quartus. REISK.

P. 327. v. 17. μὲν] Abest ab August. primo et quarto. REISK.

P. 327. v. 17. ὦ γῆ καὶ θεοὶ] In antiquo Codice exclamatio non aderat: atque haud video, quam hoc loco valde sit necessaria. OBSOP. Deest etiam in Lind. et Ask. TAYLOR. Exclamatio non supervacanea, quae visa fuit Obsopoeo esse, sed imprimis gravis

et affectuosa. Sic exclamat dolens et quiritans et indignans, tam egregi accepta tam sinistrum exitum sortita esse, optansque aliter evenisse atque evenit. REISK. Iure tuetur haec verba. Conf. p. 321, 1. SCHAEFER.

P. 327. v. 17. *μεγίστοις*] [*ἐν μεγίστοις.*] F. addendum *ἀγαθοῖς*. WOLF. Vulg. *ἐν μεγίστοις*. *ἐν* omittunt August. primus, secundus, quartus, Paris. sextus, Bavaricus. *μεγίστης* Paris. sextus. Delevi praepositionem. REISK.

P. 327. v. 18. *ἀναμφισβητήτως*] *ἀναμφισβητήσεως* Paris. sextus. REISK.

P. 327. v. 18. *ὑπῆρχεν*] F. *ὑπῆρχεν ἄν*. MARKLAND. In Bavarico est *ὑπάρχειν*. REISK. Vere monet Wunderlichius praefat. p. XLIX. non probandam esse Marklandi coniecturam, sed iniquissime ait virum egregium turpiter errasse: nam bene ille locum, qui conditionalis est, intellexit. SCHAEFER.

P. 327. v. 20. *ὡς*] L. *ὧν*. TOUP. Hic vero Toupius turpiter erravit expromens coniecturam, qua periodi structura prorsus perturbatur. V. p. 298, 22. SCHAEFER.

P. 327. v. 22. *κρίνασαν*] *κρίνουσαν* Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus, Aldina Taylori. REISK.

P. 327. v. 22. *οὐ μὰ Δί' οὐκ*] Sic in omnibus. TAYLOR. Sic esse in omnibus ideo admonet Taylorus, quia in editione Wolfii, quam ipsius Britannica retulit, posterius *οὐκ* desideratur. REISK. Omittit *οὐκ* etiam Cod. Bekk. Et malim abesse. Persaepe librarii hac in formula negativam iterantes orationem gravarunt. Sed in librorum silentio nihil mutandum. V. p. 432, 28. SCHAEFER.

P. 327. v. 26. *ὑπὲρ τῆς πατρίδος*] Vulg. *τῆς πατρίδος*. *ὑπὲρ τῆς πατρίδας* Paris. quintus, August. secundus, idemque voluit etiam Paris. septimus, tametsi pro *ὑπὲρ* dedisse dicitur *ὑπὸ*. Cum aut versu superiori 25. *ὑπὲρ* esset delendum, aut idem hic loci addendum, praetuli posterius, codicibus ita praecipientibus, tametsi utroque loco praepositio recte abesse possit. REISK. *τῆς πατρίδος* Bekker. Quod Reiskio mihi etiam placet, praepositionem ex lege concinnitatis utroque loco aut addendam aut omittendam esse. SCHAEFER.

P. 327. v. 27. *τούτων*] *τοῦτον* Paris. primus, quintus, sextus, August. primus: nam in eo quoque, quod miror, est utique *τοῦτον*, non *τούτων*, quod S. Fabricius ex eo retulit. *τούτων* autem est in August. secundo. REISK.

P. 327. v. 27. *τούτων προελόμενον*] [*τούτων.*] *τούτων προελόμενον* meliores, Guelph. Aug. Vindob. et Regg. *α. ε. ζ.* TAYLOR. Vulg. *τούτων*. Post hoc pronomen addunt *προελόμενον* August. primus, secundus. Addidi. REISK.

P. 327. v. 28. *τι*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 328. v. 1. *οὐδ'*] *οὐδέ γε* Paris. primus, August. primus, Aldina Taylori. REISK. Bene *οὐδέ γ'* Wunderlichii posterior et

Bekker. Hoc enim membrum inprimis attendendum, ut de quo Orator in sequentibus amplius loquatur. V. not. ad pag. 326, 2. SCHAEFER.

P. 328. v. 1. ὕπουλον] ὑποῦλον Paris. primus. In August. primo primitus accentus fuit adscriptus in antepenultima, ut vulgatum, sed postmodum erasus est accentus, ut vocabulum hoc nunc plane accentu careat. REISK. Vox προπερισπωμένως scribitur etiam in Photii editione principe c. 462. Sed accentus vitio caret his quoque in titivillitiis aliquanto melior Porsoniana. Zonaras c. 1772. Ὑπὸ οὐλήν. ὑπὸ δόλον. ὥς φησι Δημοσθένης. Tittmannus: „Haec frustra, puto, apud Demosthenem quaesiveris. Scribendum: Ὕπουλον. ὑπόδολον. En locum pro Corona [h. l.] —." ὑπόδολος legere non memini. SCHAEFER.

P. 328. v. 2. ὡς] ὅ, *quod*, August. primus. REISK.

P. 328. v. 3. ἁπλῶς] Quid sit docent superiora p. 325, 17., ubi iunguntur ὑγιῶς, δικαίως et ἁπλῶς. SCHAEFER.

P. 328. v. 5. δόξῃ] δοκῇ August. quartus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 328. v. 6. φυλάττει] φυλάττειν Paris. primus. REISK.

P. 328. v. 6. ὁπηνίχ᾽ ὑμεῖς ἐστε] [ὁπηνίκα ἐστὲ.] ὁπηνίκα ὑμεῖς ἐστὲ Aug. Vindob. et Parisienses α. ε. η. Et proxime v. 10. iuxta eosdem, uno excepto η., ἀνεφάνη. TAYLOR. Vulg. ὁπηνίκα ἐστὲ. ὁπηνίχ᾽ ὑμεῖς ἐστε August. primus et secundus, Vindob. *) Interposui ὑμεῖς. REISK. ὁπηνίκ᾽ ἐστὲ Bekker. Nec video, quid pronomen h. l. sibi velit. SCHAEFER.

P. 328. v. 10. πνεῦμα] πνεῦμ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 328. v. 10. ἀνεφάνη] Vulg. ἐφάνη. ἀνεφάνη Paris. primus et quintus, August. primus et secundus, Vindob. Correxi ἀνεφάνη. Toupius quoque Emendat. ad Suidam T. III. p. 105. sic corrigit. REISK. V. Toupii Opusc. T. I. p. 397. (T. II. p. 133. edit. Oxon.). Simplex reduxit Bekker. Mihi compositum satis placet. SCHAEFER.

P. 328. v. 11. συνειλοχὼς] [συνειλεχὼς.] συνειλοχὼς Harl. Vindob. et α. TAYLOR. Vulg. συνειλεχὼς. συνειλοχὼς August. primus et secundus. συνειλεχὼς Bavaricus, sed cum η super ε secundo scripto, ut indicetur varietas lectionis συνειληχὼς, quam lectionem exhibet August. quartus. Praetuli συνειλοχὼς ut magis Atticum Demosthenique praeamatum. REISK. Bekkerus: „συνειλεχὼς (η) S. Q. t. συνειληχὼς Y. r. et γρ. F. συνειλοχὼς O." Unice probanda nostra scriptura, non ut magis Attica, sed quod alia in usu non fuit. συνειλεχὼς quidem non puto graecum esse, συνειληχὼς autem a verbo συλλαγχάνω derivatur. Photius c. 408. in. Συνειλόχασιν, συνήθροισαν. In Toupianis l. c. satis turbarum. SCHAEFER.

---

*) Aliter Taylorus. SCHAEFER.

P. 328. v. 11. *συνείρει*] Sic etiam Bavaricus, sed cum *η* super priore diphthongo. REISK. Photius c. 408. *Συνείρει, συνάπτει.* V. Toupius l. c. SCHAEFER.

P. 328. v. 12. *ἀπνευστὶ*] *ἀναπνευστὶ* dat Aldina Taylori. REISK.

P. 328. v. 15. *ταύτης — ἐπιμελείας*] Vulg. *ταύτης τῆς μελέτης καὶ τῆς ἐπιμελείας, Αἰσχίνη.* Post *μελέτης* ponit August. primus *Αἰσχίνη*, quod rursus v. 16. post *ἐπιμελείας* omittit. Nomen proprium retraxi ad v. *μελέτης*. REISK. Post *ἐπιμελείας* posuit Bekker. Reiskianum ordinem videntur tueri quae notavit Bremius ad p. 41, 1. SCHAEFER.

P. 328. v. 17. *καλοὺς καὶ γενναίους*] Vulg. *γενναίους καὶ καλούς. καλοὺς καὶ γενναίους* August. primus. REISK. *γενναίους καὶ καλοὺς* Bekker. SCHAEFER.

P. 328. v. 18. *πόλεων*] *πόλεως* August. quartus. REISK.

P. 328 v. 20. *κατασκευὴν*] *παρασκευὴν* August. secundus. REISK.

P. 328. v. 22. *ἦν ἐν*] *ἦν καὶ ἐν* Paris. quintus et septimus, August. secundus. REISK.

P. 328. v. 23. *ἀνδρὶ*] *καὶ ἀνδρὶ* Paris. septimus. REISK.

P. 328. v. 23. *κἀγαθῷ*] Vulg. *καὶ ἀγαθῷ. κἀγαθῷ* August. primus. REISK.

P. 328. v. 23. *ἐν οἷς*] Scilic. *ἀνδράσι καλοῖς κἀγαθοῖς*, id quod e proximo *ἀνδρὶ καλῷ τε κἀγαθῷ* tacite excipiendum. REISK. V. quae nuper monui ad Oresten Porsoni p. 85. edit. tert. Lips. Exemplis ibi congestis accedat locus Solonis V. 48. Br. SCHAEFER.

P. 328. v. 25. *οὐδαμοῦ σὺ φανήσῃ κ. τ. λ.*] V. Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 182. SCHAEFER.

P. 328. v. 25. *φανήσῃ*] *φανήσει* Bekker. SCHAEFER.

P. 328. v. 25. *οὐ πρῶτος κ. τ. λ.*] Videtur imitatus oraculum Delphicum: *Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες μήτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Μήτε δυωδέκατοι, μήτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.* WOLF. Tam soloece Pythia etiam furibunda non cecinit. V. Schol. ad Theocriti Idyll. XIV. 48. SCHAEFER.

P. 328. v. 26. *ὁποστοσοῦν*] *ὁστοσοῦν* August. quartus. REISK. Corrig. *οὐχ ὁπ.* SCHAEFER.

P. 328. v. 26. *οὔκουν*] F. *οὐμενοῦν*. MARKLAND. *οὔκουν* recte habet. SCHAEFER.

P. 328. v. 26. *οὔκουν — ηὐξάνετο*] Ita intelligo: *In iis tempestatibus, ubi malorum hominum consiliis resistere erat opus, talem se praestitit. Quin et talem etiam, cum resp. meliore usa sit fortuna.* MSS. interea hoc modo: *οὐκοῦν α. ἐπὶ οἷς* Ven. Ital. Obsop. Ask. Altemps. et ζ. *ἐπί γε οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο* Aug. et Vindob. Et eodem ritu, scil. *ἐπί γε οἷς*, laudat Thomas Mag. in v. *Αὔξειν*. Haec verba ita exponit Lambinus: *Nam si ita esset, tuis rebus gestis tuaque opera opibus, copiis, honore, dignitate*

civitas aucta esset, quod de te praedicare non potes. Anonymus ita: *quoniam neque id egesti, cum patria crevit.* Interpres denique Italicus: *Iddio te ne guardi. Perioche la patria sarebbe cresciuta.* TAYLOR. Vulg. οὔκουν ἐπεί γε καὶ ἡ πατρὶς ηὐξάνετο. οὔκουν ἐφ' οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο Paris. sextus. οὐκοῦν ἐπί γε οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο Vindob. Lessing. August. primus, Thomas Mag. v. αὔξειν. ἐπὶ οἷς Aldina Taylori. οὔκουν ἐπί γε οἷς ηὐξάνετο August. quartus, caeteris omissis. Bavarici textum cum vulgata consentit, sed in margine sic est: γρ. ἐπεὶ οἷς ἡ πατρὶς. Correxi οὔκουν ἐπί γε οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο. *saltim non illis in rebus, ubi salus et decus patriae amplificabatur:* quamquam ubi res agebantur, unde potentia hostium patriae cresceret, ibi primus semper et in primis visus es negotiosus et clamosus. REISK. Thomas Mag. p. 127. hinc citat ἐπεί γε οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο. ubi Cod. bene ἐπί γε —. Inest his verbis sarcasmus satis amarus. Hoc enim Orator vult: certe virtus tua civica nihil quidquam contulit ad eas res, quibus civitas augeretur. SCHAEFER.

P. 328. v. 27. γε] γ' Wunderlichii posterior: quod casu factum dicas, si inspicias Appendicem, ubi Reiskii libido scilicet inferendae elisionis tam acriter castigatur. SCHAEFER.

P. 328. v. 27. ηὐξάνετο] F. ηὐξάνετ' ἄν. MARKLAND. Sed nihil hìc est hypothetici. SCHAEFER.

P. 328. v. 27. τίς γὰρ συμμαχία κ. τ. λ.] Citans hunc locum Alexander Rhetor p. 78, 16. lectionem hanc, non malam profecto, dat, et quam quod prius non compererim et in textum receperim, me nunc piget taedetque: τίς δὲ βοήθεια ἐκ τῆς σῆς εὐνοίας καὶ δόξης; *ecquae copiae sociorum civitati succurrerunt ductae tua sive gratia sive gloria?* Idem p. 329, 1. ἐνδοξοτέρα. v. 2. τί τῶν Ἑλληνικῶν ἢ τῶν οἰκείων ἁπλῶς ἐπηνώρθωται διὰ σέ; v. 5. τειχῶν; ἢ ποῖον ἱππικόν; ἢ τῶν ἁπάντων τί χρήσιμον; ἢ τοῖς ἀπόροις πολιτικὴ βοήθεια ἢ χρημάτων εὐπορία; Sic Aldina: nam Normannus hanc lectionem e vulgata interpolans neutram exhibuit, neque Aldinam neque vulgatam, sed mixtam nescio quam de suo commentus, quemadmodum Portus quoque saepe locorum in Hermogene fecit, malo et metuendo exemplo. REISK. Hinc Tiberius p. 57. s. excerpsit haec: τίς γὰρ συμμαχία, σοῦ πράξαντος, γέγονε τῇ πόλει; ποῖαι τριήρεις; ποῖοι νεώσοικοι; τίς ἐπισκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; SCHAEFER.

P. 328. v. 27. γὰρ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 328. v. 28. ἡ κτῆσις — δόξης] Alexandri scriptura, quam Reiskius probat, mihi quoque ita placet, ut si quis posthac in textum receperit me sit laudatorem habiturus. ἡ σὴ εὔνοια quomodo intelligi oporteat, docet H. Stephani Thesaurus col. 6402. A. SCHAEFER.

P. 329. v. 1. τίς δὲ πρεσβεία;] Tolle signum interrogationis et pone subdistinctionem. Sane Aeschines ἐπρέσβευσε, sed, siqui-

dem Demostheni credimus, non talia, ob quae civitas fieret *ἐντιμοτέρα*. SCHAEFER.

P. 329. v. 2. *οἷς ἐπέστης*] Locus ab Aldo asterisco annotatus, nulla tamen alia lectione indicata, sic in vetusto legitur: *αἷς ἐπέστης, ἐπηνωρθωται; διὰ σὲ*, quod sequitur, nusquam vidi. OBSOP. Ita Ask., uti Obsop. *αἷς* sine *ἐπέστης* Ven. *ἐφ' οἷς ἐπέστης* Reg. *β. ἐφ' ἃ ἐπέστης* Guelph. Aug. Vindob. et Regii *ε. η*. TAYLOR. *ἐφ' ἃ* Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. Verba duo *οἷς ἐπέστης* absunt a Bavarico et August. quarto. *αἷς* sine *ἐπέστης* reperi quoque in Aldina Taylori. REISK.

P. 329. v. 3. *ποῖα βέλη*] Pro *ποῖα βέλη* in nostro *ποία βουλή*, haud dubie rectius, quanquam et Aldi lectio defendi possit. Et mox *νεώσοικοι* legendum est *νεώσηκοι*. OBSOP. Codd. quidem etiam nostri *βουλή* et *νεώσηκοι*. Sed neutrum admittendum est, vel ipso approbante Obsopoeo. TAYLOR. *βουλή* Aldina Taylori, quod hic merito damnat. REISK.

P. 329. v. 5. *νεώσοικοι*] *νεώσηκοι* Paris. primus, quintus, septimus, Pannonicus Obsopoei. *νεόσοικοι* August. quartus. REISK. V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

P. 329. v. 6. *γέγονας*] [*εἶ*.] *γέγονας* Guelph. Aug. Vindob. Regg. *α. ε. η*. Proxime v. 7. — *χρημάτων; οὐδεμία περὶ σοῦ* Guelph. et Vindob. Et deinde v. 8. *εἰ μηδὲν πάντων* iidem cum Aug. et Regiorum primo. TAYLOR. Vulg. *εἶ*. *γέγονας* August. primus et secundus, quod praetuli. REISK. *εἶ* Bekker. SCHAEFER.

P. 329. v. 6. *τίς — ἀπόροις*] *τίς τοῖς ἀπόροις* lege in posterum ex Alexandro, pudetque me nunc non iam dudum sensisse, verba *τοῖς εὐπόροις* meram esse vitiosam scriptionem verae lectionis *τοῖς ἀπόροις*. Extermina ergo in posterum illa importuna. REISK. *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ*. Sed auguror fore qui vocem cordate suadentis audiant. Et fortasse iam exstitit qui audiret: nam nunc ipsum hîc viciniae nova eaque salutaris opera Demostheni impenditur. Conf. p. 260, 12. 16. 261, 1. 262, 10. 25. SCHAEFER.

P. 329. v. 7. *πολιτική*] *civilis, popularis*. SCHAEFER.

P. 329. v. 7. *καὶ κοινή*] F. *ἢ καὶ κοινή*. MARKLAND. Fallitur. *πολιτικὸς* et *κοινὸς* iunguntur etiam p. 776, 11. Iunguntur autem ut affinis voces sensus: nam quae *κοινὰ* sunt, sunt eadem *πολιτικά*. SCHAEFER.

P. 329. v. 7. *παρὰ σοῦ; οὐδεμία*.] *οὐδεμία παρὰ σοῦ* August. primus. *οὐδεμία περὶ σοῦ* Wolfenb. Vindob. REISK.

P. 329. v. 8. *πάντων τούτων*] Vulg. *τούτων*. *πάντων* Paris. primus, August. primus, Wolfenb. Vindob. Addidi *πάντων* conflans duas lectiones librorum, quorum in aliis solum *πάντων*, in aliis solum *τούτων* cernitur. REISK. *πάντων* deleverunt Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 329. v. 8. *προθυμία*] Post h. v. Reisk. et Bekker. habent

signum interrogationis. Est haec hypophora, quam continuo sequitur anthypophora. SCHAEFER.

P. 329. v. 11. ἐπεδίδοσαν] Vide supra ad Aeschin. p. 407. ult. col. 2. TAYLOR.

P. 329. v. 12. τὸ — ἀργύριον] Vulg. τὸ συνειλεγμένον ἀργύριον εἰς τὴν ἐπιτιμίαν. τὸ συνειλεγμένον εἰς τὴν ἐπιτιμίαν ἀργύριον August. primus. REISK. Alter ille verborum ordo videtur praeferendus. V. not. ad p. 287, 6. SCHAEFER.

P. 329. v. 12. εἰς τὴν ἐπιτιμίαν] Apparet, eum fuisse in aerariis coactamque pecuniam ad dignitatem recuperandam callide civitati donasse, ut non solvere debitum, sed in remp. liberalis exstitisse videretur. Consentaneum enim est ei mulctam a populo fuisse post hoc factum remissam. WOLF. Supra p. 334, 4. Bene hic se gessit Tourrellius, quem consulas. Ferrus: *i danari, c' havea ragunati Aristonico per ritener il suo honore.* Lambinus: *pecuniam incolumitatis amissae recuperandae gratia coactam.* Perionius: *coactam pecuniam ad recuperandam dignitatem.* Et alii similiter. Ulpianus: διὰ τιμὴν τῆς πόλεως. TAYLOR.

P. 329. v. 13. παρῆλθες] Vulg. οὔτε παρῆλθες. οὔτε omittunt August. secundus et quartus, Bavaricus. Delevi, ne tot negativae taedium crearent. Sed nollem nunc factum. Non ea erat sat gravis causa. *ne tum quidem neque prodisti neque largitus es quicquam.* REISK. οὔτε παρῆλθες Bekker. Sic etiam prior Gottingensis. Sed in altera Dissenius οὔτε uncis inclusit, hac nota adscripta: „οὔτε omittunt plures libri, recte; nam quum hic nihil praeter ἐπίδοσιν significet orator, particula disiunctiva incommoda est.“ Non assentior. Magna vis est in verbo παρῆλθες. Aeschines ὁ πρότερον πολλάκις φθεγξάμενος ἐπὶ τοῦ βήματος, quo tempore pecunia largienda esset ad necessitates civitatis sublevandas, cavit παρελθεῖν καὶ φθέγξασθαι. SCHAEFER.

P. 329. v. 15. (πῶς γάρ; — δῆλον·)] Tolle signa parentheseos, quibus Reiskiana cum ceteris caret. SCHAEFER.

P. 329. v. 15. ὅς γε — πεντεταλάντων] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 21. SCHAEFER.

P. 329. v. 15. ὅς γε] ὅστις Aldina Taylori. REISK.

P. 329. v. 15. Φίλωνος] φίλων Anecd. Bekk. V. not. ad p. 304, 17. SCHAEFER.

P. 329. v. 16. πεντεταλάντων] Vulg. πέντε ταλάντων. Vitiosam hanc esse lectionem paret. Aut πλεῖον ἢ πέντε ταλάντων legendum est, *plus quam 5 talentorum,* aut duo vocabula πέντε ταλάντων in unum sunt contrahenda, πεντεταλάντων, quod tum erit adiectivum. χρήματα πεντετάλαντα sunt facultates valore quinque talentis aequiparandae, ut statim in continenti legitur διτάλαντον ἔρανον. REISK. πέντε ταλάντων cum libris dant Anecd. Bekk. Sic Wunderlich. Recte, ut puto. χρήματα πεντετάλαντα habet quod

mihi displiceat in scriptore prosaico de hereditate sic, ut hic Orator, verba faciente: non habet *ἔρανος διτάλαντος*. Et quid caussae fuisse dicamus, cur Pollux ex hoc loco citaret IX. 54. *διτάλαντος*, non citaret proximum *πεντετάλαντος*? Quod si quem offendat constructio *πλειόνων ἢ πέντε ταλάντων*, meminerit esse attractionem, cuius crebra sunt exempla post comparativum, quem sequitur particula *ἤ*, non *πλεονάζουσα* illa, ut vulgo opinantur, sed loco suo posita. *οὐδὲν ἐλάττονος ἢ τούτου* p. 349, 12., quod Marklandus sine causa tentavit. Quanquam simplicior etiam expediendae constructionis ratio suppetit, si *πλειόνων* referas, non ad *χρημάτων*, sed ad *ταλάντων*. *qui hereditatis iure acceperis de facultatibus — amplius quinque talenta.* Commendat hanc rationem quod legitur p. 367, 22. *μετὰ πλειόνων ἢ διακοσίων ταλάντων*, simul vulgatae ante Reiskium scripturae loci nostri tantum faciens fidei, nemo ut eam in posterum addubitaturus videatur. SCHAEFER.

P. 329. v. 17. *τῶν ἡγεμόνων τῶν συμμοριῶν*] V. Photius c. 49. SCHAEFER.

P. 329. v. 18. *ἐλυμῄνω*] *ἐλυμήνω* Wunderlich. et Bekker SCHAEFER.

P. 329. v. 18. *τὸν τριηραρχικὸν νόμον*] Vide adnotata ad p. 261, 15. TAYLOR.

P. 329. v. 18. *νόμον*] Post h. v. plene interpungendum. SCHAEFER.

P. 329. v. 18. *λόγον*] *λόγους* August. quartus. Sed in *λόγον* v. 20. consentit vulgatae. REISK.

P. 329. v. 18. *λόγον — λέγων*] Euripides Med. 322. *μὴ λόγους λέγε.* quod Porsonus iure tuetur citaturus, opinor, hoc Demosthenicum, si in promtu habuisset, vix citaturus Aristophanicum, quo Matthiae usus est. SCHAEFER.

P. 329. v. 20. *ταῦτα*] Post h. v. plene interpungendum. SCHAEFER.

P. 329. v. 21. *ὅτι γε*] Vulg. *ὅτι.* Post *ὅτι* addunt *γε* Paris. primus et septimus, August. primus et secundus, Bavaricus. *γε* addidi. REISK. Bene addidit. Persaepe haec enclitica sequitur post *ἀλλά*, sed ita ut aliquid interseratur: id quod aliter esse nequit, quandoquidem vis eius non refertur ad *ἀλλά*. Xenophon Cyrop. VIII. 6. 18. *ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον.* Quid autem valeat enclitica tali in constructione, quo melius tirones intelligant, meminerint Xenophontem sic scribere potuisse: *ἀλλά τό γε — ταύτην ταχίστην εἶναι εὔδηλον.* SCHAEFER.

P. 329. v. 21. *γε*] *γ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 329. v. 21. *δῆλον*] Post h. v. pone hypostigmen. Opponuntur inter se *οὐχὶ δι' ἔνδειαν* et *ἀλλὰ φυλάττων —*. SCHAEFER.

P. 329. v. 22. *φυλάττων τὸ μηδὲν —*] *servans ne quid —*. SCHAEFER.

P. 329. v. 23. *νεανίας*] V. Ind. Graecit. p. 348. Ut hic *νεανίας* et *λαμπρὸς*, sic p. 557, 25. *νεανικὸς* et *λαμπρὸς* iunguntur. SCHAEF.

P. 329. v. 23. *καὶ πηνίκα — λαμπροφωνότατος*] Citat Georgius Lecapenus p. 66. SCHAEFER.

P. 329. v. 23. *πηνίκα*] Locum hunc citat Herodianus p. 438. in calce Moeridis a Piersono editi. REISK. In Herodiano legendum, non *ἐπὶ τόπου* cum Piersono, sed *ἐπὶ χρόνου*. Compendium enim vocis *χρόνου* non intellectum ac corrupta quae sequitur praepositio pepererunt monstruosum illud *χυπεῖ*. De hoc usu adverbii *πηνίκα* v. Lobeckius ad Phrynich. p. 50. SCHAEFER.

P. 329. v. 25. *εἰπεῖν — δέοι*] *κατὰ τούτων εἰπεῖν τι δέῃ* August. primus. *εἰπεῖν κατὰ τούτων τι δέῃ* August. quartus et Bavaricus, sed in hoc vulgata est superscripta. Ex August. secundo solummodo *δέῃ* annotavi. REISK. *εἰπεῖν κατὰ τούτων δέοι* Georgius Lecapen. l. c. diserte probans optativum, quod in tali Grammatico non mirandum. *εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέῃ* Wunderlichii posterior. *εἰπεῖν κατὰ τούτων τι δέῃ* Bekker. SCHAEFER.

P. 329. v. 25. *δέοι*] Post h. v. plene interpungam. SCHAEFER.

P. 329. v. 25. *λαμπροφωνότατος*] Citat Pollux 3, 111. v. *λαμπροφωνότατος*. REISK. V. Interprett. ad Plinii Epistol. II. 3. 10. SCHAEFER.

P. 329. v. 26. *τραγικὸς Θεοκρίνης*] Nisi *Θεοκρίνης* sit *κύριον* nomen alicuius fabularum actoris tunc celebris, quod suspicor, videtur haec vox, quae alibi non occurrit, significare *a deo electus*. PALMER. Hunc et tragoediarum actorem et calumniatorem fuisse tradit Erasmus. Exstat et Demosthenis nostri actio in Theocrinem sycophantam. WOLF. Omnino Harpocratio et Suidas in v. *Θεοκρίνης*, Apostolius XIX. 49. Brodaeus V. Miscellan. 23. TAYLOR. V. Photius c. 67. in. SCHAEFER.

P. 329. v. 27. *εἶτα — ποιεῖς*] Citat Aristides p. 439. V. Hoogeveen. ad Viger. p. 362. SCHAEFER.

P. 329. v. 27. *τῶν — Ἀθηναῖοι*] Tiberius p. 67. citat sic scripta: *τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν μέμνησαι, καὶ καλῶς ποιεῖς· οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι.* SCHAEFER.

P. 329. v. 27. *ἀνδρῶν ἀγαθῶν*] Bekkerus: „*ἀγαθῶν ἀνδρῶν* S. Y. Q. k. p. r. s.“ Hic verborum ordo perplacet: quem nisi probes, cum Tiberio articulus est iterandus. V. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1048., ubi cum scriberem delendum mihi videri *Φλιασίων* in Platone Phaedon. init., quod Phaedo non esset nunc primum docendus, Echecratis cives esse Phliasios, non reputaveram lectores hoc docendos esse. Persimilis locus est Platonici Convivii init. *εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν.* ubi *Φαληρόθεν* lectorum gratia additur. Sic etiam in Apolog. Socrat. c. 20. p. 162. Heind. *καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ* [add. *ἡ*] *Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα.* ubi nisi Philosophus lectoribus consuluisset, non erat scripturus nisi *ἡμῶν ἡ φυλὴ πρυτ.* SCHAEFER.

P. 329. v. 28. μέντοι] μὴν δὲ Paris. sextus. REISK.

P. 329. v. 29. τὴν — ὑπάρχουσαν] V. not. ad p. 323, 13. SCHAEFER.

P. 330. v. 1. προλαβόντα] [προσλαβόντα.] F. προλαβόντα. MARKLAND. Vulg. προσλαβόντα. προλαβόντα Meermann. Detraxi σ. abusum callide in rem suam vestro quodam velut praeiudicio. REISK. προσλαβόντα cur displiceat, parum perspicio. adsumentem tanquam in subsidium, quo adversarium urgeas. SCHAEFER.

P. 330. v. 2. τὸν συζῶντα] τὸν νῦν συζῶντα Aldina Taylori. REISK. τὸν νῦν ζῶντα Bekker. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 354. SCHAEFER.

P. 330. v. 2. τίς γὰρ — ἔτι μισεῖ;] Citat h. l. Stobaeus p. 603, 32. REISK. T. III. p. 406. edit. Lips. SCHAEFER.

P. 330. v. 2. οὐκ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 330. v. 3. τοῖς — φθόνος] φθονοῦνται οἱ ζῶντες. *Pascitur in vivis livor: post fata quiescit.* Cicero in Sallustium: *Neque me cum iis conferri decet, P. C., qui iam decesserunt omnique odio carent et invidia, sed cum iis, qui mecum una in rep. versati sunt.* WOLF. Add. Victor. XV. Var. Lect. 3. TAYLOR. *vivis omnibus plusve minusve subinvideri.* SCHAEFER.

P. 330. v. 5. τοὺς δὲ τεθνεῶτας] Vulg. τοὺς τεθνεῶτας δὲ. τοὺς δὲ τεθνεῶτας August. secundus. REISK. τοὺς τεθνεῶτας δὲ Stobaeus. Sic etiam multi Codd. Bekk. Nec causae quidquam fuisse puto, cur Reiskius hunc ordinem mutaret: persaepe enim positura particularum μὲν et δὲ non exigitur ad amussim. SCHAEFER.

P. 330. v. 5. ἔτι μισεῖ] Vitiosa Stobaei lectio ἀτιμήσει e nostris libris Demosthenicis est corrigenda. REISK.

P. 330. v. 6. πρὸς τοὺς] Absunt ab editione P. Manutii. REISK.

P. 330. v. 6. πρὸ] Desideratur in August. primo, tametsi Fabricius id adesse testatur. REISK.

P. 330. v. 7. κρίνωμαι καὶ θεωρῶμαι] Vulg. κρίνομαι καὶ θεωροῦμαι. κρίνωμαι καὶ θεωρῶμαι Bavaricus, quod praetuli. *egone committam, ut explorer, ut specter? ich sollte mich beschauen, prüfen lassen?* REISK. Immo simpliciter: *egone explorer et specter?* SCHAEFER.

P. 330. v. 7. δίκαιον — ἴσον] Significatione perparum differunt. V. p. 1478, 24. SCHAEFER.

P. 330. v. 7. ἴσον ἐστὶν] Vulg. ἴσον. Post ἴσον addunt ἐστὶν Paris. septimus, August. secundus. Addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 330. v. 8. εἴ τινα] ὅντινα Guelph. Aug. Vindob. Regii α. ε. TAYLOR. ὅντινα August. primus, secundus, quartus. REISK.

P. 330. v. 10. ταὐτά σοὶ] ταὐτά σοι Reisk. Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 330. v. 10. σοὶ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 330. v. 10. κἀκεῖνο — ὑπερμεγέθεις] Pro his in antiquo sic collocata haec verba reperi: κἀκεῖνο σκόπει, πότερον εὐεργεσίας οὔσας ὑπερμεγέθεις etc. OBSOP. Vide Victor. XXII. Var. Lect. 8. TAYLOR. Deerant in Pannonico Obsopoei nonnulla. REISK.

P. 330. v. 10. σκόπει] σκοπεῖ Paris. primus. REISK.

P. 330. v. 11. προτέρων] πρότερον Paris. primus, August. primus et quartus, Bavaricus. REISK. πρότερον Bekker. SCHAEFER.

P. 330. v. 12. οὔμενουν] [οὐμενοῦν.] οὐδὲ μὲν οὖν Ven. Obsop. Ital. Scribi debuit proparoxytone, ut Grammatici dicunt. De ea re consulantur Budaeus et, qui post Budaeum istam disceptationem suscepit, H. Stephanus Thes. T. II. c. 1532. Atque hoc in superioribus animadvertendum erat, scilicet ad p. 274, 16. TAYLOR. οὐδὲ μὲν οὖν Aldina Taylori. REISK. οὐ μὲν οὖν Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 330. v. 12. ἡλίκας] Nota breviloquentiam propriam syntaxi graecae. Similia exempla constructionis huius adiectivi attractionem pariter passi vide in Bosii Ellips. p. 479. SCHAEFER.

P. 330. v. 12. ἐπὶ] F. περὶ. SCHAEFER.

P. 330. v. 13. ἀχαριστίαν] ἀχρηστίαν Ven. et Obsop. TAYLOR Item Aldina Taylori. REISK.

P. 330. v. 15. τι] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 330. v. 16. καὶ μὴν, εἰ καὶ —] Citat h. l. Aristides Opp. T. II. p. 267, 14. REISK.

P. 330. v. 16. καὶ] καὶ tertium seu postremum omittunt Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P. 330. v. 20. τοιούτους] ἄλλους Guelph. Aug. Vindob. cum Parisiensibus quibusdam. TAYLOR. ἄλλους margo Lutetianae sine indicio codicis, qui videtur Paris. primus esse, August. primus. REISK.

P. 330. v. 20. τότε] Omittunt Paris. primus, August. primus. Eius loco dat editio P. Manutii ὅτε. Sed sunt ibi loci (p. 49.) mendae typographicae complures. REISK.

P. 330. v. 21. καὶ] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 330. v. 21. κατ' ἐκείνους — ἐπῄνουν] Vulg. κατ' ἐκείνους ἦσάν τινες τοὺς χρόνους οἱ διασύροντες τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δὲ πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν. κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἦσάν τινες, οἳ διέσυρον μὲν τοὺς ὄντας τότε — August. primus. Verba οἳ διέσυρον Fabricius seu potius Wolfius pro scholio habet, quod imposuit Tayloro, ut suspicaretur in August. primo aliam fuisse lectionem et ista, οἳ διέσυρον, pro scholio fuisse adscripta *). Sed

*) οἱ διασύροντες] οἳ διέσυρον Reg. α. In Augustano Codice ea lectio videtur pro scholiolo fuisse. TAYLOR.

est ista lectio in ipso texto claris et perspicuis literis exarata et nulla praeter eam alia ibi est. Cum August. primo consentit Paris. primus in οἱ διέσυρον μὲν. August. secundus consentit cum vulgata, nisi quod μὲν addit post τοὺς ὄντας. Taylorus: „MS. Ven., ut aliquando fieri solet, inter utrumque libratur, διασύροντες scilicet. Supra p. 316. ult." Vulgata lectio possit ferri, dummodo δὲ tollatur et sic scribatur: οἱ διασύροντες τοὺς ὄντας τότε τοὺς πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν. Verum praetuli lectionem Augustani: οἱ διέσυρον μὲν τοὺς ὄντας τότε —. REISK.

P. 330. v. 21. τοὺς χρόνους] Omissa in aliquot libris Bekkerus uncis inclusit. Dionysius Halic. de C. V. c. 2. in. οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους. SCHAEFER.

P. 330. v. 22. μὲν — δὲ] Adverte sedem harum particularum. Hae enim particulae duo periodi membra haud raro ita iungunt, ut qui notionum ordo in priori membro fuit in posteriori convertatur. Sic ordine notionum converso hic ad se referuntur διέσυρον et ἐπῄνουν, τοὺς ὄντας τότε et τοὺς πρότερον γεγενημένους. Eâdem structurâ Libanius p. 333, 11. πολλὰ μὲν — πάσχοντες, δρῶντες δὲ οὐδὲν —. Artificiosius etiam sic iunctam per has particulas periodum legimus p. 281, 26., ubi v. ad notata. SCHAEFER.

P. 330. v. 23. ἐπῄνουν] ἐπαινοῦντες August. secundus, ob praecedens nempe διασύροντες. REISK.

P. 330. v. 23. καὶ ταὐτὸ] κατ' αὐτὸ Bavarici textum, sed vulgata est in margine cum γρ. REISK.

P. 330. v. 23. εἶτα λέγεις κ. τ. λ.] Citat h. l. referens inter σφοδρῶς dicta Hermogenes p. 265. et p. 351. REISK.

P. 330. v. 26. ὁ δ'] οὐδ' August. quartus. REISK.

P. 330. v. 27. γὰρ] Omittunt Paris. primus et septimus, August. secundus. REISK.

P. 330. v. 27. μηδὲν ἄλλο] V. c. ὦ κάθαρμα. V. not. ad p. 255, 12. SCHAEFER.

P. 330. v. 28. ἄλλο] ἄλλ' Bekker. SCHAEFER.

P. 330. v. 28. καθ' αὑτὸν] κατὰ σαυτὸν Guelph. Vindob. Aug. et Regii α. η. Vide modo p. 331, 7. TAYLOR. κατὰ σαυτὸν August. primus, secundus, quartus. κατὰ σεαυτὸν Wolfii farrago, quae sine dubio id hausit e margine Lutetianae. REISK. Malim κατ' αὐτὸν, quod habent duo Codd. Bekk. οἱ κατ' αὐτὸν, *eius aequales*, i. q. οἱ ζῶντες. Est oratoria redundantia. SCHAEFER.

P. 330. v. 28. ὥσπερ τἄλλα πάντα] Scilicet εἰώθαμεν ἐξετάζειν. REISK. Malim subaudire ἐξετάζειν σε δεῖ. Neutrum τἄλλα πάντα si quem offendat ob sequentia τοὺς — ἀγωνιστάς, consulat Ind. ad Homeri Odyss. p. 170. SCHAEFER.

P. 331. v. 1. ὁ Φιλάμμων κ. τ. λ.] Citat h. l. Pollux 3, 141.

v. *ἀγωνισταὶ* et Harpocration v. *Φιλάμμων.* REISK. V. Photius c. 472. SCHAEFER.

P. 331. v. 2. *Φιλάμμων*] *Φιλάμβων* dat Aristides de D. C. p. 436. h. l. citans. REISK.

P. 331. v. 2. *Γλαύκου τοῦ Καρυστίου*] De hoc vide Suidam. WOLF.

P. 331. v. 2. *Καρυστίου*] *Καριστίου* in Feliciano. Perperam. Vide not. ad Lucian. in Herod. fin. in nupera et praecellentissima editione. TAYLOR. T. IV. p. 438. edit. Bip. SCHAEFER.

P. 331. v. 2. *ἑτέρων*] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 331. v. 5. *ἀλλ', ὅτι*] *ἀλλ' οὐδ' ὅτι* Paris. septimus. REISK.

P. 331. v. 5. *αὐτὸν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 331. v. 7. *ὅρα*] *θεώρει.* V. p. 330, 7. SCHAEFER.

P. 331. v. 7. *σαυτὸν*] Hic vicissim *) Guelph. et Reg. *α. αὐτὸν.* Vindob. *αὑτὸν.* TAYLOR. *αὑτὸν* August. primus. REISK.

P. 331. v. 7. *πρὸς ὅντινα — ἐξίσταμαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 138. in. SCHAEFER.

P. 331. v. 7. *βούλει*] *βούλεται* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 331. v. 8. *οὐδενὶ ἐξίσταμαι*] Nota: *ὁ Δημοσθένης οὐδενὶ τῶν ῥητόρων ἐξίσταται*, et Erasmi Terminus CEDIT NEMINI. WOLF. Fortius utique et nervosius est sine *γὰρ*, asyndetos: molliorem tamen reddas orationem legens *οὐδενὶ γὰρ ἐξίσταμαι.* REISK. Mollius hoc Reiskius sibi servet. — *οὐδένα ἐξίσταμαι* Anecd. Bekk., ubi hic Oratoris locus diserte citatur ut exemplum constructionis verbi *ἐξίσταμαι* cum accusativo. Bekkerus: „*οὐδένα* S. Y. Conf. Leptin. 10. Androt. 94." Leguntur haec p. 460, 2. et p. 617, 15. Quid igitur dubitamus h. l. praeferre accusativum? V. H. Stephani Thesaur. c. 4578. A. *comparationem cum nemine defugio.* SCHAEFER.

P. 331. v. 10. *ἑλέσθαι*] *αἱρεῖσθαι* August. secundus. REISK.

P. 331. v. 11. *τὰ κράτιστα*] [*κράτιστα.*] *τὰ βέλτιστα* Guelph. Vindob. et Regiorum primus. TAYLOR. Vulg. *κράτιστα. τὰ βέλτιστα* August. primus et secundus. Articulum addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 331. v. 13. *ἦν*] Omittunt Bavaricus et August. quartus. REISK.

P. 331. v. 13. *τούτοις*] *huic populo.* MARKLAND.

P. 331. v. 15. *οὐκ ἔτι*] *οὐκέτι* Bekker. SCHAEFER.

P. 331. v. 17. *ἑτοίμων ὄντων*] Vulg. *ἑτοίμων.* Ad *ἑτοίμων*

---

*) Respicit p. 330, 28. SCHAEFER.

addit ὄντων August. secundus. REISK. ὄντων omiserunt Wunderlichii posterior et Bekker. Addito participio periodus fit concinnior: sed illius libri eiusque unius non tanta est auctoritas, ut opus sit addi. V. not. ad Porsoni Hecub. p. 58. edit. Lips. tert. SCHAEFER.

P. 331. v. 17. ἑτέρους] ἕτερον Aldina Taylori. REISK.

P. 331. v. 18. ἐν τάξει] V. Ind. Graecit. p. 459. SCHAEFER.

P. 331. v. 20. ἱπποτρόφος] Ind. Graecit. p. 280.: „homo locuples, qui equum publicum aere suo alit.“ Id vero laudi foret: quod Oratoris consilio adversatur. De homine, qui curules equos alebat, interpretatur hunc citans locum H. Stephanus Thes. c. 4498. D. Ego intelligam de homine, qui suos in usus, ut luxui mollitiaeque serviat, equos alit. Conf. p. 1046, 8. sqq. SCHAEFER.

P. 331. v. 21. τουτοισί] τούτοις Bavaricus. REISK.

P. 331. v. 22. δεῖ] δοκεῖ Aldina Taylori. REISK.

P. 331. v. 22. οὕτω] quod dico me, πολίτην φύσει μέτριον. SCHAEFER.

P. 331. v. 23. μὲν] Post μὲν addit γὰρ Paris. sextus. REISK.

P. 331. v. 23. τοῦ γενναίου] Id est τῆς γενναιότητος. REISK.

P. 331. v. 25. τὴν τοῦ] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK. τὴν iure omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 331. v. 25. τοῦ πρωτείου] V. Ind. Graecit. s. v. SCHAEFER.

P. 331. v. 25. διαφυλάττειν] Malim δεῖ διαφυλάττειν. Nam si δεῖ omittatur, hoc est, si sententia ἐν μὲν ταῖς ἐξουσίαις — cum praemissis ἔχειν δεῖ copuletur, neque ab ἐν μὲν nova sententia inchoetur, supervacaneum quoque erit atque tollendum διαφυλάττειν, cum ἔχειν sufficere possit. REISK. Non persuadet. Duo illa, quae civem frugi habere oporteat, sic explicantur, ut alterum dicatur esse διαφυλάττειν τὴν — προαίρεσιν, alterum διαφυλάττειν τὴν εὔνοιαν. SCHAEFER.

P. 331. v. 26. τοῦ δὲ δύνασθαι] Vulg. τοῦ δύνασθαι δέ. τοῦ δὲ δύνασθαι August. primus. REISK. τοῦ δύνασθαι δὲ Wunderlichii posterior. SCHAEFER.

P. 331. v. 27. δύνασθαι καὶ ἰσχύειν] Nota abundantiam oratoriam. Sic νοῦν καὶ φρένας p. 332, 20. SCHAEFER.

P. 331. v. 27. ἕτερα] [ἑτέρα.] S. ἡ Τύχη, ἑταίρα οὖσα καὶ Σειρὴν καὶ δραπέτις. WOLF. Vulg. ἑτέρα. ἕτερα Paris. sextus. Praetuli ἕτερα in neutro plurali. *alia sunt, quae potentiam et vim tribuant.* REISK.

P. 331. v. 27. ταύτην] Redit ad προαίρεσιν. REISK. Immo ad εὔνοιαν. V. p. 332, 3. SCHAEFER.

P. 332. v. 1. δίκας] Desideratur in editione P. Manutii. REISK.

P. 332. v. 1. μοι] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 332. v. 1. ἀπειλούντων] Sic correxit annotator Weimaranus vitiosum ἀπηλούντων, quod est in Aldina. REISK.

P. 332. v. 1. ἐπαγγελλομένων] Quid ἐπαγγελία sit, vide argumentum κατὰ Τιμάρχου. Sed quia ἀπειλαὶ καὶ ὑποσχέσεις opponuntur, nihil vetat de pollicitationibus intelligere. Genitivi isti participiorum referendi sunt ad Macedonas eorumque factionem. WOLF. Vulg. ἀπαγγελλομένων. ἐπαγγελλομένων August. primus, secundus, quartus, Bavaricus, margo Lutetianae sine nota codicis, editio P. Manutii, unde forsitan habuit annotator Weimaranus. Correxi ἐπαγγελλομένων, *me ad supplicium deposcentibus*. REISK. Intelligo de pollicitationibus. SCHAEFER.

P. 332. v. 2. οὐ] Vulg. οὐχὶ. οὐ August. secundus. οὐχ ὅτι Bavaricus, Aldina Taylori. Correxi οὐ. REISK. οὐχὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 332. v. 2. προσβαλλόντων] προσβαλόντων (in aor. 2.) August. quartus. REISK.

P. 332. v. 3. ἐγὼ προδέδωκα] Vulg. προδέδωκα ἐγώ. Invertit August. primus. REISK.

P. 332. v. 3. τὰ — ἐξ ἀρχῆς] τὸ ἀπ' ἀρχῆς p. 668, 25. SCHAEFER.

P. 332. v. 5. εὐθὺς] Abest ab August. quarto et Bavarico, sed in hoc a nova manu pro scholio est superscriptum. REISK.

P. 332. v. 5. τὴν] Omittunt August. secundus et quartus. REISK.

P. 332. v. 5. τὴν — ὁδὸν] Vulg. ὀρθὴν καὶ δικαίαν τὴν ὁδόν. Sic struxi: τὴν ὀρθὴν καὶ δικαίαν ὁδόν. REISK. Priorem ordinem restituerunt Wunderlich. et Bekker. SCHAEFER.

P. 332. v. 6. τὰς εὐδοξίας — αὔξειν] Citat Thomas Mag. v. αὔξειν. REISK.

P. 332. v. 6. τὰς] τὰς postremum omittunt Bavaricus et August. quartus. REISK. Item Thomas Mag. SCHAEFER.

P. 332. v. 7. οὐκ ἐπὶ μὲν — περιέρχομαι] Citat Tiberius p. 33. SCHAEFER.

P. 332. v. 8. εὐτυχήμασι] ἀγαθοῖς Tiberius. SCHAEFER.

P. 332. v. 11. ἀπαγγελεῖν] [ἀπαγγέλλειν.] ἀπαγγελεῖν. MARKLAND. Vulg. ἀπαγγέλλειν. ἐπαγγέλλειν Bavaricus. ἀπαγγέλειν (sic) August. quartus, ut dubites, utrum dare voluerit, vulgatamne an in futuro ἀπαγγελεῖν, quomodo voluit Marklandus. Praetuli ἀπαγγελεῖν in futuro. REISK. ἀπαγγέλλειν Bekker. Quod praestat ut aliquanto significantius. Loquitur Orator de hominibus, quorum tanquam provincia est talia Macedonibus nuntiare. SCHAEFER.

P. 332. v. 12. ἀκούω] ἀκούων Harl. Id quod satius est. TAYLOR. ἀκούων item Bavaricus. REISK. Taylorus praeferre non debuit. SCHAEFER.

P. 332. v. 15. δὲ] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 332. v. 16. τῶν] Abest ab August. quarto. REISK.

P. 332. v. 16. εὐτύχησεν ἕτερος] ἕτερος εὐτύχησε August. primus. REISK.

P. 332. v. 17. διαμενεῖ] μένει simplex dant Paris. primus, August. primus. διαμένη August. secundus. REISK.

P. 332. v. 18. μηδεὶς ταῦθ' ὑμῶν] μηδεὶς ὑμῶν ταῦτ' August. primus. REISK.

P. 332. v. 18. ἐπινεύσειεν] ἐπαινέσειεν August. secundus. REISK.

P. 332. v. 20. ἐνθείητε] Sic correxit annotator Weimaranus vitiosum εὐθείητε, quod est in Aldina. REISK. θείημεν p. 246, 16. SCHAEFER.

P. 332. v. 20. οὕτως] Omittunt Paris. primus, August. primus. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 332. v. 21. καὶ προώλεις] Desunt Guelph. Vindob. et Reg. α. Habuit Ulpianus, qui etiam exponit. TAYLOR. Absunt ab August. primo. REISK. Male absunt. ἐξώλης καὶ προώλης est solennis formula imprecantium diras. V. p. 395, 7. SCHAEFER.

P. 332. v. 22. ποιήσαιτε] Bene ποιήσατε Bekker. auctoritate duorum Codd. Optativus hîc ineptus est. SCHAEFER.

P. 332. v. 22. τὴν ταχίστην] *actutum*. Si Orator iunxisset proximo ἀπαλλαγὴν, nimirum scripturus erat deinde καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην σωτηρίαν. SCHAEFER.

P. 332. v. 22. ταχίστην] μεγίστην Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 332. v. 23. ἀσφαλῆ] ἀσφαλῶς August. quartus. REISK.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

DE

MALE GESTA LEGATIONE

PRAEFATIO.

Habes, Lector, primo Demosthenis orationem decantatam, ad optima fere, quae reperiri poterant, exemplaria a me recensitam eorumque ope, quod vix credibile existimari potest, quingentis circiter in locis restitutam, deinde Aeschinis defensionem, summa itidem cura expolitam. Neque me infiniti fere laboris, quem exantlavi, poenitet. Nam, ut ad utramque contentionem referamus ea, quae dixit Cicero de altera, *quid tam visendum aut audiendum fuit, quam summorum oratorum in gravissimis causis accurata et inimicitiis incensa contentio?*

Non multa sunt, quae iis habeo praefanda. Neminem ad eas accessurum esse arbitror nisi historia graeca leviter saltem imbutum rerumque, quae Macedonia et Athenis hoc tempore agitabantur, scientem. Quod si quem lectorem ea negotia hactenus fugerint, satis tamen instructus esse poterit a diligenti istarum rerum temporumque recensione, quam Ulpianus (nam Libanius brevior est) huic orationi Demosthenis praefixam pro argumento esse voluit. Et quia nemo fere, nisi perlectis Philippicis, huc progreditur, eapropter, quoniam multa exinde sunt depromenda, (maxime ex Philippica II., quae est huius quodammodo orationis aditus,) historiae, ut passim soleo, concinnandae et praeponendae supersedere maiore cum venia possum.

At interea nonnulla sunt sane a me minime negligenda. Gravissime enim in titulo peccatur, et ex omnibus tam antiquis quam recentioribus, qui laudant hanc orationem Demosthenis, (laudatur autem, illa de corona excepta, prae caeteris fere omnibus,)

neminem ad hunc diem usque vidi, qui recte riteque appellavit. *Κατ' Αἰσχίνου* nonnulli, ut Priscianus aliquoties, Ulpianus frequenter, Suidas, Harpocratio aliique: iidem quandoque *περὶ τῆς παραπρεσβείας*, ut et alii plurimi. Etiam coniunctim nonnulli *κατ' Αἰσχίνου περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγος*. Paucis denique, inter quos est Dionysius Halicarnassensis, *κατηγορία Αἰσχίνου*. Qui *κατ' Αἰσχίνου* simpliciter appellant, satis quidem distinguunt ab illa altera Demosthenis, quae est de corona. Nam accurate scribendo *κατὰ* ad actoris orationem recte applicatur, cum reus interea non *κατὰ*, sed *πρὸς* verba habere dicitur, si vera sint ea, quae notavi pag. 652. Tom. III. ad initium Eubulideae. Neque enim ullo in numero sunt habendi, qui forte contra hanc legem peccant. Sunt autem vel duo, vel nemo. Non, inquam, si incogitanter orationem apologeticam Demosthenis, quae est de corona, semel nominavit aut Servius CONTRA AESCHINEM, ut nominavit ad Virg. XI. Aen. 301., aut Photius in vita Demosthenis *κατ' Αἰσχίνου*, idcirco ego et tu protinus ita scribemus, sed distinguemus solertius, atque ut iurisprudentes Atticos distinguere decet, inter formulam et appellationem istius actionis, quae in se continet accusationem, et illius, quae apologiam.

Mane. Nondum eo perveni, quo volui. Male haec oratio titulum nacta est ab iis, qui causam actionis auctoris nomini addunt, *κατ' Αἰσχίνου περὶ παραπρεσβείας*, sed pressius et accuratius laudari debuit *κατ' Αἰσχίνου παραπρεσβείας*. Nam *παραπρεσβεία* est vocabulum forense, crimen intentatum, ipsius actionis proprium et definitum vocabulum. Et qua proprietate insimulabatur aliquis Athenis Atticis *ἀργίας*, *λειποταξίου*, *ἀσεβείας* etc., eadem hic Demosthenes postulavit Aeschinem *παραπρεσβείας*. Qua in causa *περὶ* esset inutile admodum et praeter solitum Atheniensium morem. Ita Scholiastes Thucydidis VI. 91. enumerat *γραφὰς δωροδοκίας, ὕβρεως, συκοφαντίας, μοιχείας, ψευδογραφίας, παραπρεσβείας, λειποστρατίου*. Et Pollux VIII. 6. *ἰδίως ἡ κατὰ τῶν πρεσβευτῶν γραφὴ παραπρεσβείας ἐλέγετο*. Et alibi similiter. Accedat Hermogenes lib. I. de Invent. p. 102. edit. Port. *πρεσβεύων Αἰσχίνης παρὰ τὸν Φίλιππον — κρίνεται παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους*. Et alibi, scil. pag. 70. *Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης ἀπὸ τῆς παρὰ Φίλιππον ἥκοντες πρεσβείας ἀντεγκαλοῦσιν ἀλλήλοις, ἐπειδὴ ὁ μὲν — ὁ δὲ ἀπολογίαν παραπρεσβείας γεγραφὼς, ὁ Αἰσχίνης*. Et nescio sane, annon his testibus accenseri mereatur Cicero Orat. 31. *Multae sunt eius totae orationes subtiles — multae totae graves — multae variae: ut contra Aeschinem* falsae legationis, *ut contra eundem pro causa Ctesiphontis*. Pari felicitate et cura loquuntur Plutarchus et Photius mox a me in hoc tractatulo adducendi. Immo semper ita scribunt accuratiores. *Ὡς ἐπανῆκον ἐκ τῆς ὑστέρας πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ἐγράψαντο παραπρεσβείας Αἰσχίνην Δημοσθένης τε καὶ Τίμαρχος*. Argum. Orat. Aeschin. adversariae. Et deinde, paucis-

simis interiectis: πρὸ τοῦ τῆς παραπρεσβείας ἀγῶνος. Semper denique ita indigitantur orationes forenses, uti apud Lysiam plurimae: scil. Ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας. Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. Πρὸς τοὺς συνουσιαστὰς κακολογιῶν. Κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, ἀστρατείας. Κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας. Πρὸς Αἰσχίνην χρέους. Ὑπὲρ Δεξιοῦ ἀποστασίου. Κατὰ Στρατοκλέους ἐξούλης. Κατὰ Θεοπόμπου αἰκίας. Κατ' Αὐτάνδρου ξενίας. Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου. Κατὰ Καλλίου ὕβρεως. etc. etc.

Eodem pacto Aeschinis oratio Ἀπολογία vel τῆς παραπρεσβείας Ἀπολογία nominari et citari debet, quem tamen tenorem citandi non accurate servant aut antiqui aut neoterici. Harpocratio quidem in v. Ἀργᾶς eam vocat περὶ τῆς ἀποδόσεως, quoniam, ut ait Maussacus, in ea rationem reddat Aeschines defunctae et peractae legationis. Vulgo etiam, addit idem vir eximius, περὶ παραπρεσβείας inscribitur, sed minus proprie. Ita quidem, sed, si παραπρεσβείας, non utique. Cl. interea vir, H. Valesius, pro τῆς ἀποδόσεως τῆς ἀπολογίας substituit in textu Harpocrationis, quo modo ea oratio iuxta eundem virum eruditissimum laudatur alicubi ab isto auctore et a commentatore Hermogenis. Attamen, mi homo, id nunquam: hoc praestabo.

Habita est haec causa Olymp. CIX. 2. (vid. Dionys. Halic. ad Ammaeum §. 10. Meursii Solonem cap. extrem. Schott. in vit. Demosth. ad eum annum) triennio post legationem obitam. Interiectum esse quoddam temporis intervallum inter crimen et contentionem non uno in loco lamentatur Demosthenes. χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν pag. 342, 9. statim exorsa oratione. Et similiter infra pag. 423. Et quidem triennium fuisse, uti modo diximus, testatur etiam Ulpianus in Argumento.

Oratio habita non Olymp. CIX. 2., sed CVIII. 4., siquidem Phocensium clades in annum 1. Olymp. CVIII. inciderat, atque Demosthenes observavit, theoros ab Atheniensibus miseratione perculsis ad Pythia missos non fuisse, adeoque demonstrat, orationem iudiciumque de falsa legatione ineunte saltem anno 4. eius Olymp. institutum fuisse. Corsin. Tom. III. Fast. Att. pag. 101. But this is no argument.

Cum dixi, habitam esse hanc orationem, non sane nescivi aut oblitus sum, fuisse apud antiquos, qui id aut negarent aut addubitarent certe. Ὁ δὲ κατ' Αἰσχίνου τῆς παραπρεσβείας, inquit Plutarchus in vita Demosthenis, ἄδηλον, εἰ λέλεκται. καίτοι φησὶν Ἰδομενεὺς παρὰ τριάκοντα μόνας τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔοικεν οὕτως ἔχειν τἀληθὲς, εἰ δεῖ τοῖς περὶ στεφάνου γεγραμμένοις ἑκατέρων λόγοις τεκμαίρεσθαι. μέμνηται γὰρ οὐδέτερος αὐτῶν ἐναργῶς οὐδὲ τρανῶς ἐκείνου τοῦ ἀγῶνος ὡς ἄχρι δίκης παρελθόντος. ταυτὶ μὲν οὖν ἕτεροι διακρινοῦσι μᾶλλον. In eadem dubitatione esse video eum, qui scripsit Argumentum defensionis Aeschineae. Memorat ille scil. a multis credi, scriptas quidem fuisse has orationes, non tamen in curia esse actas: ab aliis, et

actas, et Aeschinem tot suffragiis esse absolutum, quot Idomeneus ille apud Plutarchum modo memoriae prodidit. Adhibeatur Aeschini ipsi fides, si qua sit fides in Epistolis, quae illi adscribuntur: *ἐφάνη δὲ ἴσως, ἐφ' οἷς κατηγορήθην πρότερον ὑπὸ Δημοσθένους — οὐ μικρὸν εἰς ὑμᾶς δεῖγμα τοῦτο τοῦ καλῶς ἐμὲ πολιτεύεσθαι, ὅτι οὐδὲ Δημοσθένους κατηγοροῦντος ἑάλων.* Epist. XII. Argumentum Plutarchi clumbe sane et inficetum, tractum scil. a silentio huiusce accusationis per totam de corona controversiam, bene refutat noster Wolfius, dum commentatur ad orationem illam in initio. Et mirum sane, unde adriperet Ulpianus istud *ἀνέκδοτον*, scil. *ἰστέον, ὅτι ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ* (scil. p. 401., ubi agitur de muliercula Olynthia) *ἀνέστησαν οἱ δικασταὶ καὶ εἴασαν ῥήτορα λέγοντα, τοῦ Εὐβούλου, συμπράττοντος τῷ Αἰσχίνῃ, μισοῦντος δὲ τὸν ῥήτορα, εἰπόντος αὐτοῖς· Τοιούτων αἰσχρῶν ἀνέχεσθε λέγοντος Δημοσθένους;* Et id quoque Photius tuetur: *Κατηγορηθεὶς* [Aeschines] *παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους οὐχ ἑάλω, ἅτε δὴ Εὐβούλου τοῦ δημαγωγοῦ, ᾧ ὑπηρέτησε, συναγωνισαμένου αὐτῷ κατὰ Δημοσθένους ἐν τῷ παρασκευάσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι, ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος.* Annon haec clamant, non solum scriptas esse has orationes, verum etiam peroratas? Adiungere etiam potuissem anonymum scriptorem vitae Aeschinis, scil. *ὅτι ἠδυνήθη νικῆσαι τὴν κατηγορίαν, Εὐβούλου συναγωνισαμένου κατὰ τοῦ Δημοσθένους ἐν τῷ ποιῆσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι, ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος, ὡς ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς.* Sed quis non videt, haec esse iterum Ulpiani, qui ad commentarios suos ad Demosthenem his verbis adludit, ut patet ex ea locutione, *ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς,* de qua alibi dixi? Potuissem etiam adiungere ipsum Aeschinem, qui confirmat in principio suae defensionis pag. 190. ult. surrexisse iudices in consilio, cum causa ageretur, ni vidissem, obiectionem isti auctoritati iamdudum esse paratam.

Sed pene video, quid hic rei agatur. Dubitari nimirum potest, an oratio, quam tractamus, Demosthenis sit consummatum et sincerum opus istius auctoris et a manu eius ultima profectum. Et huiusmodi fere suspicio fuit apud antiquiores. *Μάλιστα ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι καταλελεῖφθαι, οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν. διότι καὶ ἃ πρὸς τὴν κατηγορίαν πολλὴν ἔσχε τὴν ἀμυδρότητα καὶ κουφότητα ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου παρέθετο, ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς.* Photius in Vita Demosthenis. Et rursus id. ibid. *Ὁ κατὰ Μειδίου καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι.* Et

sane ea suspicio, si quid concludi potest ex summa rerum omnium confusione, ex argumentis quasi tela quadam inceptis, necdum pertextis et sententiis inconcinne aut alieno loco positis, profecto fidem nacta est maximam. Habes igitur, ut credere fas est, orationem, non ab ipso auctore perpolitam et evulgatam, sed quae inchoata solummodo et quasi adumbrata ex eius commentariolis et scriniis excidit, foetum quidem abortivum, sed abortivum Demosthenis, et quod criticus ille summus de summi poetae Ulyxea scriptum reliquit: *Sint sane somnia, somnia tamen sunt Iovis.*

Ad has tamen, cuicuimodi sint, orationes non nuper solum, sed olim operam atque industriam contulerunt viri eruditi. Ad Demosthenicam scripsit Apollonides quidam Nicaeensis, (vid. Ammonium v. *Ὄφλειν,*) idem fortasse, ut id interea submoneam, qui ad Sillos Timonis Phliasii commentarium scripsit, ut ex Diogene Laërtio constat IX. 109., et Tiberio Imp. consecravit. Ut ille, quisquis fuerit, de Demosthene mereri studuit, ita pariter de Aeschine Didymus quidam. Istius rei vestigium exstat apud Harpocrationem v. *Προστασία.* Didymus procul dubio ille est, qui ad Demosthenem quoque et Isaeum commentatus est, et de quo pariter in commodiori loco dicemus. Hic tamen utrum Aeschinem totum, an hanc singularem istius orationem commentario suo illustraverit, nobis non est permissum adfirmare. Atque hos quidem doleo esse interceptos vetustate temporisque inclementia: quae meditati sunt recentiores, invideo minus. Minus enim exquisita sunt, quae exorsus est scribere vir alioqui non indoctus, Fr. Portus Cretensis, quorumque omne, quod superest, coniungi solet eius in Sophoclem commentariis. Quae studiosis in schola Parisiensi praelegit ad hanc causam Dion. Lambinus, ut testatur in notis ad Corn. Nepotis Miltiadem §. 4., ea nunquam, quod sciam, publici iuris fecit. Procul dubio multam lucem foenerata esset haec biga orationum, si Maussaci, viri eruditissimi, Lectiones prodiissent unquam: an prodierint, dubito. Ibi enim, sc. Lib. II. Cap. 15., de variis conviciis, *βλασφημίαις*, et salsis dictis, in quibus inter se luserunt hi duo oratores, satiatissime a se actum esse profitetur. De licentia ista, *βωμολοχίαν* vocant, qua usi sunt aliquando veteres oratores, operae pretium erit consulere locum insignem Plutarchi in Polit. Praecept. *Αἱ δὲ λοιδορίαι τοῖς πολιτικοῖς ἥκιστα πρέπουσιν. ὅρα δὲ τὰ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὸ Δημοσθένους εἰρημένα, καὶ τὰ πρὸς τοῦτον ὑπ᾽ Αἰσχίνου, καὶ πάλιν ἃ πρὸς Δημάδην γέγραφεν Ὑπερίδης, εἰ Σόλων ἂν εἶπεν, ἢ Περικλῆς, ἢ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, ἢ Πίττακος ὁ Λέσβιος.*

Denique mirum artificium, quo usus est Demosthenes per totam hanc orationem, et vafritiam summam, cur insimulet potius secundam legationem, *τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους* scil. (vid. pag. 346, 11.), quam priorem, in qua omnia gesta sunt, et ubi peccavit Aeschines, si quid peccaverit, haec, inquam, caeteraque huius ge-

neris argumenta persequitur Dionysius Halicarnassensis in Arte Rhetorica VIII. 5.

Quod superest, Dio Prusaeus, Platonis et Demosthenis aemulus, (Philostrat. in Vit. Sophistar. §. 7.) maximi semper fecit hanc orationem. Nam in sordibus istius textus eam latere arbitror: scil. *ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν ξυνεῖχε. ταυτὶ δὲ ἦν ὅ τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος καὶ Δημοσθένης* (l. *Δημοσθένους*) *ὁ κατὰ τῆς πρεσβείας.* Quod mendum ex iis, quae modo praefabar, tollas quaeso.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM I. ORATIONIS DE MALE GESTA LEGATIONE.

P. 333. v. 1. *ΛΙΒΑΝΙΟΥ — ΛΟΓΟΥ.*] In Bekkeriana titulus est: *ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ.* quem sequitur alter: *ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.* SCHAEFER.

P 333. v. 1. *ΥΠΟΘΕΣΙΣ*] Argumenti vice fungatur *ἀνακεφαλαίωσις* Oratoris ipsius p. 442. l. 23. vel p. 235. et seqq. Or. pro Corona. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 223.

P. 333. v. 1. *ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ*] Philemon p. 31. s. *ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας.* Osannus: „*περὶ* nobis debetur." Tiberius pag. 20. *ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας.* Boissonadus: „*περὶ τῆς* non habebant Galeus et P." Ut ambos fugisse videatur brevior haec citandi ratio. *ἐν τῷ παραπρεσβείας* citant Porphyrius l. c. ad pag. 374, 18. Photius c. 460. Regulae de prosodia ab Hermanno editae p. 467. Scholiastes Hermogenis l. c. ad p. 380, 22. Anecd. Bekk. p. 27, 18. 29, 4. 38, 23. *ἐκ τοῦ παραπρεσβείας* Anecd. Bekk. p. 122, 6. 12. 141, 11. 147, 18. 150, 27. 32. 151, 1. 159, 7. *εἰς τὸν παραπρεσβείας* eadem p. 1448. Item addito articulo: *ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας* Aristides ll. cc. ad p. 342, 13. 344, 25. 346, 28. 358, 16. 367, 11. Scholia Platon. p. 335. 371. 380. Bekk. Anecd. Bekk. p. 38, 11. 150, 23. *ἐκ τοῦ τῆς παραπρεσβείας* Anecd. Bekk. pag. 120, 17. Eadem breviloquentia in aliis huiusmodi citationibus. *ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν* Anecd. Bekk. p. 400, 26. *ἐκ τοῦ πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν* ibid. pag. 150, 13. quibus duobus locis ante *πρὸς* inseram *τῶν*. *ἐν τῷ τῆς Ἁλοννήσου* Scholiastes Hermogenis l. c. ad p. 86, 15. *ἐκ τοῦ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας* Anecd. Bekk. p. 176, 20. Pro quo brevius etiam *τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας* ibid. p. 137, 3. Has omnes similesque citandi formulas ne quis habeat pro ellipticis, ad quas praepositio *περὶ* subaudienda sit, cavebit Heinrichii adnotatio ad Ciceron. Orat. pro Flacco p. 95. citantis Ciceronem Orat. c. 31., qui hanc orationem simpliciter dixit *falsae legationis.* Quod

imitatus est Latinitatis peritissimus H. Wolfius. V. not. ad p. 9, 17. 14, 1. 99, 25. SCHAEFER.

P. 333. v. 5. τελετάς] τελοῦσαν Paris. quintus. REISK.

P. 333. v. 5. οὐ] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 333. v. 6. τελοῦσάν] [διαγγέλλουσαν.] Lege τελοῦσαν, ut habet Felicianus. WOLF. διαγγέλλουσαν est lectio plurimorum. Habent Parisienses. Notabile est, quod in Ven. scribitur, τὴν δὲ τελοῦσαν καὶ τελετάς τινας οὐ σπουδαίας διαγγέλλουσαν. Cod. Reg. ε. τελοῦσαν pro τελετάς, et omittitur ibi quoque negativa particula ante σπουδαίας. TAYLOR. Locum hunc totum sic exhibet Venet.: τὴν δὲ τελοῦσαν καὶ τελετάς τινας οὐ σπουδαίας διαγγέλλουσαν. Atque sic videtur etiam in Paris. quinto fuisse. *initiantem et infausta nescio quae carmina pronunciantem.* Wolfius cum editione Feliciani legi vult τελετάς τινας οὐ σπουδαίας τελοῦσαν, quod recepi. REISK.

P. 333. v. 11. Ἀθηναῖοι] οἱ Ἀθηναῖοι margo Lutetianae, auctore tacito. REISK.

P. 333. v. 12. δεινὰ] Deest in Cod. Mead. Non ineleganter. πολλὰ μὲν πάσχοντες, δρῶντες δὲ οὐδὲν —. Aliter liber ille in toto hoc argumento (et ultra non procedit) nihil sani habet in sua varietate: uti ἀξόντων pro ἀδόξων v. 4. δεξάμενοι v. 16. et v. 18. demum γράμματα pro πράγματα. TAYLOR. δεινὰ abest a Bavarico. REISK. Male abest: nam inter se opponuntur δεινὰ et ἄξιον λόγου. SCHAEFER.

P. 333. v. 13. τὸν] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 333. v. 15. δὴ] Vulg. δὲ. δὴ Bavaricus e correctione. REISK.

P. 333. v. 16. δεξαμένου] δεξάμενοι Bavaricus, Meadianus. REISK.

P. 333. v. 17. πρεσβεύουσιν] Dele litteram paragogicam. SCHAEFER.

P. 333. v. 18. δὲ] δὴ Bekker. SCHAEFER.

P. 333. v. 21. λέγοντος] ἄγοντος Reg. ε. Sed tam vulgatae quam MS. lectioni praestat Lindenbr. εἰρήνην γράφοντος, caeteris omissis. Male hic Wolfius *decernenti.* Philocrates enim hac locutione non utique pacem decrevit, verum *proposuit, ut decerneretur, relationem habuit.* TAYLOR. εἰρήνην γράφοντος, ceteris omissis, Bekker. SCHAEFER.

P. 333. v. 21. ὅτι] καὶ ὅτι Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 333. v. 22. κατηνάλωσε] κατανάλωσε Bekker. V. Fischerus ad Weller. III. 1. p. 33. s. SCHAEFER.

P. 334. v. 2. ἡ στάσις — στοχαστική.] [τὴν στάσιν — στοχαστικήν.] Lege ἡ στάσις — στοχαστική. περὶ οὐσίας vero, πότερον

οὕτως ἐστίν; An sit? Feceritne id reus, cuius arguitur? WOLF. Recte sane: Ald. enim, Ven. et Lind. *τὴν στάσιν — στοχαστικήν.* TAYLOR.

P. 334. v. 3. *μάχης*] *ἔχθρας* habent Codd. Regg. ε. η. editt. Manut. et Felician. multo melius. TAYLOR. *ἔχθρας* Bekker. SCHAEF.

P. 334. v. 5. *ἠτίμωσεν*] [*ἠτίμασεν.*] Lege *ἠτίμωσεν, παρὰ τὸ ἀτιμόω.* Nam *τὸ ἀτιμάζω* aliud est, pro quo poetae etiam *ἀτιμάω* dicunt. WOLF. *ἠτίμασεν* in omnibus, tam MSS. arbitror, quam impressis. Restat ergo sola Wolfii auctoritas, quam tamen amplector. *ἀτιμόω* enim est vox quasi ritualis et tota forensis. Poenas eas civiles denotat et supplicium, quod non admodum scite reddidit Wolfius, cum scripsit *in ordinem cogere:* nam propius esset, quod nos in nostra iurisprudentia per *outlawry* intelligimus: *aliquem praesidio legum et publico iure privare, — eximere e numero civium atque hominum prope, — in eam conditionem detrudere, ut eius neque verbera neque iniuriae neque internecio denique ipsa legibus vindicari posset.* Adi Petiti Comment. ad LL. Attic. Lib. IV. Tit. IX. Demosthen. Philipp. III. n. 48. ed. Paris. Ulpian. ad loc. Harpocrat. v. *Ἄτιμος* et clar. Abresch. Animadv. ad Aeschyl. II. 21. Constanter, inquam, video curiam Atticam ita loqui. Ita Libanius in argumento Orationis adversariae: *Τίμαρχον — γραψάμενος Αἰσχίνης ἑταιρήσεως ἠτίμωσε.* Et Demosthenes infra p. 423, 17. de hac ipsa causa Timarchi: *ἠτίμωσεν ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ κατήγορον.* Iterumque in eadem p. 432, 16. *ὁ μὲν ταλαίπωρος ἄνθρωπος ἠτίμωται.* Et similiter p. 425, 8. *τοὺς πρώτους εἰσαγαγόντας ἀτιμώσατε.* Rursus de Corona p. 253, 2. *ἐὰν μή σε οὗτοι παύσωσιν ἀτιμώσαντες τήμερον.* Id. c. Mid. pag. 543. *ἐπειδή γε ἠτίμωσεν, ὃν ἐβουλήθη —. οὐκοῦν ὁ μὲν ἠτίμωται καὶ παραπόλωλεν.* Ibid. p. 548, 7. *ἐφ' ᾗ γὰρ ἐκεῖνος ἠτίμωκεν αὐτὸν, οὐκ ἐπεξελθὼν —.* pag. 513, 15. *ἠτιμωμένοι διὰ πολλῷ τούτων ἐλάττω πράγματα.* Et p. 524, 1. *ἀλλ' ἀποκτενεῖτε ἢ ἀτιμώσετε.* Recte quidem hoc: neque enim multum intererat. Namque haec capitis diminutio morti per omnia assimilabatur. Unde Ulpianus ad initium huius orationis, sc. pag. 341, 17., scribere non dubitavit, *τοὺς ἀτιμωθέντας ἐγγὺς τῶν τεθνηκότων εἶναι.* Id quod monet, ut lectorem, hac occasione arrepta, obiter docerem, unde tanta videatur esse inconstantia apud antiquos de poena Timarchi atque exitu istius accusationis, cum nonnulli (ut Demosthenes statim in aditu huius orationis pag. 341, 17.) videntur dicere, eum ultimo supplicio fuisse adfectum, et pag. 432. pen. *ἀπώλεσε τὸν Τίμαρχον*, alii, quod perinde pene iam esse sentimus, *ἀτιμωθέντα* solum. Utrumque dicitur p. 433, 16. *ἀπόλωλε καὶ ὕβρισται.* Verum, quod praecipue hic per totum observabam et ab aliis observari volebam, non pro nihilo est, quod, dum haec res agitur, constantissime videamus, scriptores hos iuridicos ex duabus istis vocibus una perpetua esse contentos, *ἀτιμόω* scilicet, nunquam *ἀτιμάζω*, ut Wolfius acutissime. Nam *ἀτιμάζω* ad privatam infa-

miam detrudi videtur, ad contumeliam significandam easque ignominias, quae homini ab homine, non a lege, infliguntur. Ut finem huic commentatiunculae imponam, rectus ille status, quo quis privatur, cum *ἀτιμοῦται*, a scriptoribus nostris vocatur emphatice *ἐπιτιμία*. Ita noster c. Midiam pag. 549, 9. *ἐκεῖνά τε καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, τὴν πόλιν, τὸ γένος, τὴν ἐπιτιμίαν*, etc. Uti in Aeschinis Epistola II. loco admodum consimili recte et sane in exemplari MSto scribitur: *ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρίδος καὶ ἀπεστερημένοις ἐπιτιμίας καὶ πόλεως καὶ πολιτῶν καὶ φίλων*. Male excudebatur *ἐπιθυμίας*. TAYLOR. Wolfius: *quem in ordinem coëgerat*. Potius: *quem ignominia damnaverat*. IURIN. *ἠτίμασε κατηγορήσας* Bavaricus, omisso nomine proprio. REISK.

P. 334. v. 5. *ὡς κακοῦ βίου*] Sub. *ὄντα*. Etsi *τὸ ὡς* malim abesse. WOLF.

P. 334. v. 6. *τὸν ὀρνιθίαν*] *ὀρνιθίας χειμὼν*, ab internecione, *ὀρνιθίας ἄνεμος*, ab adventu avium, huc non pertinet. Hic cum significat, qui aves pugnaces alit, ut ex eo argumento, quod sequitur, incerti auctoris apparet. Et in Oratione *κατὰ Τιμάρχου* [p. 83. R.], *τοὺς ὄρτυγας*, inquit, *καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας, οὓς ἠγάπα ὁ τρισκακοδαίμων ἄνθρωπος, ἀπέκτειναν*. Num vero *ὀρνιθίας* cum significet, qui in lustris et ganeis gallos gallinaceos, ut Cono ille, contra quem nostri auctoris exstat oratio, per lasciviam et ludibrium imitetur, alii dixerint. WOLF. Hinc Tzetzes *Πιττακάκου — τοῦ ὀρνιθία* Chil. l. c. in Taylori praefat. ad Timarcheam p. 23. R. SCHAEFER.

P. 334. v. 6. *θεᾶσθαι*] *θεάσασθαι* Bavaricus. REISK.

P. 334. v. 7. *ὀρνίθων*] *ὀρνιθίων* Paris. septimus. REISK.

ANNOTATIONES

AD

ARGUMENTUM II.

P. 334. v. 1. *ΕΤΕΡΑ — ΛΟΓΟΝ.*] *ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ* Bekker., cuius codicibus hoc argumentum deest. SCHAEFER.

P. 334. v. 2. *μικρὸς*] *μακρὸς*. WOLF. Recte. Ita Cod. *α*. et Altemps. et editiones accuratiores, cum Benenatus in corrupta lectione cum Aldo consentiat. Non negligendum est, quod admonet vir optimus Dorvillius ad Chariton. p. 467. (485. edit. Lips.), potuisse *μικρὸς* pro *πικρὸς* per errorem substitui. TAYLOR. *μακρὸς*

Bekker. Quod solum probandum esse docent quae sequuntur v. 12. s. SCHAEFER.

P. 334. v. 4. τμῆμα] [Ita editi.] κτῆμα. WOLF. cum Bodl. et MS. Reg. α. TAYLOR. Recte κτῆμα Bekker. SCHAEFER.

P. 334. v. 4. τῆς πόλεως] Athenarum. SCHAEFER.

P. 334. v. 4. καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις] Restitue (nam excidit Wolfii incuria) καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις. Reperitur in o. l. s. Idem etiam dicendum videtur de sequentibus: τοῦτο μὲν περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Πυθοῖ, vel, ut nonnulli, sine praepositione, τοῦ Πυθοῖ. TAYLOR.

P. 334. v. 4. Ὀλυνθίοις] Post h. v. non interpungunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 334. v. 7. Πυθοῖ] V. not. ad v. 4. SCHAEFER.

P. 334. v. 11. παρωσάμενοι] Dele punctum post hanc vocem legendo παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν. *ius Amphictyonicum a Thebanis eripuisse*, vel *Thebanos iure Amphictyonico privasse*. Wolfius longe errat in vertendo. Hoc auctor noster vocat Πυλαίαν, dum infra de hac ipsa re loquitur, scilicet p. 443, 18. [Θετταλοῖς] τὴν Πυλαίαν συγκαταστήσειν. TAYLOR. Wolfius recte vertit: sed Taylorus multum errat in vertendo de Thebanis intelligens quod intelligi oportet de Thessalis. παρώσας de simili facinore Philippi p. 119, 17. SCHAEFER.

P. 334. v. 11. τὴν Ἀμφικτυονίαν] Scil. παρείλοντο αὐτῶν. SCHAEFER.

P. 334. v. 12. τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἱδρυμένην] ἱδρυμένων. Sed cum unum Delphicum templum celebretur, aut legendum (κοινῶς) τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ἱδρυμένου, aut (Ἀττικῶς) τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν ἱδρυμένον. WOLF. Nostri tamen editique omnes constanter τῶν — ἱερῶν ἱδρυμένων, vel saltem id voluerunt. Nam ἱδρυμένην impressorum quorundam est error tantummodo typographicus. Codex optimus Vindob. sine litura ἱδρυμένων. TAYLOR. ἱδρυμένων Bekker. Intellige quidquid sacrorum locorum Delphis fuit. SCHAEFER.

P. 335. v. 1. Νεοπτόλεμος] De hoc Neoptolemo in Orat. de Pace p. 58. κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας, κακὰ δ' ἐργαζόμενον τὰ μέγιστα τὴν πόλιν καὶ τὰ παρ' ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 223.

P. 335. v. 1. οἰκείαν] Forte delendum. MARKLAND. Non puto. V. v. 5. Nec Libanium legimus, sed nescio quem Graeculum satis infacundum. SCHAEFER.

P. 335. v. 2. ἄδειαν] Sic fere Demosthenes de Pace init. Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντα ἀδείας. Vide Orat. Eubulideam p. 1304, 8. TAYLOR.

P. 335. v. 2. ὅπου] Rectius ὅποι. SCHAEFER.

P. 335. v. 2. ἀλλὰ δὴ καὶ] Citat nostro e loco Vigerus pag. 474. perperam tribuens Libanio, qui scripturus erat καὶ δὴ καὶ. SCHAEFER.

P. 335. v. 7. ἄλλα] Pro ἄλλα rectius πολλά. MARKLAND. Duriusculum istud, πρὸς τοῖς ἄλλοις χρήμασι καὶ ἄλλα — παρεῖχεν. Quare doctissimo Marklando omnino assentior legenti πολλά. TAYLOR. Non opus. *ut ceteris quae mercedis loco coëgerant alia de suo dona adderet.* Infra v. 23. ἐκ τῶν οἰκείων ἄλλα ἐπιδοῦναι SCHAEFER.

P. 335. v. 7. αἰσθόμενος — Θηβαίων] αἰσθόμενος δὲ, ὅτι μέλλουσι πρεσβεύεσθαι πρὸς αὐτὸν Φωκεῖς καὶ Θετταλοὶ καὶ Θηβαῖοι. Ita Codd. meliores, Vindob. et Reg. *α*. TAYLOR.

P. 335. v. 13. Ὀλυμπιάσιν] Ὀλυμπιᾶσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 335. v. 15. ἀγωνισόμενος ἢ θεασόμενος] Videtur per *α* scribendum, aoristo primo medio, quia praecedit ἀπιὼν Ὀλυμπιάσιν. WOLF. Miror, has turbas dedisse hominem non ineruditum et sollicitasse lectionem, quae unice est vera et ab omnibus, credo, Codd. confirmata. Tum autem bella est argumentatio, quare nimirum sollicitaret: *quia praecedit* ἀπιὼν Ὀλυμπιάσιν. Illud est scitissimum. Mi homo, ἀπιὼν est *profectus*, non *regressus*, neque coniungi debet cum Ὀλυμπιάσιν, verum hoc potius cum ἀγωνισόμενος. Verto igitur liberius: *Phryno Athenis profectus, ut Olympicum vel certamen iniret, vel spectaculo interesset*, caetera. TAYLOR. Erravit Wolfius: sed non fuit cur Taylorus tali viro procacitate vere Toupianâ insultaret. SCHAEFER.

P. 335. v. 16. ἱερομηνίᾳ] Festi praefinitum tempus, non necessario menstruum, ut erudite explicat cl. D' Orvillius ad Chariton. Aphrodis. VI. 2. [p. 514. edit. Lips.] et H. Stephanus Thesaur. L. Gr. T. I. c. 1647. TAYLOR.

P. 335. v. 18. ὅπως] ἵνα Codd. duo e praestantioribus, Reg. *α*. et Vindob. Et vicissim iidem p. 336, 5. ὅπως pro ἵνα. TAYLOR.

P 335. v. 28. εἰρήνην ἄγειν] *pacem servare.* WOLF. Immo *pacem redintegrare.* Nam adhuc bellum erat. IURIN. Recte Wolfius. Nempe subaudiendum *si facta esset.* SCHAEFER.

P. 336. v. 5. ἵνα] V. not. ad p. 335, 18. SCHAEFER.

P. 336. v. 6. ἐνέγκαι] Forte ἥκειν, *venturos esse legatos.* Sed videtur poni pro ἀγαγεῖν, quo verbo paulo post utitur. *quod verum si esset*, (scilicet eum pacem velle facere,) *ut legati Atheniensium legatos illius adducerent.* WOLF. Rursus contra Codd. militat Wolfius, cum in nullo istud ἥκειν reperiatur et ἐνέγκαι sit vox satis proba in eo sensu, quem idem hic assignavit. Ni legendum potius ἐνέγκωσι cum Bodl. et Ital.: scilic. ἵνα μάθωσιν — καὶ, εἰ ἀληθές ἐστιν, ἐνέγκωσι παρ' αὐτοῦ πρέσβεις. Num potuit apertius? TAYLOR. ἐνέγκωσι qui scripserunt, videntur constructio-

nis scabritiem levigare voluisse, non librarium corrigentes, sed ipsum scriptorem. SCHAEFER.

P. 336. v. 7. *ἀπελθόντων*] Non de *regressis* dicitur, ut iterum cespitat Wolfius, sed *abeuntibus*. Quid enim, mi adnotator? Annon, cum infra v. 17. dicitur *εἰς τὴν Θρᾴκην ἀπερχομένων ἡμῶν*, tu interpretaris *nobis in Thraciam abeuntibus?* Porro autem hic non intelligo huiuscemodi syntaxin: *ἀπελθόντων τῶν δέκα πρέσβεων, ἤγαγον κ. τ. λ.* Mirum, ni aliqua exciderint in priore membro sententiae. TAYLOR. Nihil excidit. De syntaxi v. not. ad p. 272, 11. Aliud eius exemplum sequitur p. 337, 6. ss. item p. 338, 2. s. SCHAEFER.

P. 336. v. 8. *ὧν ἦν*] *ὧν εἰς ἦν* Cod. *α.* et Vindob. Et deinde *ὧν εἷς ἦν Δημοσθένης* sine *καὶ* Regii cum eodem. TAYLOR.

P. 336. v. 18. *ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν* —] *Τὸ οὐκ* delendum esse constat, quod [p. 394.] ipse auctor ait, se ad redimendos captivos denuo cum legatis ivisse. WOLF. Haec tam sicco pede Wolfium transire non oportuit: mire enim in his turbatum est. Constat ex infinitis fere locis, ea legatione functum esse Demosthenem. Et ea, quae hic sequuntur, aliter non possunt aut sibi constare, aut rite intelligi. Interea tamen aeque liquet, negativam istam particulam in omnibus Codd. tam scriptis quam prelo excusis (solo Reg. *α.* forte excepto) solenniter et obstinate exstare, atque ea quidem constantia, ut cedere velle non videatur. Sed de ea re essemus otiosi, nisi maius esset aliquid, quod nos commovere possit. In oratione *π. στεφ.* p. 234. exstat disertissimis verbis Demosthenis de hac re decretum: in quo tam explicate dicitur, quam dici potuit maxime, ad hoc negotium electos esse quinque legatos, quorum nomina in decreto continentur, scil. Eubulus Anaphlystius, Aeschines Cothocides, Cephisopho Rhamnusius, Democritus Phlyensis, Cleo Cothocides. De Demosthene altum silentium. Et quidem, quicunque legit istam orationem, fere sentiet, Demosthenem legatum non fuisse, dum ex Aeschinis adversaria contrarium facillime erui posse video: *πρὶν ἐπὶ τὴν ὑστέραν ἀπαίρειν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους Δημοσθένην. ὁ γὰρ μισαλέξανδρος καὶ μισοφίλιππος ὑμῖν οὗτος ῥήτωρ δὶς ἐπρέσβευεν ἐν Μακεδονίᾳ.* Aeschin. c. Ctesiph. pag. 462, 10. Ita Demosthenes ipse in hac orat. *ὥσπερ ἐπρέσβευσα δὶς, οὕτω καὶ λόγον ὑμῖν δοῦναι δίς.* (Loquitur de prima et secunda legatione.) pag. 406, 24. Ita loca fere sexcenta. Vix meum est adserere, aut abiisse eum in ea legatione, aut domi mansisse. Sed pene teneo, quid de hac pertinentia Codicum adeo incredibili et inaudita sit statuendum. Quod alibi exponam liberius. Interea de hac re cogitent eruditi. Nec solus sum, quem ea discrepantia in numero legatorum perculit. Iam enim video, istis locis in exemplari Altempsiano crucem esse affixam, et de ea inconstantia nonnulla disputasse Contarenum Var. Lect. cap. XVII. TAYLOR. Hunc locum corruptum esse, oratio-

nis ipsius lectoribus manifestum erit. Restituendum puto: — ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἂν ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ, εἰ μὴ διὰ τοιαύτην πρόφασιν. Firmant hanc emendationem loci isti orationis: ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμεθα εἰς Ὠρεὸν — etc., secunda legatione scilicet. p. 389. l. 25. ὃν τοίνυν χρόνον ἦμεν ἐκεῖ καὶ καθήμεθ' ἐν Πέλλῃ — etc., eadem legatione. p. 393. l. 9. — τούτοις ὡμολογήκειν ἥξειν, οὓς ἐλυσάμην. — ἐπεὶ, εἰ μὴ διὰ τὸ τούτους βούλεσθαι σῶσαι, ἐξώλης ἀπολοίμην καὶ προώλης, εἰ καὶ προσλαβὼν γ' ἂν ἀργύριον πάνυ πολὺ μετὰ τούτων ἐπρέσβευσα. p. 395. l. 6. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 223. Taylorus hunc locum etiam supra p. 34. tetigit. οὐκ delevit Bekker., quod multo magis probo quam Seageri interpolationem violentam. SCHAEFER.

P. 336. v. 25. καὶ ὅπου] F. καὶ ὅτι, ὅπου —. SCHAEFER.

P. 336. v. 26. δεῖ] δεῖν Lessing. REISK.

P. 336. v. 26. ἐκεῖσε] I. q. ἐκεῖ. Quod Graecitatis est citerioris. V. mea in H. Stephani Thes. c. 3660. A. SCHAEFER.

P. 336. v. 27. μὴ] Debebat scribere οὐ. Sed illa aetas promiscuas habebat negativas. SCHAEFER.

P. 337. v. 1. ἐκάθησαν] ἐκάθισαν, παρὰ τὸ καθίζω. Quod cum activum potius quam absolutum videatur, (neque vero moror depravatos Codices: quoties enim librarii η et ι et alias cognatas literas permutant?) malim ἐκάθηντο. Et paulo post [p. 337, 3.] ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτην. Et [4.] ηὐτρέπισε. Et [18.] παραφυλάξωνται. WOLF. Edebatur enim παραφυλάξονται. Si bene intelligam virum hunc eruditum, nam praeter solitum est paulo obscurior, ἐκάθησαν, lectionem insinceram, sed ab omnibus confirmatam, propter facilem depravationem in ἐκάθισαν retrahi iubet: deinde autem, quia vox activa huic loco non conveniat, ἐκάθηντο iubet. Non male, quod ἐκάθηντο. Ipse namque Demosthenes in hac eadem historia: βραχὺ φροντίσαντες οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. De Cor. p. 235, 21. Caeterum Wolfium de grammatica sua non oportuit esse tam sollicitum. ἐκάθισαν enim tam absolute (si per hoc neutrum intelligit), quam active dicitur. Et ea propter Codicum quasi auctoritatem est lectio huius loci. TAYLOR. ἐκάθισαν Bekker. SCHAEFER.

P. 337. v. 2. ὑπέστρεφε] Aut scripsit aut debuit scribere ὑπέστρεψε. SCHAEFER.

P. 337. v. 3. ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτης] Wolfius: *ac praeter caetera ipso etiam Cersoblepte capto.* Rectius: *Cersoblepte ditione exuto.* IURIN. Subaud. ἦν. Aliter Wolfius ad v. 1. SCHAEFER.

P. 337. v. 4. εἵλκυσεν] Rarus hic usus simplicis: multo frequentior compositi παρελκύειν. Quanquam etiam compositum fere dicitur de re, παρελκύειν τι, *differre rem.* SCHAEFER.

P. 337. v. 5. στρατείαν] [στρατιάν.] Infinitum esset recensere, quot in locis permutentur hae voces, στρατεία et στρατιά. Idque

ante me adnotarunt plurimi. Hic tantum admoneo, utramvis hic bene constare posse. Nam, me iudice, et *εὐτρεπίζειν στρατείαν*, et *εὐτρεπίζειν στρατιὰν* recte dicitur. Sed illud fortasse commodius. Nam de Cor. p. 236, 11. legitur: *ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας τῆς ἐπὶ τοὺς Φωκέας εὐτρεπῆ ποιήσαιτο.* ubi minus bene legeremus *στρατιᾶς*, quanquam et id scribitur quoque. Attamen hic Wolfium video parum recte alteram in textu, alteram significationem in versione exhibere. TAYLOR. *στρατιὰν* praefert Marklandus ad p. 339, 18. SCHAEFER.

P. 337. v. 10. 11. *Ἅλεων* — *Ἁλεῖς*] *Ἀλέων* — *Ἀλεῖς* Bekker. Sed in ipsa Oratione servavit spiritum asperum, ut p. 352, 17. 353, 13. SCHAEFER.

P. 337. v. 15. *τὰ ὑπὸ Φιλίππου δεδογμένα*] Notanda constructio. SCHAEFER.

P. 337. v. 16. *εἶπε*] Elegantius paulo Cod. Vind. *μὲν ἔλεγε.* TAYLOR.

P. 337. v. 17. *εἶπεν εἰς τὸ οὖς*] V. Kiddius ad Dawesii Miscellan. p. 170. SCHAEFER.

P. 337. v. 17. *Ἁλέων*] *Ἀλέων* Bekker. V. not. ad v. 10. SCHAEF.

P. 337. v. 18. *παραφυλάξωνται*] V. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 337. v. 20. *πεισθέντες*] Male Wolfius interpretatur, ac si tertiam legationem suadebat Aeschines. Suadere quidem potuit, sed non ex his verbis colligitur. Tantum dicitur, quod, dum Demosthenes acta legatorum de pace ineunda improbaret, defenderet autem Aeschines, vicit huius causa et sententia, unde factum est, ut tertio mitterentur legati. Distant haec inter se plurimum. TAYLOR.

P. 337. v. 22. *φυλάττει*] Rectius *φυλάττοι* cum Vindob. Et mox v. 26. *πείσῃ.* TAYLOR. *φυλάττοι* Lessing. REISK. Vulgata bene habet. SCHAEFER.

P. 337. v. 26. *πείσει*] *πείσῃ* Lessing. REISK. V. not. ad v. 22. Hîc etiam vulgata bene habet. V. Matthiae Grammat. Graec. §. 520. 4. p. 737. SCHAEFER.

P. 338. v. 7. *αὐτοχειροτόνητος*] I. q. *αὐτεπάγγελτος*, *sponte sua*, *iniussu populi*, *ἀχειροτόνητος*, ut p. 340, 8. SCHAEFER.

P. 338. v. 10. *ἡ* — *πρώτη πρεσβεία*] Sic etiam Latini *prima legatio* de legatis. Sed *οἱ τῆς δευτέρας πρεσβείας* v. 17. SCHAEFER.

P. 338. v. 12. *πρεσβευσαμένους*] Debebat scribere *πρεσβεύσαντας.* SCHAEFER.

P. 338. v. 16. *ἄριστον*] Post h. v. Bekker. posuit signum interrogationis. SCHAEFER.

P. 338. v. 23. *ἐξέβαλον*] i. e. iudices. *ἐξέβαλον* o. l. s. Bodl. interea *ἐξέβαλεν*, quasi ad Aeschinem referre voluit. Atque ita Wolfius legit et interpretatur, lectore suo, id quod minime decuit, non admonito. TAYLOR.

P. 338. v. 25. *λέγουσί*] *ζητοῦσί* Lambinus. TAYLOR.

P. 338. v. 26. *μετὰ τρία ἔτη τῆς γραφῆς*] *triennio post τὴν γραφὴν praeterito.* Idiomaticus hic usus praepositionum *μετὰ* et *πρὸ* ad indicandum spatium aut tempus viros etiam Graece perdoctos fugit. V. Bosii Ellips. p. 104. 174. SCHAEFER.

P. 339. v. 1. *ἐσκευαγώγουν*] V. not. ad p. 237, 21. Statim corrig. *ἀγρῶν.* SCHAEFER.

P. 339. v. 6. *ἐνέκυψε*] Pro *ἐνέκυψε* [ut editi] *ἀνέκυψε* lego. Et [paulo ante] *πρὸς σύστασιν δὲ τούτου.* [Aberat enim.] WOLF. Non opus particulam inseri. V. v. 8. Quanquam etiam ibi Wolfius post *τεκμήρια* inseruit *δ'*. SCHAEFER.

P. 339. v. 7. *προτέρου*] *τοῦ προτέρου* Bekker. Articulus in Reiskiana per typothetae negligentiam videtur intercidisse. SCHAEF.

P. 339. v. 8. *τεκμήριά ἐστι κ. τ. λ.*] Post haec verba deesse videntur ea signa: sequitur enim mox *δι' ὧν ἅμα.* Sed ea ex iis, quae sequuntur, possunt intelligi. Paulo post [13.] *ἄνευ Φωκέων γράφοντι.* Et [17.] *ἐνέδωκε Φιλίππῳ χρόνον* lege. Et [22.] *μιᾷ μὲν, ὅτι Θηβαῖοι ἀπολοῦνται.* Et [25.] *σώσειν γὰρ αὐτοὺς χάριν τῆς πόλεως*, ut habet Felicianus, aut *σώσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις ἐπηγγείλατο.* Et [p. 340, 2.] *πρεσβευσαμένων περὶ αὐτοῦ τῶν Ἀμφικτυόνων.* Et [7.] *ἁλόντων Φωκέων μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν.* WOLF. Quid hic praestitit Wolfius, melius discetur ex Variis Lectionibus ad calcem operis. Quaedam tamen sunt hic dicenda. Voces illae p. 339, 10. *δι' ὧν — συγγνώμην* cum clar. Marklando parenthesi sunt includendae; quod difficultatem huius loci aliquatenus levabit. Ita enim quodammodo fluet oratio: *τεκμήρια δὲ* (scilic. signa sive argumenta prioris quaestionis) — *τὰ μὲν ἐκ τῶν παρειμένων — τὰ δὲ* etc. Deinde 17. pro *χρόνῳ* accuratiores editiones, Manutii scilicet et Feliciani, uti restituit cum Lambino Wolfius, diserte *χρόνον.* Proxime autem [25.] neque cum Aldo et Benenato *σώσειν γὰρ αὐτοὺς τῆς πόλεως*, neque cum Feliciano et Manutio *χάριν τῆς πόλεως*, neque cum Wolfio *σώσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις*, verum cum Bodl. Cod. Reg. *α.* Ital. et Vindob. *σώσειν γὰρ αὐτοὺς τῇ πόλει ἐπηγγείλατο.* Demum [p. 340, 8.] *μετὰ* recte, non *ἐπὶ*, cum Codd. et impressis emendatioribus, Lambino similiter ita coniectante. Nihil agunt illi, qui *παρὰ* substituunt. TAYLOR.

P. 339. v. 10. *κατεσκευάσθαι*] Post h. v. ponenda hypostigme, ut in Reisk. et Bekker. Locus est integer satisque perspicuus, in quo Wolfius et Taylorus nescio quid defectus aut difficultatis reperire sibi visi sunt. SCHAEFER.

P. 339. v. 10. *τὸ χρῶμα*] V. Ernestii Lexic. Technol. Graecor. Rhetor. s. v. SCHAEFER.

P. 339. v. 17. *χρόνῳ*] L. *χρόνον.* V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 339. v. 18. *στρατείαν*] Lege *στρατιάν*, uti pag. 337, 4. *ηὐτρέπισε τὴν ἐπὶ Φωκέας στρατιάν.* MARKLAND. Vulgata sana. SCHAEFER.

P. 339. v. 20. ἐξεπίτηδες] Lege ἐξεπίτηδες. MARKLAND. Notula videtur referenda ad v. sq. SCHAEFER.

P. 339. v. 22. ὅτι ἀπολοῦνται] Medium interserit Lessing. vocabulum Θηβαῖοι. REISK. Taylorus: „Θηβαῖοι deest in impressorum plurimis. Restituerunt cum Wolfio Codd. Reg. α. Altemps. aliique.“ V. not. ad v. 8. Inseruit etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 339. v. 25. σώσειν — πόλεως] Post αὐτοὺς addit Lessing. χάριν. REISK. V. not. ad v. 8. σώσειν γὰρ αὐτοὺς τῇ πόλει Bekker. SCHAEFER.

P. 339. v. 27. εἴληφεν] χρήματα εἴληφεν Reg. α. et Cod. Vindobonensis. TAYLOR. χρήματα εἴληφεν Bekker. SCHAEFER.

P. 340. v. 2. αὐτῶν] αὐτοῦ τῶν Bekker. V. not. ad p. 339, 8. SCHAEFER.

P. 340. v. 8. ἐπὶ] μετὰ Lessing. REISK. V. not. ad p. 339, 8. Aut sic scribendum aut ἐπὶ τῇ ἐξωμοσίᾳ. SCHAEFER.

P. 340. v. 8. ὅτε — ἐχρῆν] E verbis Demosthenis legendum videtur: ὅτε καὶ φίλος εἶναι αὐτῷ ἔφη. WOLF. Quid hoc, mi homo? Cur hortaris, ut tuam fidem secuti tam longe a Codd. atque a veritate ipsa aberraremus? *Metuendum esset Aeschini*, inquit scriptor, *a Thebanis, praesertim si iter suscepisset sine auctoritate publica.* Olim enim, eo tempore, quo legationem suam renunciavit, aiebat, se propter fidem patriae suae praestitam a Thebanis fuisse proscriptum et proclamatum. Πάνδεινον igitur est (ut ait Demosthenes p. 380, 8. de hac ipsa re quae hic tractatur) ἀπηγγελκότα, ὡς ἐπικεκήρυκται χρήματα αὐτῷ ἐν Θήβαις, ἐπειδὴ Θηβαῖοι πρὸς τῷ τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν ἔχειν καὶ τῆς Φωκέων χώρας ἐγκρατεῖς γεγόνασι, τηνικαῦτα εἰς μέσας τὰς Θήβας καὶ τὸ τῶν Θηβαίων στρατόπεδον βαδίζειν. Iam iudicet aequus lector, uter e verbis Demosthenis (nam ad verba Demosthenis provocavit) veram lectionem stabiliverit, ego an Professor Francofurtensis. TAYLOR. Profecto tu, Taylore, non Wolfius, quem errore vix credibili appellas Professorem Francofurtensem, quemque decuit ob magna in Oratorem merita humanius tractari. SCHAEFER.

P. 340. v. 10. λόγον] Incaute scribitur ab Ulpiano (nam haec Ulpianus) λόγον, qui prius scripserat ζητήματος. Accusatio haec sive oratio duas continet quaestiones. Vide paginam praeteritam v. 6. TAYLOR. Quidni ζήτημα recte dicatur λόγος? SCHAEFER.

P. 340. v. 11. ἰσχυρότερον] Cum MSto Vindob. restituas ἰσχυρώτατον. TAYLOR. Immo ἰσχρότατον. Superlativum commendat quod sequitur μάλιστα. SCHAEFER.

P. 340. v. 12. ἐπαγγελία] Permisceri saepissime a librariis inter describendum voces ἀπαγγέλλειν et ἐπαγγέλλειν, id quidem adnotatur a multis. Vid. cl. D'Orvillium ad Chariton. Aphrodis. pag. 413. Albert. ad Act. Apost. XXIII. 21. Nihil potest istius rei illustrius proferri exemplum, quam quod occurrit in Ulpiano.

Dum commentatur ad pag. 359, 2. huiusce orationis, *ἐπαγγελλομένου καὶ ὑποσχομένου τὴν σωτηρίαν Αἰσχίνου*, haerebat ibi in Lutetianorum primo *ἀπαγγελλομένου*. Haerebat, inquam, et ita credere fas est. Nam Benenatus, dum eam varietatem lectionis in margine adnotare voluit, (adeo proclive erat in his vocibus describendis errare,) pro varia istud *ἐπαγγελλομένου* auctoris sui iterum repraesentavit. Cum autem per totam hanc orationem potissimum in cognatis his vocabulis et peccatum est maxime et tamen quam minime oportuit, venia dignus censebitur, qui id utique negotii diligentissime et accuratissime excutiet, praesertim cum ea varietate referta sunt exemplaria non solum ex imperitia describentium, qui in ductu literarum hallucinabantur, verum etiam aliquando ex temeritate sanare meditantium, uti accidit Brodaeo, quem vide ad Aeschinem in defensione sua pag. 292. not. 85. *ἀπαγγέλλειν* igitur, vox intra limites unius fere significationis contenta et conclusa, nihil dicit nisi *renunciare*, id est, *simpliciter enarrare, quae gesta sunt, et quo modo. οὐδὲν ῥᾷον*, ut scribitur apud Aeschinem p. 231, 4., *ἢ πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι*. Sic *εἶναι ταῦτα ἀληθῆ, ἃ οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς*, infra pag. 358, 3. Et pag. 346, 20. *πάντα τἀληθῆ πρὸς τὴν βουλὴν ἀπήγγειλα*. Et pariter p. 359, 1. *ἁπάντων ἐναντίων, ὧν πρὸς ὑμᾶς οὗτος ἀπήγγειλεν*. Adde p. 342, 16. ib. 20. 361, 2. et 7. etc. Infinitus enim essem, si exempla coacervarem: neque opus est multis. *ἐπαγγέλλειν* interea I. de eo dicitur, *qui aliquid in se praestandum suscepit, qui sponte agit, non coactus aut invitus*. Ita de Corona pag. 271, 7. *Ἀντιφῶντα, ὃς ἐπαγγειλάμενος Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν*. Sic adv. Leptin. p. 460, 27. *ὁρῶν — σπανίζοντα τὸν δῆμον χρημάτων, τάλαντον ἔδωκεν αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος*, i. e. *ultro, sponte sua*. Vid. Wolf. ad locum. Similiter fere de Corona p. 263. pen. *ὧν μέντοι γε ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπαγγειλάμενος δέδωκα*. Inde aliquoties cum quadam plenitudine dicitur *αὐτεπαγγέλτους, ἐθελοντὰς*, ut de Coron. p. 247, 24. Et profecto non solummodo cum plenitudine, sed tanta similitudine etiam, ut nonnulli posteriorem vocem pro glossa damnatam eiicere non dubitarent. II. Deinde significat *polliceri, fidem dare* et *se obstringere ad aliquid praestandum*. Ita noster in hac oratione p. 356, 9. *ἐπαινέσαι Φίλιππον, ὅτι ἐπαγγέλλεται τὰ δίκαια ποιήσειν. ἀλλ' οὐδὲν ἐκεῖνός γε ἐπηγγέλλετο, ἀλλὰ τοσοῦτον γε ἔδει ἐπαγγέλλεσθαι, ὥστε* —. Ita in Argumento Philipp. II. *διαβάλλουσιν αὐτὸν — ὡς ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα, ψευδόμενον δέ*. Atque iterum ibid. *οὔτε γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνέγραψεν ὁ Φίλιππος ἐπαγγελίαν οὐδεμίαν, οὐδὲ διὰ τῶν ἰδίων πρεσβειῶν ἐποιήσατό τινα ὑπόσχεσιν*. Sed pergo sustinere Lexicographi personam. *ἐπαγγέλλεσθαι* in III. et leviter inflexo sensu est *operis formam proponere, rem seu argumentum futurum delineare* et *rationem instituere istius, quod esset exsequendum. οἶμαι τοίνυν* (inquit noster Philipp. I. p. 44, 13.) *ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων, εἴ τις ἄλλος* (lege *ἄλλο*)

ἐπαγγέλλεται. unless some one has another plan. Exemplum est satis notabile in Hermogene III. de Invent. his verbis: *εὗρον τὸν ῥήτορα, εἰ μὲν ἀπατήσειν μὴ μέλλοι τοὺς δικαστὰς, ἀλλὰ πληρώσειν τὴν ἐπαγγελίαν καθαρῶς — τῆς μνήμης οὔσης ἐναύλου τῆς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, μηδὲν ψεύδεσθαι δοκεῖν, ἀλλ' ὡς ἐπηγγείλατο τιθέντα τὴν κατασκευὴν, οὕτως — δοκεῖν δικαίως μὲν ἐπαγγέλλεσθαι, τὴν ἐπαγγελίαν δὲ παρ' οὐδὲν τίθεσθαι — εἶθ' οὕτω — ἐξελθόντα τὴν ἐπαγγελίαν — καὶ ὅλως τὴν τάξιν τῆς ἐπαγγελίας συγχέας, οὐχ ὡς ἐπηγγείλατο, κατεσκεύασεν.* Porro autem *ἐπαγγέλλεσθαι* IV. est *petere* sive *rogare.* Dubitare nos non sinit Ulpianus: *τὸ μὲν ἐπαγγέλλεσθαι αἰτεῖν σημαίνει.* Rursus ille: *ἐπαγγελίαν*] *πρόσταξιν ἢ αἴτησιν.* Et rursus: *ἐπαγγείλασθαι*] *ἀντὶ τοῦ αἰτῆσαι.* Quae glossae reperientur omnes ad hanc ipsissimam orationem, in qua versamur. Et notavit Suidas, eo sensu reperiri istam vocem in causa *π. παραπρεσβ.*, sed locum non memorat. Ostendam. Pag. 401, 15. *ἑστιῶν* [Philippus] *αὐτοὺς — ἤρετο Σάτυρον τουτονὶ, — τί δὴ μόνος οὐδὲν ἐπαγγέλλεται. cur ille solus nihil postularet. — εἰπεῖν δέ φασι Σάτυρον — ἃ ἂν αὐτὸς ἐπαγγείλαιτο ἡδέως, ῥᾷστα μέν ἐστι κ. τ. λ.* Et forte in ea significatione est vox accipienda rursus in hac oratione p. 354, 11. *κἂν ἄρα εἴπητε καὶ προαχθῆτε ὑμεῖς ἐπαγγείλασθαι*, ut plenius confirmavi ad locum ipsum. Et praeterea ita sumi debere existimavit Ulpianus in his quoque verbis pag. 350, 17. *δὸς δέ μοι τὸ προβούλευμα, ὃ πρὸς τὴν ἐμὴν ἐπαγγελίαν ἐψηφίσατο ἡ βουλὴ*, cum interpretatur *πρόσταξιν ἢ αἴτησιν.* Ibi tamen rectius scribas *ἀπαγγελίαν,* ut pariter mihi confirmasse videor. Ultimo denique V. *ἐπαγγελία* est vox iuridica. *δοκιμασίαν,* inquit Aeschines c. Timarch. p. 56, 12., *ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος.* Plurimis exposuit scriptor eruditus ad LL. Atticas Lib. III. Tit. III. Sed hoc extra oleas. Iam si haec adeo distincta sint in suo unumquodque significatu, quid, inquiet aliquis, te monitore opus est? Vel coecus viderit, ubi *τοῦ ἀπαγγέλλειν* locus sit, et ubi *τοῦ ἐπαγγέλλειν* vicissim. Cui ego: Mane, inquam, nondum ea res transacta est et expedita. Accidit enim, ut Aeschines in renuncianda legatione, qua functus est, dum *ἀπήγγειλεν* ea, quae gesserat, Philippi quoque nomine sponderet polliceretur que (*ἐπηγγέλλετο*) quae ille alter erat praestiturus. Unde factum est, ut non solum enascerentur istae turbae, quas in initio huius notae memoravi, ex similitudine harum vocum in MSS., verum etiam aliquando esset difficile vel summo homini et acutissimo diiudicare, utram postularet loci sententia. Verbi gratia, cum in pag. 357, 22. dicitur: *οἱ μὲν Φωκεῖς, ὡς — τὴν ἀπαγγελίαν ἐπύθοντο τὴν τούτου καὶ τὰς ὑποσχέσεις —*, ecquis est, qui hanc lectionem asserturus est contra membranas Ven. et Harl., contra impressores Aldum et Morelium, quorum uterque excudit *ἐπαγγελίαν*? Quod ex iis, quae dixi, aeque commode intelligi potest, quoniam isti renunciationi Aeschinis inerant quoque quaedam pollicitationes. Ita quandoque coniunguntur *ἐπαγγελία* et *ὑπόσχε-*

σις, ut in loco prae manibus: ἔστι δὲ — οὗ μάλιστα ἀντέχεται, ἡ ἐπαγγελία καὶ ἡ ὑπόσχεσις Αἰσχίνου. Et similiter pag. 349, 3. huiusce orationis: μεμνημένοι τὰς ὑποσχέσεις — καὶ τὴν ἐπαγγελίαν. ut pag. 397, 3. ταῖς ὑποσχέσεσι καὶ τοῖς ἐπαγγέλμασι τοῖς τούτου καταληφθέντας τότε. Ita etiam recte coniungi posse videntur ἀπαγγελία et ὑπόσχεσις, ut exeunte fere oratione pag. 445, 15. οὗτοι δὲ τοιαῦτα ἀπαγγελοῦσι παρ' ἡμῶν καὶ ὑποσχήσονται. Legimus etiam p. 363, 27. πάντων τῶν πεπραγμένων ἐκστάντα, ὧν ἀπήγγειλεν, ὧν ὑπέσχετο, caetera. Statuere igitur non semper erit facillimum, (id enim agebam,) quonam modo scribendum fuerit. Duo insigniora loca proferam. Dicitur p. 346, 21. ἀπὸ τῶν πρώτων ἐλπίδων ἐκείνων, ὧν ὁ Κτησιφῶν καὶ ὁ Ἀριστόδημος ἀπήγγειλαν πρὸς ὑμᾶς. Duriuscule quidem *spem* aliquis *renunciare* posse videtur: renunciamus enim ea, quae gesta sunt, non ea, quae ventura. Interea ἐπαγγέλλειν, *spem polliceri*, *spondere* aut *mentibus auditorum subiicere*, paulo esset elegantius. Et tamen Codd. obstinate et morose defendunt lectionem receptam. E contra in illa de Corona p. 238, 19. ἆρ' ἐπὶ ταύταις ταῖς ἐλπίσιν ἐποιεῖσθε τὴν εἰρήνην, ἢ ταῦτ' ἐπηγγείλαθ' ὑμῖν οὗτος ὁ μισθωτός; Vide, mi lector, in utroque loco, cum res sint prope pares, constantiam Codd. in diversa locutione. Verum extra ea, quae recitavi, generaliter quidem neminem paulo attentiorem fugere potest lectio unice vera. Exempli gratia, cum scribitur p. 364, 10. οὐ γὰρ ὡς εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους — οὐχ οὕτω τότε ἀπήγγειλεν, quisquamne est, qui Cod. unius Veneti auctoritate moveretur, ubi exaratur ἐπήγγειλεν? Vicissim cum Morelius et Wolfius p. 396, 11. dederunt λαβὼν ἐξιόντα ἐκ τῆς Φιλίππου σκηνῆς, ἐμοὶ τὸν παῖδα ἐκέλευσεν ἐπαγγέλλειν, ecquis erit, qui non editorum MStorumque, exceptis forte Parisiensibus, omnium auctoritatem adriperet — τὸν παῖδα ἐκέλευσεν ἀπαγγέλλειν? Atque haec hactenus. TAYLOR.

P. 340. v. 17. ὡς ἐν ἀληθείᾳ συνδραμούσης] Forte: εἰς ἓν ἔγκλημα συνδραμούσης. WOLF. Audacter sane: feliciter necne, non possum dicere. TAYLOR. Audacter nec feliciter. *materia multa vere conspirante, ut ἁπλοῦν haberi possit.* SCHAEFER.

P. 340. v. 18. δύο λαβόντες ἐγκλήματα] Forte δύο ὑπολαβόντες εἶναι ἐγκλήματα. WOLF. Item audacter nec feliciter. SCHAEFER.

P. 340. v. 23. συγκρουστικὸν] Lexicographi hoc compositum parum curarunt. SCHAEFER.

P. 340. v. 25. νόημα] Post νόημα nonnulla leguntur in Codd. Regg. et Ven. et prelo dedit Benenatus, quae repetuntur initio Scholiorum. Nam cum iis hoc Argumentum, ab eodem nimirum auctore profectum, olim connectebatur. Et sane satius esset, ut Argumentum desineret saltem in voce τεθαῤῥηκότα: certe non in νόημα, sensu imperfecto. Mens enim haec est Ulpiani: συγκρουστικὸν ἂν εἴη τὸ νόημα ἐκ διαβολῆς τοῦ τε ἀντιδίκου καὶ τῶν συνηγόρων etc. ut in Scholiis continuatur. TAYLOR.

ANNOTATIONES

AD

ORATIONEM DE MALE GESTA LEGATIONE.

P. 341. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ — ΛΟΓΟΣ.*] Taylorus hanc orationem scholiis et quisquiliis (ut eius vocabulum [ad p. 434, 22.] referam) scatere contendit, ultra modum et praeter rem ei infestus *). REISK. Cicero Orat. c. 31. *Multae sunt eius totae orationes subtiles, ut contra Leptinem: multae totae graves, ut quaedam Philippicae: multae variae, ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis.* SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 223. V. Ind. Histor. p. 546. et Weiskii Dissertat. super Orat. de Haloneso p. 18. (Apparat. T. I. p. 446. s.). — Ammonius p. 107. *Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν ὑπομνήματι περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους.* ubi post *ὑπομνήματι* videtur excidisse *τοῦ*. De hoc Apollonida v. Taylori praefat. ad h. Orat. supra p. 398. SCHAEFER.

P. 341. *ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ*] Est *παραπρεσβεία*, cum legationem suam legatus mala fide peragit, ut prosit hostibus, obsit amicis. V. Harpocration v. *παραφρυκτωρεῖν*. REISK. V. not. ad p. 346, 15. SCHAEFER.

P. 341. *ΛΟΓΟΣ*] Titulo addunt *ΚΑΤ' ΑΙΣΧΙΝΟΥ* Cod. Lind. et Aug. Hic destituimur ope et auxilio Vindobonensis, in quo servatur solummodo Argumentum cum Scholiis, Oratio ipsa deficit. TAYLOR. Orationis ipsius titulo addit *κατ' Αἰσχίνου* Lindenbr.: non item August. primus, quamquam Simon Fabricius id aut affirmat aut affirmare videtur; nam obscure locutus est. Taylorus tamen fidem ab eo falso traditam accepit. **) Pri-

*) V. not. ad p. 426, 18. SCHAEFER.

**) Illa Reiskius scripsit in variet. lection. In annotatt. haec: „Quod ad titulum Taylorus admonet, in Augustano sic exaratum esse, *περὶ παραπρεσβείας κατ' Αἰσχίνου*, id sic se habet. Tituli orationum in illo codice et praescripti sunt orationibus ordientibus et subscripti exeuntibus. Est itaque huic orationi praescriptum aliud nihil praeterquam *περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγος ιϛ*. In fine autem hoc est schema: primum, ipso illo in versu postremo, ubi *Ἕλλησιν* exit, ab eadem manu adscriptum est *ΚΑΤΑΙΣΧΙΝΟΥ*; tum interiecto versu uno, obsito nugis ornamentorum, quas membranis suis illinere solent librarii, legitur, ut initio, *περὶ τῆς παραπρεσβείας*." SCHAEFER.

scianus col. 1182. ex hac oratione locum afferens sic laudat: *Demosthenes ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου.* Et sic saepe alii quoque. REISK.

P. 341. v. 1. Ὅση μὲν κ. τ. λ.] Citat hoc initium Clemens Alexandrinus pag. 748, 24. REISK. Aliquot eius verba citat etiam Photius c. 278. SCHAEFER.

P. 341. v. 2. παραγγελία] Vide p. 432, 11. Harpocrationem est Ulpianum. Hanc vocem et hunc locum satis illustrat Christoph. Rufus in Antexegem. apud Gruter. Thesaur. Crit. T. II. TAYLOR. V. Ind. Graecit. pag. 374. coll. v. 11. item Photius l. c. SCHAEFER.

P. 341. v. 2. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 341. v. 3. ἑωρακότας] Bekkerus: „ἑορακότας Y." Vid. not. ad p. 401, 18. SCHAEFER.

P. 341. v. 3. τοὺς ὅτε ἐκληροῦσθε ἐνοχλοῦντας] Infra pag. 346, 12. τῶν ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων. V. inprimis p. 72, 28. sqq., ubi inter articulum participiumque undetriginta vocabula interseruntur. Eodem modo articulus dirimitur a substantivo pag. 349, 12. s. De hoc Graecae syntaxis idiomate agens Fischerus ad Weller. T. I. pag. 325., ut solet vir optimus, miscet diversa. SCHAEFER.

P. 341. v. 8. ἕκαστος ὑμῶν] ὑμῶν ἕκαστος Bekker. SCHAEF.

P. 341. v. 8. ἐνθυμουμένους] [ἐνθυμούμενος.] Ita Benenatus incorrecte. ἐνθυμουμένους caeteri plerique, ut Man. Fel. Harl. Cant. Bodl. Obsop. Ital. Nimirum ea constructione, qua dixit Aeschines in eadem causa iuxta init. δέομαι ὑμῶν — ἐθελῆσαι — ὑπολογιζομένους κ. τ. λ. Vid. Ind. Lysiae s. Antiptosis et cl. Marklandum ad finem huiusce orationis. Sic scribunt plerumque. Noster c. Macart. init. δέομαι — ὑμῶν — εὐνοϊκῶς ἀκροᾶσθαι — προσέχοντας τὸν νοῦν. Aliquando lasciviunt. Ita de Coron. p. 289, 25. δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ — εὐξαμένους καὶ θύσαντας τοῖς θεοῖς — καὶ ἐνθυμηθεῖσι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς — διακοσίας ναῦς καθέλκειν. si locus iste sanus sit. TAYLOR. Vulg. ἐνθυμούμενος. ἐνθυμουμένους August. primus et secundus, Bavaricus, Weimaranus. Correxi ἐνθυμουμένους, scilic. ὑμᾶς. Aptus est hic accusativus ex infinitivo ποιεῖσθαι v. 7. REISK. Sueta est constructio neque antiptosis obtinet. Loco illo ex Orat. de Cor. Taylorus abstinere debuit. SCHAEFER.

P. 341. v. 13. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους κ. τ. λ.] Locum hunc citat Apsines p. 704, 34. REISK.

P. 341. v. 16. τὴν ἀειλογίαν] Vox ista Demosthenica fere: nam secundum Genethlium, qui fuit inter antiquos Demosthenis commentatores, σπανίως εὑρίσκεται παρ' ἄλλῳ. Occurrit iterum in Eubulidea p. 1306, 27. Vide Harpocrat. et Suid. in v. TAYLOR. V. Zonaras c. 52. et Ind. Graecitat. p. 14. SCHAEFER.

P. 341. v. 16. προτεινομένους] Suidas v. Προβάλλεσθαι hunc

locum auctoris nostri respiciens *προβαλλομένους* legit et exponit per *προτεινομένους*. *Προβάλλεσθαι* —. ὁ ῥήτωρ· *τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προβαλλομένους, ὅπερ ταὐτὸν τῷ προτεινομένους.* Unde suspicantur, vocem veram, *προβαλλομένους*, a glossa sua hic esse loco avito exclusam, ut solet aliquando fieri. Sed hic in Codd. altum ubique silentium. TAYLOR. Cum Suida concordat Photius c. 332. Sed vulgatam scripturam tuetur Grammaticus ab Hermanno editus p. 391. addens: *ἀντὶ τοῦ προβαλλομένους*. SCHAEF.

P. 341. v. 17. *τούτων*] vel fortasse *τούτου* cum Ven. Obsop. Ital. et MSS. Felician. TAYLOR. *τούτου* August. secundus, Aldina Taylori, index Feliciani. Utramque lectionem dat Bavaricus. Post *τούτων* aegre desidero *ποιοῦντα*. REISK. *τούτου* Bekker. Pluralem ut masculini generis praeferam. V. Xenophon Memor. II. 6. 5. Post h. v. non fuit cur Reiskius *ποιοῦντα* desideraret. Vid. Schneiderus ad Xenophont. Memor. IV. 2. 4. SCHAEFER.

P. 341. v. 18. *τὸν μὲν — ἀπειλεῖ*] Aristides de D. C. p. 256. *ἀξιοπιστίας δὲ καὶ ἐπιψεύδεσθαι. οἷον — ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. τὸ μὲν ἀληθές· καὶ* *) *τὸν μὲν ἀνήρηκε τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων. τὸ δὲ ἑξῆς κατεψεύσατο· τοῖς δ' ἀπειλεῖ.* Scholiastes Hermogenis p. 114, 32. *ὅτι μὲν Τίμαρχος κατηγόρησεν,* [Aeschinem puta,] *παντί τῳ δῆλον ἔκ τε τῶν ἱστορικῶν καὶ ἐξ ὧν Δημοσθένης φησί· τὸν μὲν ἀνήρηκε τῶν ἐλθόντων ἐπὶ τὰς εὐθύνας.* REISK. Unde novit Aristides Oratorem mentitum esse, cum diceret *τοῖς δ' ἀπειλεῖ*? SCHAEFER.

P. 341. v. 18. *ἀνήρηκε*] Vide modo, quae protuli, ut confirmarem, hanc vocem, etiam latissime sumtam, nimirum de ultimo supplicio, bene constare posse cum ea infamia, qua sola plectebatur Timarchus. Sed non necesse est tam inclementer et rigide interpretari, verum de exsilio fortasse aut poena leviori. Atque id cautum a Suida video, si hunc locum respexerit: respexisse autem credo. *Ἀνήρηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Δημοσθένης. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσεν.* Id est: *Ἀνήρηκεν* est aliquando *ἐφόνευσεν*, sed non in illo loco Demosthenis. Adiicere liceat *σχόλιον* ad marginem exemplaris Altemps. *ἀνήρηκε*] *ὑποποιησάμενος ἐπεστόμισεν.* TAYLOR. V. Taylor. ad p. 334, 5. Anecd. Bekk. pag. 27, 16. *Ἀνήρηκεν: οὐχ ὡς οἱ νῦν ἀντὶ τοῦ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν πεποίηκεν. οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας.* Quo minus dubites etiam Suidam hunc locum respexisse. Brevius eadem Anecdota p. 402, 23. *Ἀνήρηκεν: ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Δημοσθένης.* Consulto autem Orator videtur usus esse verbo tam gravi, quo plus invidiae adversario faceret. SCHAEF.

P. 341. v. 20. *ἀσυμφορώτατον*] *βαρυσυμφορώτατον* margo Benen. Ulpianus item in *σχ.*, ubi *ἀσυμφορώτατον* pro varia le-

---

*) Delendum videtur ut natum e proximo ς̄. SCHAEFER.

ctione. TAYLOR. Verba *καὶ ἀσυμφορώτατον* absunt ab August. primo hic loci, sed leguntur pone *εἰσάγων*. Pari modo Bavaricus illa verba non hic habet, sed paulo post ad hunc modum: — *ἔθος εἰς τὴν πολιτείαν εἰσάγων καὶ ἀσυμφορώτατον ὑμῖν*. Et sic quoque dat Aldina Taylori. Eorum loco dat margo Lutet. tacito auctore *καὶ βαρυσυμφορώτατον*, forsitan, ut suspicatur Taylorus, ex Ulpiano. Spernendum in se non sit vocabulum *βαρυσυμφορώτατον*, sed est tragico quam oratore dignius. REISK. *καὶ ἀσυμφορώτατον ὑμῖν* Bekkerus post *εἰσάγων* collocavit. Etiam Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 225, 28. *βαρυσυμφορώτατον* videtur hic legisse. SCHAEFER.

P. 341. v. 22. *ἑαυτὸν*] *αὐτὸν* Paris. primus. REISK.

P. 342. v. 2. *τὸ μὲν οὖν ἐξελέγχειν κ. τ. λ.*] Citat Aristides p. 250. REISK.

P. 342. v. 2. *ἐξελέγχειν*] *ἐξελέγξειν* Bavaricus, sed cum *χ* super *ξ*. REISK. *ἐξελέγξειν* Bekker. Vulgatam videtur tueri Platonicum Euthyd. pag. 313. edit. Heind. *θαῤῥεῖ τὸ ἀποκρίνεσθαι*. SCHAEFER.

P. 342. v. 5. *θαῤῥῶ — φοβοῦμαι*] Eadem horum verborum et oppositio et structura in Platonis Phaedr. p. 228. edit. Heind., ubi editor doctissimus ellipsin nescio quam, ipsi dictam paullo duriorem, comminiscitur. Philosophus poterat etiam sic scribere: *τὸ γὰρ τοιοῦτον σῶμα — τοῖς μὲν ἐχθροῖς θάρσος, τοῖς δὲ φίλοις — φόβον ἐμποιεῖ.* SCHAEFER.

P. 342. v. 6. *φράσω — ἀποκρύψομαι*] Similiter Philipp. II. versus finem: *ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι*. TAYLOR.

P. 342. v. 6. *ἀποκρύψομαι*] Nescio quo consilio, saepissime in Codd. manu exaratis vocem istam praefocavit illa altera *ἀποτρέψομαι*, uti hic in optimo Reg. *α*. in Harleiano itidem a manu secunda, quasi a cura secunda. Ulpianus: *γράφεται γὰρ καὶ ἀποκρύψομαι*. proinde quasi ius et possessio commendasset *ἀποτρέψομαι*. Plura ad initium Timocrateae. TAYLOR. Etiam in August. primo corrector *ἀποτρέψομαι* dedit reformans vulgatam a manu prima profectam. REISK.

P. 342. v. 7. *ὑμῖν*] Vulg. *ὑμῶν*. *ὑμῖν* Paris. primus, secundus, quintus, septimus, August. primus, secundus, Bavaricus, P. Manutius. REISK.

P. 342. v. 7. *οὐχ ἧττον — εἶναι*] Scilicet *ἐν κράτει εἶναι*. vel sic: *ἀγωνίζονται παρ' ὑμῖν οὐ μόνον τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ οἱ καιροί*. vos non hoc spectatis modo, quae sit causa, quae natura et quae rationes rei gestae, sed non minus quoque tempora, quando quidque actum sit. REISK.

P. 342. v. 8. *τὸ*] *τὸν* August. secundus. REISK.

P. 342. v. 10. *μή τινα λήθην κ. τ. λ.*] Adscriptum est in Aldina

Taylori hoc scholium: δύο ταῦτα [λήθην καὶ συνήθειαν] ὁ χρόνος ποιεῖ. REISK.

P. 342. v. 11. ἐμπεποιήκῃ] [ἐμπεποιήκει.] F. ἐμπεποίηκεν. MARKLAND. Et Lambinus quoque. TAYLOR. Vulg. ἐμπεποιήκει. ἐμπεποιήκῃ August. primus, Bavaricus, index Lambini. Praetuli coniunctivum ἐμπεποιήκῃ. REISK. Non male coniectavit Marklandus. V. Heindorfius ad Platon. Lys. pag. 41. Sed praestat sequi auctoritatem bonorum librorum, quibus ex parte accedit optimus Bekkeri. Nec mihi persuadet Elmsleius indicativum praeferens, quia Orator, si coniunctivo uti voluisset, periphrastice fuisse scripturus videatur ἐμπεποιηκὼς ᾖ. Vid. vir doctissimus ad Sophocl. Aiac. 278. (pag. 304. edit. Lips. Iphigeniarum Marklandi) coll. eiusdem annotat. ad Euripid. Med. 310. p. 133. a. edit. Lips. Multum autem miror ἐμπεποιήκει, manifestum soloecismum, potuisse probari Hemsterhusio not. ad Xenophont. Ephes. p. 196. ed. Loc. SCHAEFER.

P. 342. v. 11. δοκεῖτ'] Vulg. δοκοῖτ'. δοκεῖτ' in indicativo August. primus, Bavaricus a prima manu, (sed recentior videtur ad vulgatae modum reformasse,) Aldina Taylori. Correxi δοκεῖτ'. Imposuit librariis et editoribus additum ἄν. Sed hoc non ad δοκεῖτ' pertinet, sed ad γνῶναι et δικάσαι. REISK. Quantivis pretii annotatio: qua si nominis Reiskiani contemtores osoresque usi essent, plurimos locos eodem laborantes vitio dudum sanatos haberemus. SCHAEFER.

P. 342. v. 12. ἐκ τούτων] Dictio ἐκ τούτων significat: in tanta iniquitate loci vestri causaeque tam a parte mea accusatoris quam a parte rei et circumstantiarum, quo pertinet diuturnitas temporis inter rem gestam et accusationem elapsi. *aller Misslichkeit und Unbequemheit der Lage der Sachen ungeachtet, dennoch.* Nunc aperiam vobis, quomodo mihi videamini, rebus sic se habentibus, [h. e. tametsi soletis vetustate obliterata oblivisci aut a crebritate et assuetudine flagitiorum ad torporem quendam remitti,] nihilominus tamen et veritatem huius causae perspecturi esse et aequam veramque dicturi sententiam. REISK. V. not. ad Sophocl. Trachin. 1111. SCHAEFER.

P. 342. v. 12. τούτων] τούτου August. primus. REISK.

P. 342. v. 13. ταῦθ'] Vulg. τοῦθ'. ταῦθ' Paris. primus, secundus, sextus, August. primus et secundus. Utrumque dat Bavaricus. REISK. τοῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 342. v. 13. εἰ σκέψαισθε κ. τ. λ.] Locum hunc citat Hermogenes p. 132. et 230., ibi in capite περὶ προκατασκευῆς, hic in capite περὶ εὐκρινείας. Item Aristides pag. 223., cuius haec sunt verba: περιβολῆς δὲ σχῆμα καὶ τὸ κατ' ἀπαρίθμησιν. παράδειγμα δὲ τούτου ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας, ὅπου λέγει· τίνα οὖν χρὴ παρὰ πρεσβευτοῦ λόγον λαβεῖν etc. REISK.

P. 342. v. 13. εἰ σκέψαισθε — καὶ λογίσαισθε] Pro εἰ σκέ-

ψαισθε etc. σκέψασθε — καὶ λογίσασθε Codd. Regii α. ε. ζ. verbis imperativis. Accedunt alii. λογίσασθε Obsop. λογίσεσθε *) Harl. Receptam lectionem tuetur Hermogenes de Invent. T. III. non longe ab initio. TAYLOR. σκέψασθε — καὶ λογίσασθε (sine coniunctione) Paris. primus, quintus, sextus. εἰ σκέψεσθε August. secundus. εἰ σκέψασθε August. primus: eundem ambo Augg. servantes ordinem verborum, qui est in vulgata. λογίσεσθε August. primus et secundus. σκέψαισθε καὶ λογίσαισθε παρ' ὑμῖν farrago Wolf. REISK. Aoristorum optativis, non futuris, Oratorem usum esse arguit illud ipsum λογίσεσθε, pro quo scripturus erat λογιεῖσθε. SCHAEFER.

P. 342. v. 15. τίνων] τίνα Aristides l. c. REISK. In Aristide legitur τίνα οὖν, scribarum, ut opinor, vitio, qui videntur τίνων sic depravasse. SCHAEFER.

P. 342. v. 16. πρεσβευτοῦ] πρεσβευτῶν August. secundus. REISK.

P. 342. v. 16. πρῶτον μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Forte sit, cui elegantius videatur dictum in genitivo plurali πρώτων et δευτέρων et τρίτων. Ego vero vulgatam haud reprehendo. Scholiastes Hermogenis p. 388, 6. ad ista Hermogenis, καὶ ἀναστρέφει τὴν τάξιν, haec habet: ἔδει γὰρ εἰπεῖν· πρῶτον μὲν ὧν προσετάξατε, εἶτα ὧν ἔπεισεν, εἶτα ὧν ἀπήγγειλεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ποιεῖται τοῦ ἐγκλήματος σημεῖον, τὸ τὰ ψευδῆ ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι σωθήσονται Φωκεῖς, ἀπολοῦνται δὲ Θηβαῖοι, διὰ τοῦτο τοῦ χρησίμου ἕνεκεν προέταξεν αὐτὸ καὶ τῇ ἀταξίᾳ τάξει ἐχρήσατο. REISK.

P. 342. v. 17. μετὰ ταῦτα] εἶτα Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 342. v. 17. δὲ] Omittunt Paris. primus, August. primus et secundus, Bavaricus. REISK. Omisit Bekker. Neque opus addi, seu μετὰ ταῦτα probes sive εἶτα praeferas. SCHAEFER.

P. 342. v. 18. τῶν χρόνων] τὸν χρόνον (in accusativo singularis) August. primus: quod certa fide ex iterata inspectione affirmo, negans Fabricium vera tradidisse perhibentem in membranis Augustanis h. l. vulgatam legi. REISK.

P. 342. v. 20. ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 342. v. 20. τούτων ἑκάστου] [τούτων.] τούτων ἑκάστου Regg. α. β. ε. ζ. η. Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. τούτων. Post τούτων addunt ἑκάστου August. primus et secundus. Addidi. Subaudi προσήκει λόγον ὑμᾶς λαβεῖν. REISK. ἑκάστου omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 342. v. 21. βουλεύσασθαι] βουλεύεσθαι Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

*) λογίζεσθε ex Harl. Reiskius citat in variet. lection. SCHAEFER.

P. 342. v. 21. ὀρθῶς] Recte omisit Bekker. fidem secutus duorum librorum. Sed vel omnibus libris tacentibus hoc adverbium oportuit deleri. Hoc enim vult Orator: Omnino consultatio de rebus gerendis pendet e nuntiis: qui si veri sunt, recte consultatur; secus, si falsi. Docent quae proxime sequuntur. SCHAEFER.

P. 342. v. 22. ἂν — ἂν] ἂν utriusque loco dant ἐὰν Paris primus et August. primus: etiam secundus loco posterioris. REISK.

P. 342. v. 23. τὰς δὲ συμβουλίας κ. τ. λ.] Secundum iam hoc caput, et respondet superioribus v. 16. δεύτερον ὧν ἔπεισε. Quod non animadvertens Wolfius inficete perquam vertit: *Legatorum enim consilia veriora esse putatis.* TAYLOR.

P. 342. v. 23. συμβουλίας] συμβουλείας August. primus e correctione. Tres literae λει ab eadem antiqua manu in loco vetustioris scripturae, sed erasae, sunt exaratae. REISK.

P. 342. v. 24. ἐξεπέμφθησαν] Vulg. ἐπέμφθησαν. ἐξεπέμφθησαν August. secundus. Correxi ἐξεπέμφθησαν. Malim tamen, id quod sententia postulat: ὡς ἀκριβέστερον [vel σαφέστερον] εἰδότων [subaudi τούτους] πρὸς οὓς ἐξεπέμφθησαν. *auditis disputantes rati, melius eos habere perspectos populos illos, ad quos essent ablegati.* Caeterum haud placet in hoc loco nimis argutari: nam alias nimis multa essent supplenda de causis, cur necesse sit horum capitum uniuscuiusque scorsim rationem a legato repetere. Non constat, num voluerit Demosthenes ista subtilitate academica disputare: et orator aliter dividit aliterque demonstrat, quam philosophus, populari quodam modo. Nam plebi subtilitas et morosa diligentia in accommodandis scito cuique suis demonstrationibus non placet neque ad captum eius est. Praeterea tradunt veteres, hanc orationem ab Oratore illaboratam et affectam esse relictam. Quo minus est mirandum multa inesse hiulca et male tornata: si insunt, quod equidem affirmare haud ausim*). REISK. ἐπέμφθησαν Bekker. Ceterum Reiskius haec refingens operam perdidit: sunt enim longe sanissima. *auditis enim ut gnaros eorum ad quae curanda missi fuerunt.* SCHAEFER.

P. 342. v. 25. δίκαιός] δίκαιόν August. primus. REISK.

P. 342. v. 26. οὐδὲ] οὐδ' Bekker. SCHAEFER.

P. 342. v. 26. ὑμῖν] Post ὑμῖν addit P. Manutius οὐδὲν. REISK.

P. 342. v. 26. συμβεβουλευκώς] Civibusne an hostibus? REISK. Civibus. De hostibus quis hic cogitet? Sed totum hunc locum vir optimus videtur aliud agens legisse. SCHAEFER.

P. 342. v. 28. ἐψηφίσασθε] in mandatis vestris legato facienda disertis verbis iniunxeratis. REISK.

P. 342. v. 28. προσήκει διωκηκέναι] Post haec verba ratio tertiae huius propositionis reddi debuit, quemadmodum in caete-

*) Non insunt. SCHAEFER.

ris quatuor factum est. Sed haec incuria scribae excidit. MARKLAND. Neque quinque ista membra (vide v. 16. et sqq.), in quae dividitur criminatio Demosthenis, satis recte aut accurate recensentur a Quintiliano IV. 4. his verbis: *Singula ex pluribus colliguntur: ut cum legatio male gesta obiicitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus sit, quod munera acceperit.* TAYLOR. Pro διῳκηκέναι Paris. sextus habet διοικῆσαι. Legi velim, sententia id postulante, ὅτι ἐποίησε, προσήκει δεικνύναι. *oportet docere, ista omnia se esse exsecutum.* REISK. Hic etiam locus est longe sanissimus. Verte: *Porro quod attinet ad ea quae iussistis* —, *oportet* [legatum ea] *curasse.* Conf. p. 343, 17. 352, 25. 371, 10. περὶ ὧν γε sic dictum, ut ὑπέρ γε τοῦ — p. 343, 5., quod Reiskius recte interpretatur. V. Bremius ad p. 14, 18. et not. ad p. 346, 25. SCHAEFER.

P. 342. v. 28. εἶεν] V. Ind. Graecit. p. 182. et not. ad p. 46, 5. SCHAEFER.

P. 342. v. 28. τῶν — χρόνων] τὸν — χρόνον e corr. August. primus. REISK.

P. 343. v. 5. τε] τ' Bekker. SCHAEFER.

P. 343. v. 5. ἔσται] ἐστὶ Paris. quintus, August. secundus. REISK.

P. 343. v. 5. ὑπέρ γε τοῦ προῖκα ἢ μή] Ad verbum: *de gratuito aut mercenario*, h. e. quod attinet ad caput hoc —. Plene dixisset: ὑπέρ γε τοῦ προῖκα πρεσβεῦσαι τὸν πρεσβευτὴν ἢ μὴ εἰ δεῖ λέγειν —. Si quaeritur, si agitur hoc, num par sit legatum operam gratuitam navare, an vendere, nemo non novit —. REISK. V. Bremius ad p. 14, 18. SCHAEFER.

P. 343. v. 6. ἢ μή] Melius interrogative: ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ προῖκα ἢ μή; Ita modo p. 342. ult. antecedens caput adduxit similiter: τῶν δὲ δὴ χρόνων διὰ τί; Interpres interrogative quasi dedit, sed non satis accurate. TAYLOR. Non melius, sed multo peius nullaque ratione tolerabiliter. Sed Taylorum, opinor, egit transversum Marklandus statim perperam inferciens ὅτι, quasi quod continuo sequitur responsio sit ad interrogationem. SCHAEFER.

P. 343. v. 6. τὸ μὲν] F. ὅτι τὸ μὲν. MARKLAND.

P. 343. v. 7. εὖ] Omisit Bekker. auctoritate duorum Codd. SCHAEFER.

P. 343. v. 8. τὸν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 343. v. 10. μηδαμῶς] μηδαμοῦ August. secundus. REISK.

P. 343. v. 11. λαβόντα] λαμβάνοντα Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 343. v. 12. τῇ πόλει] Codd. duo, ε. et η., ἐν τῇ πόλει. Quod facile excidere poterat. Versio Etrusca: *non puo piu esser*

sicuro giudice di quel che giovi alla città. TAYLOR. ἐν τῇ πόλει August. secundus. REISK. Praepositio videtur Tayloro placuisse. Sed inepte additur. Recte Etruscus. SCHAEFER.

P. 343. v. 12. ἂν μὲν τοίνυν ἐξελέγξω κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes p. 418. in cap. περὶ τῶν ἴσων σχημάτων. REISK.

P. 343. v. 13. ἐξελέγξω] Simplex ἐλέγξω dat Bavaricus. REISK.

P. 343. v. 16. ὑμῖν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 343. v. 18. ἀνηλωκότα] Sic etiam Bavaricus, sed cum α super η scripto. REISK.

P. 343. v. 19. προεῖνται] Vulg. πρόεινται. προεῖνται Paris. primus, August. primus et secundus, Bavaricus. REISK.

P. 343. v. 21. ἂν] ἐὰν Paris. nescio quis: index enim e margine Lutetianae excidit. Item August. primus et secundus. REISK.

P. 343. v. 21. ἂν δὲ — πάντα] *ubi non haec omnia demonstrata dedero, aut saltem non omnia.* Quaero, num ταῦτα non idem sit cum πάντα. Mera haec est infantia loquendi. Homo humane loqui doctus sic diceret: εἰ μὴ ταῦτα δείξω, ἢ, εἰ μὴ πάντα, τά γε πλεῖστα καὶ κεφαλαιότατα. *nisi haec omnia plana reddidero, aut, si minus omnia liceat, pleraque certe et palmaria.* Quare ἢ μὴ uncis inclusi. REISK. Nulla hic infantia loquendi: quod ipse vidisset Reiskius, si cogitasset ταῦτα perinde ut πάντα pronuntianda esse τονικῶς. *nisi ostendero h a e c* (tam foeda tamque damnosa civitati) *aut nisi ostendero o m n i a* (ne uno quidem excepto). Itaque unci amovendi. Et amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 343. v. 22. ἐμὲ μὲν — ἄφετε] Ex Hermogene citat Reiskius loci huius immemor Ind. Graecit. p. 522. SCHAEFER.

P. 343. v. 22. μὲν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 343. v. 22. τουτονὶ δὲ] τοῦτον δ' Hermogenes. SCHAEFER.

P. 343. v. 25. ἐξ ὧν — εἰκότως] ἐξ ὧν ὅστις ἂν οὖν εἰκότως August. primus: sed vulgata est a recentiore manu in margine adscripta. Videtur lectio istaec etiam in Paris. primo fuisse, e quo solummodo οὖν affertur. REISK.

P. 343. v. 26. βούλομαι πρὸ πάντων κ. τ. λ.] Citat hunc locum usque ad εἴχετε τὴν δόξαν pag. 344, 28. Dionysius Halicarn. T. V. p. 289. ss. R. SCHAEFER.

P. 343. v. 26. βούλομαι] Post h. v. δὲ inserit Dionysius, scilicet ab hoc verbo periodum ordiens. SCHAEFER.

P. 343. v. 27. εὖ]. Abest a Bavarico. REISK. Item a Dionysio. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 343. v. 27. πολλοὺς] [τοὺς πολλοὺς.] Rescribe πολλοὺς sine articulo, ut saepe alibi loquitur. Verbi gratia infra pag. 346, 17. in simili sensu scripsit ταυτὶ πολλοὶ συνίσασιν, ἃ μέλλω λέγειν, non οἱ πολλοί. Quod alia res est. Et deesse video articulum in

optimis fere exemplaribus, Reg. *a.* et Harl. TAYLOR. Vulg. *τοὺς πολλούς*. *τοὺς* omittit August. primus. Detraxi articulum. Nam alias *τοὺς πλείστους* dicendum fuisset. *vestrum plerosque.* REISK. Articulum habet Dionysius restituitque Bekker. *πολλούς*, *multos*: *τοὺς πολλούς*, *plerosque*, quod h. l. aliquanto gravius est. Vid. p. 323, 7. et Melet. Crit. p. 3. SCHAEFER.

P. 343. v. 27. *εἰς* — *Αἰσχίνης*] Citat Georgius Lecapenus p. 77. SCHAEFER.

P. 343. v. 28. *ἔταξεν ἑαυτὸν*] *αὐτὸν ἔταξεν* Dionysius. *ἑαυτὸν ἔταξεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 1. *τοῦ*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 344. v. 2. *δεδημηγορημένοις*] *δεδημηγορημένοις* Paris. primus, August. primus. REISK. Fortasse voluit *δεδημιουργημένοις*, quod Bekkerus duobus in Codd. reperit. SCHAEFER.

P. 344. v. 3. *τούτοις*] Abest a Bavarico. REISK. Item a Dionysio. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 3. *πάντων*] Abest ab August. primo et Bavarico. Item a Dionysio. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 3. *ἔστι τοίνυν οὗτος κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Hermogenes p. 287. et Minucianus p. 164. REISK.

P. 344. v. 4. *οὗτος*] Pronomine male caret Dionysius. SCHAEF.

P. 344. v. 6. *καί, ἔχων Ἴσχανδρον κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. pag. 242. *καὶ τὸ πλαγιάζειν τὰ νοήματα μάλιστα περιβολῆς ἐστιν, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν εἰ πλαγιασθείη τὰ νοήματα, θαυμαστὴν περιβολὴν ἐργάζεται. ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· καὶ ἔχων Ἴσχανδρον τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστήν· οὐκ ὤρθωσεν εἰπών· προσήει τῇ βουλῇ· ἀλλὰ πάλιν ἐπλαγίασε· καὶ προσιὼν μὲν τῇ βουλῇ, προσιὼν δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων. καὶ ἄλλο πεπλαγιασμένον· καὶ πείσας ὑμᾶς πανταχοῦ πρέσβεις* etc. REISK.

P. 344. v. 6. *ἔχων* — *δευτεραγωνιστὴν*] Ambigue, ni distinguatur post *Ἴσχανδρον*, hoc modo: *ἔχων Ἴσχανδρον, τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστήν*, etc. MARKLAND. Sic Reiskius. Non opus: nec Bekkerus distinxit. SCHAEFER.

P. 344. v. 6. *Ἴσχανδρον*] Harpocrat. v. *Ἴσχανδρος*, Maussacus aliique de Ischandro multa: qui tamen omnes locum hunc non expediunt. Credo quidem, Ischandrum fuisse histrionem, Neoptolemi, non filium *), sed ministrum **), *τὸν Νεοπτολέμου*, Ae-

---

*) Sic vertit Dionysii interpres. SCHAEFER.

**) Vera si est Taylori ratio, auge hoc exemplo illa, quae congessi in Bosii Ellips. p. 117. s. Tales autem locutiones non sunt vere ellipticae: non magis quam similes, ad quarum alias alia nomina vulgo, sed perperam, subaudiuntur. Videlicet genitivi notio dici vix potest quam late pateat: ut tales locutiones oporteat intelligi nunc de parentibus, nunc de liberis, nunc de discipulis, nunc de ministris etc., non quod alibi aliud nomen subaudiendum sit, sed quia generalis notio genitivi quoque loco ex rerum circumstantia fit specialis. SCHAEFER.

schinis vero *δευτεραγωνιστὴν*, scilicet qui Aeschini succenturiabatur et in hac quasi fabula secundas partes agebat: allusorie scilicet ad Aeschinis artificium et quaestum, ut Demosthenes frequenter hominem exagitat, et Ulpianus diserte adfirmat hic eum exagitasse. Punge igitur, si haec vera sint: *ἔχων Ἴσχανδρον, τὸν Νεοπτολέμου, δευτεραγωνιστὴν*, etc. Neque interea sum nescius, Aeschinem ab Harpocratione dici Ischandri succenturiatorem, non Ischandrum Aeschinis. Sit ita sane: sit Aeschines secundarum vel etiam tertiarum partium actor in fabula sub Ischandro. At constat ex pag. 438, 11. Aeschinem hunc hominem ex Arcadia duxisse, quem civitati amantissimum venditabat, eique secundas partes in rep. detulit, nimirum quas in scena agebat ipse. Neoptolemus histrio erat ea aetate celeberrimus. Vid. Argumentum Ulpiani huic orationi praemissum, Demosthen. de Pace, rursus c. Eubulid. p. 1304, 8. TAYLOR. Photius c. 89. *Ἴσχανδρος, τραγικὸς ὑποκριτής.* SCHAEFER.

P. 344. v. 7. *προσιὼν*] *καὶ προσιὼν* Aristides p. 242. REISK.

P. 344. v. 8. *πανταχῇ*] Vulg. *πανταχοῦ. πανταχῇ* Paris. primus, August. primus. Correxi *πανταχῇ*. REISK. *πανταχοῦ* Dionysius et Aristides. *πανταχοῖ* Bekker. secutus librum notae melioris. SCHAEFER.

P. 344. v. 10. *πέμπειν*] *πέμψαι* Paris. primus, August. primus. Aristides l. c. dat *πρέσβεις ἐπὶ τούτων πέμψαι*. ubi Normannus nulla de causa correctum it *περὶ τούτων*. quod pro scholio possit haberi. REISK. *πέμψαι* etiam Dionysius. Et sic bene Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 10. *τοὺς βουλευσομένους*] Videtur deesse *Ἕλληνας* inter has voces, ut pag. 346, 3. et passim in Orat. c. Ctesiph. MARKLAND. Non deest: de Graecis enim intelligi per se apparet. SCHAEFER.

P. 344. v. 11. [*καὶ*]] *καὶ*, quod uncis inclusi, delendum videtur, id quod patet e constructione: *οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος αἰσθόμενος — καὶ* [*οὗτός ἐστιν ὁ*] *πείσας ὑμᾶς πρέσβεις πέμπειν διὰ τοῦ προσιέναι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μετὰ τοῦ Ἰσχάνδρου*. Hic est ille, qui primus Philippum Graecis insidiari sensit — hic est, qui auctor vobis legationum quacunque mittendarum factus eo, quod una cum Ischandro hac de re cum senatuque et cum plebe egit. Postmodum ex Arcadia reversus orationes renunciavit a se in Decem mille viris habitas —. REISK. Uncos iure delevit Bekker. Omnia inde v. 3. *ἔστι τοίνυν* usque ad v. 18. *παρὰ Φίλιππον* continuanda sunt. SCHAEFER.

P. 344. v. 11. [*καὶ*] *ἀπαγγέλλων κ. τ. λ.*] Ita distingue: *καὶ ἀπαγγέλλων μετὰ ταῦθ᾽, ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας, τοὺς καλοὺς κ. τ. λ.* MARKLAND. Minus recte Reiskius interpunxit ante *μετὰ* et post *Ἀρκαδίας*. Sed praestat prorsus abstinere hypostigmis: quod etiam Bekkerus fecit. SCHAEFER.

P. 344. v. 11. [*καὶ*] *ἀπαγγέλλων κ. τ. λ.*] Notabilis est lectio, non tamen verissima, quam repraesentavit huius loci Dionysius Halic. exscribens in Arte Rhetor. VIII. 6. per binas fere paginas editionis nostrae, scilic. — *καὶ ἀπαγγέλλων. μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας, τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους ἐν* [sine *οὓς*] *τοῖς μυρίοις κ. τ. λ.* Concoquere ista potuerunt homines parum sagaces. Sed tum quid de Megalopoli statuendum est, cum iam res Athenis agi videtur? Nimirum ista *ἐν Μεγάλῃ πόλει* dissimularunt hoc pacto, scilic. *ἐν τῇ μεγάλῃ βουλῇ*. Istud est sapere! TAYLOR. *ἐν τῇ Μεγάλῃ πόλει* habet Reiskiana Dionysii. SCHAEF.

P. 344. v. 12. *τοὺς — λόγους*] Vulg. *τοὺς μακροὺς ἐκείνους καὶ καλοὺς λόγους. τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους* August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Locum hunc citat Suidas v. *Μυρίοι ἐν Μεγάλῃ πόλει* ex Harpocratione. REISK. Item Photius c. 205., ubi *Μυρίοι ἐν Μεγαλοπόλει*. V. Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 604. s. SCHAEFER.

P. 344. v. 13. *τοῖς Μυρίοις*] Harpocratio in v. *Μύριοι* iterumque in *Ἱερώνυμος* locum hunc illustrabit. Hieronymus iste Arcas erat, a Philippo corruptus, et, uti ex Ulpiano hic discimus, e schola Isocratis. *Μύριοι* erat concilium Arcadicum, sub quo resp. gerebatur. Constitutum autem erat, ut ex Diodoro Sic. discimus, Olymp. CII. 3. Plura Valesius ad Harpocrat. et Kusterus ad Suid. TAYLOR. Conf. Anecd. Bekk. p. 280, 4. SCHAEFER.

P. 344. v. 13. *Μεγάλῃ πόλει*] Videtur in quibusdam Codd. Dionysii Halicarn. fuisse *μεγάλῃ βουλῇ*, quam lectionem merito damnat Taylorus. REISK. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 344. v. 13. *Ἱερώνυμον*] V. Photius c. 80. SCHAEFER.

P. 344. v. 15. *ἔφη*] Nemo enim nostrum omnium interfuit auditor: ut facillimum ei sit nobis imponere. REISK.

P. 344. v. 16. *τὰς*] Abest ab editione P. Manutii. Locum hunc sic recitat Aristides p. 242.: *ἡλίκα τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἀδικοῦσιν, οὐ τὰς ἰδίας μόνον πατρίδας*. REISK.

P. 344. v. 20. *δεῖγμα — ἑαυτοῦ*] Non movebo controversiam dictioni *δεῖγμα περὶ ἑαυτοῦ ἐκφέρειν*, cum *δεῖγμα ἑαυτοῦ* sufficere possit aliasque, ni fallor. soleat. Interim cum *περὶ* statim recurrat, auctor sim hoc prius *περὶ* cum *παρὰ* mutandi atque legendi *δεῖγμα ἐξενηνοχότος παρ' ἑαυτοῦ*. REISK. Vulgata optime habet. SCHAEFER.

P. 344. v. 20. *ἑαυτοῦ*] *αὑτοῦ* Dionysius. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 21. *ὑπ'*] *ὑπὲρ* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 344. v. 22. *καὶ Κτησιφῶντος*] Non habet Dionysius. SCHAEF.

P. 344. v. 22. *Κτησιφῶντος*] Forte *Κηφισοφῶντος*. Anonymus quidam in Argumento scribit, Ctesiphontem Phrynoni legatum adiunctum fuisse. Utcunque sit, videtur alius ab eo fuisse, cuius decretum defendit Demosthenes. WOLF. Ctesipho quidem nomen erat huic homini, et quidem alius ab isto Ctesiphonte, in

quem postea insurgebat Aeschines. Haec Wolfium docere poterat Harpocratio in v., qui consuli debuit. Hic cum Aristodemo et Neoptolemo coniunctus, non tamen histrio fuit, ut Ulpianus recte praecaveri voluit. TAYLOR. V. Photius c. 134. SCHAEFER.

P. 344. v. 23. *οὐδ' ὁτιοῦν*] *οὐδὲν* Paris. quintus. REISK.

P. 344. v. 23. *γίγνεται — Φιλίππῳ*] Citat Philemon p. 268. Osann. SCHAEFER.

P. 344. v. 23. *γίγνεται*] *γίνεται* Dionysius et Philemon. SCHAEFER.

P. 344. v. 23. *τούτων*] Non habet Philemon. SCHAEFER.

P. 344. v. 25. *οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 286. *τό τε οὖν κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν περιβάλλει τέλειον ποιοῦν τὸν λόγον. οἷον· οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα. εἶτα ἡ θέσις· ἀλλ' ὡς τῶν φυλαξόντων τοὺς ἄλλους.* Aristides de D. C. p. 216. *περιβολὴν δὲ ποιεῖ καὶ ὅταν τις μὴ τἀκόλουθα ἐξετάζῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τἀναντία προσλαμβάνῃ. ὡς ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας τὸ μὲν ἁπλοῦν ἦν καὶ τὸ ἀκόλουθον οὕτως· ἐπεὶ γὰρ ἐχειροτονήσατε τοῦτον πρεσβευτὴν, ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους. ἐνταῦθα τὸ ἐναντίον προλαβὼν οὕτως ἐπάγει τὸ ἀκόλουθον· ἐχειροτονήσατε τοῦτον, πρότερον τὸ τί μὴ ποιήσοντα, εἶτα τὸ τί ποιήσοντα.* [Sic locus hic emendatius legetur.] *οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα, οὐδ' ὡς τῶν πεπιστευκότων τῷ Φιλίππῳ. εἶτα νῦν τὸ ἀκόλουθον· ἀλλὰ ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους.* In editione Upsaliensi operae verba *τὸ τί μὴ ποιήσοντα* omiserant, quae sunt quodammodo in Aldina: et illinc restitui. Quodammodo dico, quia *μὴ* exemplo Aldino deest. Sed sententia docet eo careri non posse. Ex illo errore cum Aldinarum operarum tum Upsaliensium nata labes, quae latinae Normanni interpretationi adhaesit. Sententiae haec est: Hunc Aeschinem legatum creastis —. Secundum haec verba universalia *εἶπε*, significavit Orator, quid facturum, quid non. Et primum quidem, quid non facturum. Non quo venderet bona vestra mercede Philippo: non quo videretur vobis Philippo fidere. Iam subiicit, quid facturum. Sed quo reliquos legatos, fraudulentiae et proditionis suspectos, observaret. REISK.

P. 344. v. 25. *ὑμέτερα*] *ἡμέτερα* Philemon. SCHAEFER.

P. 344. v. 25. *οὐδ' ὡς*] *οὐδὲ* idem. SCHAEFER.

P. 344. v. 26. *πεπιστευκότων*] *ἐμπολησόντων* Lambinus. *οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα, οὐδ' ὡς τῶν ἐμπολησόντων τῷ Φιλίππῳ.* Quem non recte intelligo. Scholiastes quidem noster in glossis: *ἀποδωσομένων*] *ἤγουν ἐμπολησόντων.* Atque id credo voluisse Lambinum. TAYLOR.

P. 344. v. 26. *Φιλίππῳ*] Vulg. *τῷ Φιλίππῳ. τῷ* omittunt Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK. Articulum addunt Dionysius, Aristides et Philemon, restituitque Bekkerus. SCHAEFER.

P. 344. v. 26. *τῶν φυλαξόντων*] *φυλάξοντα* Aristides. REISK. I. q. *τῶν τηρησόντων.* SCHAEFER.

P. 344. v. 27. Φίλιππον] τὸν Φίλιππον Paris. primus, August. primus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 28. εἴχετε] ἔχετε Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P 345. v. 1. προσελθὼν — ἐλάνθανε] Citat Dionysius l. c. p. 291. SCHAEFER.

P. 345. v. 2. ἀναιδῆ] ἀναιδεῖ P. Manutius. REISK. λίαν ἀναιδῆ Dionysius, negligentiâ, opinor, librariorum litteras iterantium. Conf. p. 346, 1. s. SCHAEFER.

P. 345. v. 2. φυλάξωμεν] φυλάξομεν Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 2. Φιλοκράτην] Vulg. τὸν Φιλοκράτην. τὸν abest ab August. secundo, Paris. primo, editione P. Manutii. Φιλοκράτη August. secundus. REISK. Articulum habet Dionysius, restituitque Bekker. Sic τὸν Φιλοκράτην est epexegesis. SCHAEFER.

P. 345. v. 3. δεῦρο] δεῦρ' Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 4. πρεσβείας] Post h. v. semicolon est in Parisina editione, et in August. primo novum orditur colon. Sed rectius comma dant P. Manutius et Wolfius, eius saepe imitator. REISK. Etiam in Dionysio post h. v. perperam plene interpungitur. SCHAEFER.

P. 345. v. 4. ἄνδρες] Omittit Dionysius. SCHAEFER.

P. 345. v. 5. πεπρακὼς ἑαυτὸν] Hermogenes p. 243. ult. dictionem πεπρακὼς ἑαυτὸν in duris et asperis numerat. Est nempe grave probrum. Repetit idem p. 291. REISK. V. not. ad p. 37, 2. SCHAEFER.

P. 345. v. 5. ἐλάνθανε] ἐλάνθανεν Dionysius. SCHAEFER.

P. 345. v. 6. τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν] [τῇ προτεραίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν.] Sub. ἡμέρᾳ. *pridie concionum, eo die, qui populi conventum antecessit.* Sed quia additur ἀναστὰς et non fit mentio curiae aut alterius publici loci, videtur legendum τῇ προτέρᾳ, ut sit τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, *priore concione*, in qua fuit assertor Aeschines publicae dignitatis, quam eandem posteriore oppugnavit. WOLF. τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ Cod. Reg. α., ut voluit Wolfius. Et similiter in aliis credo obtinuisse, in quibus mox ἐν ᾗ pro ἐν αἷς scriptum deprehendi, scilic. Lind. et Ven. TAYLOR. Vulg. τῇ προτεραίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν. τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ August. primus. Praetuli προτέρᾳ. REISK.

P. 345. v. 7. ἐν αἷς] Sic etiam in Paris. primo et August. primo est. Sed ἐν ᾗ esse in Lindenbr. Veneto aliisque testatur Taylorus, et reperi in Aldina Taylori. REISK.

P. 345. v. 8. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 344. v. 10. ἐν ὑμῖν] Ita distinguendum: τοῖς ῥήμασιν — τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ οὗτος εἶπεν ἐν ὑμῖν, ἀπομνημονεύσειν. *verbis*

— *iisdem, quae ille dixit apud vos, commemorabo.* MARKLAND. Vulg. distinguitur: — οὗτος εἶπεν, ἐν ὑμῖν ἀπομνημονεύσειν. Bavaricus omittit ἐν. REISK. Reiskiana habet hypostigmen post ὑμῖν, sed male servat post εἶπεν. SCHAEFER.

P. 345. v. 11. ὅπως] πῶς Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 12. τῇ εἰρήνῃ] Forte τῇ πόλει. Nam pacem suasisse et Philocratem adparet, sed parum honestam. WOLF. Excidit forte vox: ἐναντιωθείη τῇ π ό λ ε ι εἰρήνῃ. *pax noceret reip.* MARKLAND. Wolfius *reipublicae*. Immo *paci*. Nimirum, cum Philocrates pacem iniquissimis conditionibus ineundam suaderet, eo ipso paci adversari censendus erat. IURIN. Locus hic bene habet, planus et apertus est. Iurinus veram eius vidit sententiam, quae haec est. Philocrates si dudum meditatus esset, quonam pacto hanc pacem, cuius ipse auctor vobis est, impediret atque repelleret, non videtur mihi aliter citius atque certius hoc fuisse consecuturus, quam si eas scriberet pacis conditiones, quas scripsit: tam enim durae sunt atque iniquae conditiones, et denique inhonestae hae conditiones ab eo scriptae, ut nullo modo vos ad eas sitis descensuri. REISK.

P. 345. v. 12. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. REISK. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 15. λείπηται] λίπηται Paris. primus et septimus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 345. v. 16. δεῖν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 345. v. 17. τῇ προτεραίᾳ] Aug. τῇ προτέρᾳ. TAYLOR. Supra [v. 6.] τῇ προτέρᾳ dixerat. Utrumque recte fecit. ἡ προτέρα ἐκκλησία et ἡ ὑστέρα sunt *concio prior* et *posterior*, quas duas conciones complures dies potuerunt intercedere: verum ἡ προτεραία ἡμέρα proxime contingit et praecedit τὴν ὑστεραίαν ἡμέραν, ut nullus alius dies intercedat. REISK. V. not. sq. Mireris Reiskium hic de libro Augustano tacuisse. Bekkerus: „προτεραι S.“ SCHAEFER.

P. 345. v. 18. εἰς τὴν ὑστεραίαν] S. τῶν ἐκκλησιῶν. Sequitur longa ἐπεμβολή· ἐν ᾗ — ἀναστὰς ἐδημηγόρει etc. Malim et hic εἰς τὴν ὑστέραν, pro ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἐκκλησίᾳ, potius, quam εἰς τὴν ὑστεραίαν ἡμέραν, *in posteriore concione.* WOLF. Praestat et hic ὑστεραίαν et v. 17. προτεραίᾳ: ut dies intelligantur, non conciones. Acerbior reprehensio, si quem dicas post temporis tam pauxilli intercapedinem alias in republica gerenda partes suscepisse. Ammonius p. 119. Προτέρα καὶ προτεραία διαφέρει. προτέρα μὲν γὰρ ἐπὶ τάξεως· προτεραία δὲ ἐπὶ μόνης ἡμέρας. Idem valet de adiectivo ὑστεραῖος: quanquam Herodianus Philet. p. 453. habet ἐπ' ἐκκλησίαν τὴν ὑστεραίαν. Itaque vereor ut Schweighäuserus in Herodoto IX. 3. recte dederit ἡ δὲ βασιλῆος αἵρεσις ἐς

τὴν ὑστεραίην τὴν *) Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην δεκάμηνος ἐγένετο. Formulae εἰς τὴν ὑστεραίαν exempla dedi in Bosii Ellips. p. 176., quibus accedat Herodoti IV. 113. SCHAEFER.

P. 345. v. 20. τῷ] τοῦ margo Lutetianae sine indicio codicis, unde esset ea lectio repetita. REISK.

P. 345. v. 21. γενήσεται] γένηται Paris. primus, secundus, quartus, Aldina Taylori, index Aldi. August. primus verba sic coordinat: δικαία πράττοντος γένηται, καὶ ὑμῶν —. REISK. γένηται Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 22. ταὐτὰ] ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 22. ἀκούειν ἐθελόντων] ἐθελόντων ἀκούειν Bekker. SCHAEFER.

P. 345. v. 23. συνηγόρει] συνηγόρησεν Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P. 345. v. 26. ὡς οὔτε τῶν προγόνων κ. τ. λ.] V. not. ad p. 178, 1. SCHAEFER.

P. 345. v. 26. δέοι] δέον Paris. primus et quartus. REISK.

P. 345. v. 26. τῶν τὰ] Vulg. τὰ τῶν. Vitium hoc est typographicum operarum Morelli. Recte invertunt August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius. REISK.

P. 345. v. 28. γράψειν) γράφειν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 346. v. 1. πρότερος] πρότερον Paris. primus et quartus, August. primus. REISK.

P. 346. v. 1. ὑμῖν] Abest a Paris. quarto. REISK.

P. 346. v. 1. ὑμῖν βεβοηθηκὼς] βεβοηθηκὼς ὑμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 2. ἐφεστηκότων ἔτι τῶν πρέσβεων] [ἐφεστηκότων πρέσβεων.] Repete articulum: ἐφεστηκότων τῶν πρέσβεων. Et ita Aeschines in π. παραπρεσβ. p. 236, 4. τοὺς γὰρ λόγους τούτους ἐναντίον φησὶ τῶν πρέσβεων, οὓς ἔπεμψαν πρὸς ἡμᾶς οἱ Ἕλληνες. ex hoc loco. MARKLAND. ἐφεστηκότων τῶν πρέσβεων Schol. Ald. Ven. Lind. ἐφεστηκότων ἔτι τῶν πρέσβεων Regii α. β. δ. ε. η. et Harl. ἐφεστηκότων ἔτι πρέσβεων solus Augustanus. TAYLOR. Vulg. ἐφεστηκότων πρέσβεων. ἐφεστηκότων ἔτι τῶν πρέσβεων August. primus et secundus, Meermann. Falsum est, quod Taylorus a Fabricio deceptus affirmat, August. primo articulum deesse. ἐφεστηκότων τῶν πρέσβεων Bavaricus. ἔτι addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

---

*) Recte iteratur articulus: ne quis putet delendum esse. Passim duo deinceps epitheta nomini suo sic praeponuntur, ut ambo habeant articulum. SCHAEFER.

P. 346. v. 5. τότε] Omittunt Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 5. ἑαυτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 8. πάντα ἐλυμήνατο] πάντ' ἐλυμήνατο Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 10. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν κ. τ. λ.] Hermogenes p. 275. *Μέθοδοι δὲ περιβολὴν ποιοῦσιν αἵδε. τὸ ἀναστρέφειν τὰ πράγματα καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα λέγειν, εἶτα ἀναγκάζεσθαι ἐπιβάλλειν τὰ πρῶτα καὶ τῷ σχήματι χρῆσθαι τῷ κατ' ἐπεμβολήν. οἷον· ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ἥσπερ εἰσὶν αἱ νῦν — εὐθῦναι. εἶτ' ἐπενέβαλε τὰ πρῶτα· οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδοτιοῦν εὑρημένοι τῶν ὑπὸ τούτου, ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, λεχθέντων καὶ προσδοκηθέντων, καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τοῦ· προσῆμεν τῇ βουλῇ.* REISK.

P. 346. v. 11. τῆς] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 346. v. 11. ἐπὶ] περὶ Paris. primus, secundus, quintus, August. primus. REISK.

P. 346. v. 11. εὐθύναι] εὐθῦναι Bekker. Sic editum in Hermogene l. c. SCHAEFER.

P. 346. v. 12. οὐδοτιοῦν] οὐδ' ὁτιοῦν Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 12. τῶν] τῶν ὑπὸ τούτου Hermogenes §. περὶ περιβολῆς. TAYLOR.

P. 346. v. 15. καὶ τούτων — πεπρεσβευκότων] καὶ prius videtur prorsus tollendum et posterius aliam in sedem, convenientiorem illam quidem, transferendum, ut sic legatur locus: τούτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπραχότων παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα [adversus diserta et clara verba decreti legatis additi in legationem proficiscentibus, cuius praescriptum sequerentur] καὶ πεπρεσβευκότων. Sed nescio quomodo καὶ πεπρεσβευκότων post πεπραχότων non placet: ut paene suspicer etiam haec duo vocabula esse tollenda, quorum posterius, πεπρεσβευκότων, facile potuit varians lectio in quibusdam codicibus fuisse pro πεπραχότων aut, ut in aliis est, πεπρακότων (per kappa). REISK. Irritus conatus vanaque suspicio. πρεσβεύειν παρὰ τὸ ψήφισμα i. q. παραπρεσβεύειν. SCHAEFER.

P. 346. v. 15. πεπραχότων] [πεπρακότων.] A πιπράσκω, non a πράττω. Mox pro παρὰ τὸ ψήφισμα alii habent παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα. Et [v. 20.] καὶ ἀπηριθμησάμην. WOLF. *vendidissent.* Immo *fecissent*, πεπραχότων. *vendidissent* esset πεπρακότων. MARKLAND. Wolfius: *cumque isti rursus alia vendidissent.* Immo: *cumque isti rursus alia omnia fecissent*, alia nempe, quam quae plebiscito imperata fuerant. IURIN. πεπρακότων Manutius quoque et Felicianus. Utraque sane lectio tolerabilis, licet aliquanto potior sit ea, quam reiecit Wolfius. *havendo costoro altre cose in contrario fatte.* Ita Ferro. Admonendus es, lector, istud αὖθις

abesse ab Harleiano et παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα reperiri in Man. Fel. editorum et inter MStos in Regg. α. ε. η. Harl. Bodl. Obsop. Ital. TAYLOR. πεπρακότων August. primus, editiones Bernardi et Pauli. Et sic coniecit quoque Wolfius, nisi potius e vetustioribus illis editionibus transtulit. Sed improbant Marklandus, Iurinus et Taylorus. REISK.

P. 346. v. 15. παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα] Vulg. παρὰ τὸ ψήφισμα. παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα August. primus et secundus. REISK. παρὰ τὸ ψήφισμα Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 16. προσήειμεν] [προσῆμεν.] προσήειν Ven. προσήειμεν Regg. α. ε. et σχ. Aug. item et Harl. TAYLOR. Vulg. προσῆμεν. προσήειμεν August. primus et secundus. προσήειν Bavaricus, Aldina Taylori. Correxi προσήειμεν. REISK. προσῆμεν Hermogenes l. c. ad v. 10. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 17. πολλοὶ συνίσασιν] πολλοί μοι συνίσασιν vult Lambinus. REISK.

P. 346. v. 20. ἀνηριθμησάμην] [ἀπηριθμησάμην.] Hic grassatur Wolfius contra Codd. universos. Nam in omnibus ἀνηριθμησάμην. TAYLOR. Idem tamen, quod reprehendit, factum cur imitatus est? Cur vitium servavit et propagavit ulterius? Cur non sustulit? Sed centies poterat huius criminis reus agi et hoc nomine notari. Eratne ista timiditas et reverentia codicis in omnibus manibus versantis, an secordia et supinitas et fuga laboris? Atqui neutrum decebat gnavum et cordatum Demosthenis editorem. Sed hoc mihi semel dictum hic esto. REISK.

P. 346. v. 21. ὁ] ὁ prius August. primus omisit: posterius August. secundus. REISK.

P. 346. v. 23. προήχασι] A προάγω. Dicunt etiam Attici προαγηόχασι. WOLF. MS. ζ. προήγαγον. Vide praestantissimum Iac. Phil. D'Orvillium ad Charit. Aphrodis. V. 8. [p. 494. edit. Lips.] not. ad Demosth. c. Aristog. I. p. 772, 5. TAYLOR.

P. 346. v. 25. περὶ τῶν ὑπολοίπων] Subaudi λέγων. REISK. Non subaudiendum. *quod ad reliqua attinebat, de reliquis.* V. not. ad p. 342, 28. SCHAEFER.

P. 346. v. 25. Πύλαι] Vulg. πάλαι. Vitium hoc est typographicum Lutetianae ab indice Lambini iam notatum. Melius Πύλαι dat August. primus et secundus, Bavaricus, editiones Aldi, Bernardi, Pauli. REISK.

P. 346. v. 26. προέσθαι] ταῦτα subaudi. haec loca, Phocenses et Pylas. REISK. Immo subaudi αὐτά. SCHAEFER.

P. 346. v. 26. ταὐτὰ] [ταῦτα.] Lego ταὐτὰ, ut Olynth. I. WOLF. Correcte etiam legunt Codd. ε. ζ. TAYLOR. Vulg. ταῦτα. ταὐτὰ Bavaricus, editio P. Manutii. Praetuli ταὐτά. Sed tum deest ἃ πρότερον, scilicet ἐπάθετε. neque rursus in idem malum incidere, in quod antea incideratis, ut scilicet sineretis Philippum

multos socios vestros multaque loca vobis amica aut vestrae ditionis rapere. REISK. Non deest quod Reiskius deesse opinatur. Centies vir egregius censuit inserenda quae Orator addere, cum potuisset, noluit. SCHAEFER.

P. 346. v. 26. ἀναρτωμένους] Consulatur Cl. D'Orvillius ad Chariton. Aphrodis. III. 9. [p. 407. edit. Lips.]. TAYLOR.

P. 346. v. 27. καὶ ὑποσχέσεσιν] Exspectassem καὶ ὑποσχέσεσιν ἐξ ὑποσχέσεων. V. p. 349, 3. MARKLAND. Nescio an cum Marklando ἐξ ὑποσχέσεων addendum sit. *aliis ex aliis promissis.* REISK. Non assentior. Intelligendae sunt pollicitationes, quibus factio Macedonica incautos nunc primum inescavit. SCHAEFER.

P. 346. v. 28. πράγματα] πράγματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 346. v. 28. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν ἡ ἐκκλησία κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 218. καὶ πάλιν ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· ἐπειδὴ δὲ ἧκεν ἡ ἐκκλησία, παρελθὼν Αἰσχίνης πρῶτος ἡμῶν ἁπάντων. καὶ οὐκ εὐθὺς τὸ ἀκόλουθον ἐπήνεγκεν· τάδε ἀπήγγειλεν. ἀλλὰ πρότερον κατὰ ἐναντίον τοῦ ἀκολούθως, ἃ δέον ἀπαγγέλλειν οὐκ ἀπήγγειλε. τίνα δ' ἦν ταῦτα; πρῶτον· τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν τι περὶ τῶν πεπρεσβευμένων ἢ περὶ τῶν ἐν τῇ βουλῇ ῥηθέντων, εἰ ἄρα ἠμφισβήτει μὴ τἀληθῆ λέγειν ἐμὲ, μνησθῆναι πάμπληθες ἀπέσχεν. εἶτα νῦν κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἃ ἐποίει καὶ ἐδημηγόρει· καὶ τοιούτους εἶπε λόγους. REISK.

P. 346. v. 28. ἧκεν] V. Dorvill. ad Chariton. p. 475. extr edit. Lips. SCHAEFER.

P. 347. v. 2. πειρᾶσθε συνδιαμνημονεύειν] Wolfius: *date operam, ut una mecum memoriae infigatis.* Potius: *date operam, ut una mecum memoria repetatis.* Agitur enim de verbis olim factis in concione. IURIN. Non *una mecum*, sed *vos omnes.* SCHAEFER.

P. 347. v. 3. ἂν] εἰ Cod. Reg. ε. TAYLOR. Item August. secundus. REISK. *num.* Vernaculum *ob.* SCHAEFER.

P. 347. v. 3. πάντα τὰ πράγματα] Vulg. πάντα πράγματα. Invertunt Aldus et P. Manutius. Post πάντα recte addunt articulum τὰ Paris. primus et septimus, August. primus et secundus, Bavaricus, item Lessing. τὰ γὰρ πάντα πράγματα τὰ λυμ. Aldina Taylori. τὰ posterius addidi. τὰ prius est nominativus, posterius accusativus. Aldinae lectio τὰ γὰρ πράγματα πάντα etiam non mala est, ubi τὰ cohaeret cum λυμηνάμενα, qui sunt nominativi, πράγματα πάντα autem sunt accusativi. REISK.

P. 347. v. 5. λυμηνάμενα] λυμηνάμενα Bekker. SCHAEFER.

P. 347. v. 5. λυμηνάμενα ὑμῶν] Pro ὑμῶν MSS. α. et δ. ὑμᾶς. Quasi hic locus ita esset intelligendus, scilic. πάντα ταῦτα τὰ πράγματα λυμηνάμενά ἐστιν ὑμᾶς. TAYLOR. λυμήναντα ὑμᾶς Paris. primus et quartus. ἡμῶν Bavaricus. REISK.

P. 347. v. 5. ταῦτ' ἔστιν ἤδη] Scilicet ἃ νῦν ἐρῶ. REISK.

P. 347. v. 6. τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν κ. τ. λ.] Sententia est: Aeschini inprimis et acta legationis renuncianda et orationem Demosthenis in senatu habitam refutandam fuisse. Verum ille pollicitationibus illis maiorem iniit a populo gratiam. WOLF.

P. 347. v. 6. τῶν πεπρεσβευμένων] περὶ τῶν πεπρεσβευμένων Aristides l. c. ad p. 346, 28. SCHAEFER.

P. 347. v. 6. περὶ] Facessere iubet Lambinus tanquam minus necessarium. TAYLOR. Exempla huius constructionis dedi in H. Stephani Thesauro c. 6199. D.: adeoque non rara sunt, ut mireris additam praepositionem Lambino displicuisse. SCHAEFER.

P. 347. v. 7. μὴ] Positum ob obliquam constructionem. In recta poni oportebat οὐ. V. Heindorf. ad Platon. Theaetet. p. 337. SCHAEFER.

P. 347. v. 7. τἀληθῆ] Vulg. ἀληθῆ. τἀληθῆ Paris. primus, August. primus et secundus, Aristides. Quod praetuli. REISK. ἀληθῆ Bekker. SCHAEFER.

P. 347. v. 8. μνησθῆναι] μεμνῆσθαι August. secundus. REISK.

P. 347. v. 8. πάμπληθες] Bekkerus: „παμπληθὲς k. r. s.“ V. H. Stephani Thesaur. c. 7702. C. Raro dicitur adverbialiter. Est i. q. πάμπαν. SCHAEFER.

P. 347. v. 8. ἀπέσχεν] ἀπεῖχεν Reg. ε. ἀπέστη ζ. TAYLOR.

P. 347. v. 10. τοσαῦτα] τοιαῦτα August. primus et secundus, Aldina Taylori. REISK. τοιαῦτ' Bekker. *tanta ac talia bona.* Magis placet vulgata. *tanta totque bona.* Idem recurrit p. 348, 18. inversoque ordine p. 447, 7., ubi v. not. SCHAEFER.

P. 347. v. 10. ἅπαντας — ᾤχετο] ἀντὶ τοῦ ἔπεισε ταῦθ' οὕτως ἔχειν. WOLF. vos, id est mentes vestras delusas a se atque occaecatas, secum abstulit, quasi vobis ereptas, et secum illuc rapuit, quo voluit. REISK.

P. 347. v. 10. λαβὼν] Similiter scripsit infra p. 356, 14. πρὸς τοὺς παρὰ τούτου λόγους ὡρμηκότας ὑμᾶς λαβὼν ὁ Φιλοκράτης —. Nonnulli Codd. hic λαθών. Sunt autem ex Regg. α. et δ. non sane contemnendi. „Nescio cui incidit λαχὼν“ ait vir doctissimus ad Chariton. III. 7. [p. 393. edit. Lips.] „non adeo necessarium. Alioqui obvia permutatio horum vocabulorum.“ TAYLOR Vulgata tam recte habet, ut de alia cogitare absurdum sit. SCHAEF.

P. 347. v. 11. πάνθ'] ἅπανθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 347. v. 12. [ἐν]] Abest a Bavarico. REISK. Quid Reiskio in mentem venerit, ut praepositionem hic necessariam uncis includeret, dicere nequeo. Uncos amovit Bekker. SCHAEFER.

P. 347. v. 15. ἀπήγγειλε] ἀπήγγελλε Aldina Taylori. REISK.

P. 347. v. 16. ἀπελογίζετο] Utrum ἀπελογίζετο ἐκ —, an ἐκ τῶν πεπρεσβευμένων ἀκούσεσθαι δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν? WOLF. F. ὑπελογίζετο. MARKLAND. Recte, auctoribus et fideiussoribus etiam

Harl. (ita tamen, ut ἀπελογίζετο sit illic a manu secunda) Bodl. et Reg. ε. Supputabat, computabat, *intra triduum vos audituros ea, quae maxime velletis fieri: adeo strenue se munere suo esse defunctum.* Tametsi et hunc sensum non invite admittat vox altera: et nescio sane, annon hic sit locus, quem respexit Suidas v. Ἀπολογίζομαι. TAYLOR. ὑπελογίζετο August. primus (e correctione, vetustiore lectione erasa, quae fuisse videtur ἀπελογίζετο), item August. secundus. ἀπελογίζετο, calculum subducebat, enumerabat e digitis, futurum, ex iis certe, quae sibi cum Philippo convenissent, ut intra biduum triduumve —. Necesse est, dicebat, ex iis, quae cum Philippo mihi constituta sunt, ut Philippus, si mentem non mutavit, sed verbis fidem rebus fecit, iam hodie Thebas oppugnare coeperit. Iam cum bidui triduive itinere Thebae Athenis absint, intra breve tempus istaec audietis. REISK. Zonaras c. 259. Ἀπελογίζετο. ἀπηριθμεῖτο. Cuius editor nostro loco minus recte usus est c. 265. s. SCHAEFER.

P. 347. v. 16. αὐτῷ] ἑαυτῷ Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 347. v. 16. πεπρεσβευμένων] πρεσβευομένων August. secundus. REISK.

P. 347. v. 16. δυεῖν] Vulg. δυοῖν. δυεῖν Paris. primus, Bavaricus. REISK. δυεῖν servavit Bekker., etsi δυοῖν in septem libris repererat. SCHAEFER.

P. 347. v. 17. μένοντας οἴκοι κ. τ. λ.] Dubito, an ea mente scripserit Demosthenes, ut ea, quae hic sequuntur, conditio esset ab Atheniensibus praestanda. Scilic. *Haec omnia vobis promitto, ea tamen lege, ut domi maneatis* etc. Ita quidem Wolfius: ita alii quoque interpretantur. Et est sententia satis proba. Ego tamen semper aliter accepi, nempe: *Curavi sedulo, ut omnia, quae velletis, efficerentur sine vestro labore, sumtu aut sollicitudine,* μένοντας οἴκοι καὶ οὐ στρατευομένους —. TAYLOR. μένοντας οἴκοι, sine ullo vestro labore. Videtur esse proverbialis locutio. REISK. His verbis non indicari conditionem Wolfiumque cum aliis interpretibus errasse satis indicant negativa οὐ additaque οὐδ' ἐνοχλουμένους. Nam si Orator voluisset conditionem indicare, sic scripsisset: — ὑμᾶς μένοντας οἴκοι καὶ μὴ στρατευομένους Θήβας —. SCHAEFER.

P. 347. v. 18. αὐτὰς] ἑαυτὰς Paris. primus et quartus. REISK.

P. 347. v. 20. ἀκούσεσθαι] Sic correxit annotator Weimaranus ἀκούσεσθε, quod est in Aldina, item in Bavarico. REISK.

P. 347. v. 21. οἰκιζομένας] Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν τειχιεῖν p. 375, 6. V. ibid. v. 11. SCHAEFER.

P. 347. v. 22. τῶν — ἱεροῦ] Ex historia non constat, ac potius absurdum est Thebanos id consilii dedisse Phocensibus hostibus, ut templum occuparent, sed cum ipsi pecunia egerent, Phocensibus antevertere voluisse, cum fuerint posteriores. WOLF. Consule Ulpianum. TAYLOR.

P. 347. v. 23. *διδάσκειν*] Putarem *διδάξαι*, quod (non *διδάσκειν*) est *docuisse*. Alia ratio est τοῦ *ἀκούειν*, quod mox sequitur. MARKLAND. Immo eadem ratio est amborum infinitivorum. Scilicet Demosthenes rectam Aeschinis orationem vertit in obliquam; dixerat autem Aeschines: *διδάσκω τὸν Φίλιππον* —. *ἀκούω τῶν Εὐβοέων* —. SCHAEFER.

P. 347. v. 26. *καὶ*] Omittit August. secundus. REISK.

P. 347. v. 26. *χρήματα* — *ἐπικεκηρυχέναι*] *Proclamare pecuniam contra aliquem* proprie significat, sive is vivus adducatur ad supplicium, sive interficiatur. Q. Curtius lib. 3. *Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronunciari iusserat*, id est, *ἐπεκεκηρύχει τῷ Ἀλεξάνδρῳ χίλια τάλαντα.* WOLF. Moneo, ut conferantur quae habet Harpocratio v. *Ἐπικεκηρυχέναι* cum σχ. ad haec verba Demosthenis. Quod sane Scholium scitissime et solerter emendatur a viro doctissimo Animadv. ad Aeschyl. I. 19. Interea de more isto et ritu proscribendi nonnulla habet non inscita aut iniucunda doctissimus H. Valesius ad Harpocrat. in voce iterumque ad pag. 179. Notar. Maussaci. Hominem tamen miror, qui in utroque loco existimare potuit, Thebanos hic caput Philippi pretio devovisse. Non enim istius, sed Aeschinis licitatum, si quid ego videre possim. TAYLOR. Citat hunc locum Harpocrat. v. *ἐπικεκηρυχέναι*. REISK.

P. 347. v. 26. *αὐτῷ*] *αὑτῷ*. V. p. 364, 18., ubi est *χρήμαθ' ἑαυτῷ*. MARKLAND. *χρήμαθ' ἑαυτῷ* Cod. Ital. nostrique Ven. et Lind. TAYLOR. *χρήμαθ' ἑαυτῷ* Bekker. V. not. ad p. 352, 5. Res commemoratur etiam p. 380, 8. SCHAEFER.

P. 347. v. 27. *τεταραγμένων καὶ πεφοβημένων*] Vulg. *πεφοβημένων καὶ τεταραγμένων*. Transposui verba de meo arbitratu. REISK. Priorem ordinem bene restituit Bekker. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 347. v. 28. *τὴν πρὸς τὴν* — *γεγενημένην*] F. *διὰ τὴν πρὸς τὴν* — *γεγενημένην*. MARKLAND. Aliter sane insolentior videri posset structura. Interea tamen vide, quae mox adnotamus ad p. 366. TAYLOR. Structura ut insolentior sit, tamen bene Graeca est: cum enim *ταράττεσθαι* valeat idem quod *φοβεῖσθαι* (nam Orator duo verba idem significantia usurpavit), quid mirum una cum significatione participare constructionem? Vid. quae nuper scripsi ad Porsoni Oresten p. 75. edit. tert. Lips. item quae ad Medeam p. 77. SCHAEFER.

P. 347. v. 28. *τὴν πρὸς τὴν* — *γεγενημένην*] De hac inversione constructionis v. not. ad p. 323, 13. SCHAEFER.

P. 348. v. 1. *καὶ λεγόντων*] Ex editione Lutetiana, MSS. Aug. et Harl. Desunt in caeteris. TAYLOR. Verba haec sunt in August. primo et secundo. Sed desiderantur in Bavarico et editionibus Aldi, P. Manutii et caeteris, ut ait Taylorus. REISK. Recte omisit Bekker.: nam orationem gravant intolerabiliter. Quod si solum *λεγόντων* legeretur, nihil esset causae cur sperneremus. Proximum *ὅτι* pendet ab infinitivo *ἀκούειν* p. 347, 27. SCHAEFER.

P. 348. v. 3. *Φίλιππος*] *ἐκεῖνος* August. secundus. REISK.

P. 348. v. 4. *εἶναι — αὐτῷ*] [*εἶναι μέντοι καὶ διῳκημένον αὐτῷ.*] S. *τὴν τῆς Εὐβοίας παράδοσιν.* Sed puto legendum *μέν τι. Esse quidem aliquid a se iam instructum et confectum.* WOLF. Rectius fortasse editio Benenati cum Ald. Felician. Manut. Ven. Harl. *εἶναι μέντοι καὶ ἄλλο διῳκημένον αὐτῷ*, omisso *τι* post *διῳκημένον*. Et fortasse etiam rectius *αὐτῷ*. Vir longe doctissimus ad Chariton. Aphrodis. p. 36. [p. 220. edit. Lips.] veram lectionem esse reputat *εἶναι μέντοι καὶ ἄλλο τι διῳκημένον αὐτῷ.* Cod. Aug. *εἶναι μέντοι τι καὶ ἄλλο διῳκημένον.* TAYLOR. Vulg. *εἶναι μέντοι καὶ ἄλλο διῳκημένον αὐτῷ.* Wolfius e libro nescio quo affert *εἶναι μέντοι καὶ διῳκημένον αὐτῷ* (sine *ἄλλο*), quam lectionem ipse reformat ad vulgatae modum. Idem tamen in editione sua, quam Taylorus presse sequitur, exhibet *εἶναι μέντοι καὶ διῳκημένον τι αὐτῷ. εἶναι μέντοι τι καὶ ἄλλο διῳκημένον αὐτῷ* August. primus. *εἶναι δέ τι καὶ ἄλλο διῳκημένον αὐτῷ* Bavaricus. *τι* addidi. REISK.

P. 348. v. 5. *αὐτῷ*] Immo *αὑτῷ*, quod etiam Tayloro placet. SCHAEFER.

P. 348. v. 5. *οὐ μήν πω*] Saepius *οὔπω* sic dirimunt. Inprimis notabile quod legitur p. 230, 27. *οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε.* Quem locum Reusmannus citans ad Devarium de Partic. p. 305. miro iudicio *οὐ δή πω* ut idem significans componit cum nostro *οὐ μήν πω.* SCHAEFER.

P. 348. v. 6. *καὶ γὰρ — τῶν συμπρέσβεων*] *καὶ γὰρ νῦν τινὰς αὐτῷ φθονεῖν τῶν συμπρέσβεων.* Ita verba ordinat Cod. Harl. Quod vix esset monitu dignum, nisi ut inde intelligeretur auctoritas quaedam accedere coniecturis Lambini, qui locum iuxta Cod. nostrum complanavit, cum in edit. Paris. pessime repraesentaretur. TAYLOR. Vulg. *καὶ γὰρ νῦν τινὰς αὐτῷ τῶν φθονεῖν συμπρέσβεων. καὶ γὰρ νῦν φθονεῖν τινὰς αὐτῷ τῶν συμπρέσβεων* August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. *καὶ γὰρ νῦν τινὰς αὐτῷ φθονεῖν τῶν συμπρέσβεων* August. primus, index Lambini. Pro postrema voce composita dat simplicem *πρέσβεων* Paris. primus. REISK. *φθονεῖν* post *νῦν* posuit Bekker. *τῶν συμπρέσβεων* legitur etiam p. 400, 7. SCHAEFER.

P. 348. v. 7. *που*] Restitue mecum *μου.* Dixerat enim immediate Aeschines, quosdam e collegis sibi invidere, adludens procul dubio, sed tecte et tacite, ad Demosthenem. TAYLOR. *που* omittunt August. secundus et Bavaricus. *που*, *quodammodo*, aut *procul omni dubio. ὑπηνίττετο* perinde atque *παρεδήλου* pertinet ad *Ὠρωπόν.* Orator si dicere voluisset *verbis longe circumductis et obscuris eminus me subindicabat*, non *μου* dixisset, quod linguae graecae ratio non fert, sed *με* in accusativo. REISK. *που* omisit Bekker. Ac melius omittuntur tales particulae mitigantes, ubi aliquem, ut Orator h. l. adversarium, insectamur. SCHAEFER.

P. 348. v. 7. *παρεδήλου*] Ind. Graecit. p. 377.: „*παραδηλοῦν*,

oblique, tecte significare." Similiter Plutarchus Moral. T. I. p. 38. Wytt. αἰνιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες. SCHAEFER.

P. 348. v. 10. ἀναστὰς δ' εὐθὺς] Vulg. ἀναστὰς δ'. Addit August. secundus εὐθύς. Addidi. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 11. τε] με. MARKLAND. Marklandus malebat με, haud ille memor, linguae graecae morem hoc non pati. REISK. Haec Reiskius in variet. lection. In annotatt. haec: „οὐκ ἔφην εἰδέναι bene graecum est. *negabam me scire.* Soloecismum foret committere atque με addere." Non foret soloecismus ἐμὲ οὐκ ἔφην εἰδέναι. V. Bosii Ellips. p. 224. coll. not. ad Sophocl. Oed. T. 958. SCHAEFER.

P. 348. v. 11. καὶ ἅμα ἐπειρώμην] [καὶ ἐπειρώμην.] καὶ ἅμα ἐπειρώμην Cod. Reg. ε. TAYLOR. Vulg. καὶ ἐπειρώμην. ἅμα addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 12. ἀπήγγειλα] *nuntiaveram.* Sed p. 346, 20. *nuntiavi.* Mox v. 16. ἀπηγγέλκει. V. not. ad Longi Pastor. p. 397. Innumerabiles sunt loci, ubi aoristi funguntur vice plusquamperfectorum. Sed hoc idiomate mire abusus est Heynius ad Homeri Il. XIII. 826. SCHAEFER.

P. 348. v. 12. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 13. ἐξέκρουόν με] Ind. Graecit. p. 196.: „interpellabant me loquentem, obstrepebant, *sie brachten mich aus dem Concepte.*" Non hoc, opinor, Orator voluit: videturque esse i. q. ἐξέκλειόν με λόγου τυγχάνειν, quomodo loquitur p. 349, 5., nisi etiam illic legendum ἐξέκρουον. SCHAEFER.

P. 348. v. 15. οὐδ'] Vulg. οὔτε. οὐδ' Paris. primus, August. primus, quod praetuli. ne audire quidem vocem meam volebatis, nedum assentiri. REISK. Sic vero sequi debebat μή τί γε πιστεύειν. Recte οὔτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 15. ἠθέλετε — ἠβούλεσθε] Nihil inter se differre hic locus vel maxime ostendit. V. not. ad p. 24, 3. SCHAEFER.

P. 348. v. 16. ἠβούλεσθε] ἐβούλεσθε Paris. primus, August. primus, qui sic distinguit: ἐβούλεσθε. αλλα [sine accentu, qui rari admodum in his membranis conspiciebantur] πλὴν ἃ [e rasura, nam prius fuerat aliter exaratum] οὗτος ἀπηγγέλκει. REISK.

P. 348. v. 17. εἰκός τι παθεῖν] Plene effert Aeschines π. παραπρεσβ. p. 193, 1. εἰκός τι πρᾶγμα πάσχειν δόξω. MARKLAND. Aeschinis illud non dicam plenum, ne hoc Demosthenis ellipticum dicere videar. Omnino mire abutuntur substantivo πρᾶγμα ellipsium venatores. SCHAEFER.

P. 348. v. 17. ἔμοιγε δοκεῖτε] Vulg. ἔμοιγ' ἐδοκεῖτε. ἔμοιγε δοκεῖτε August. primus, edit. P. Manutii, quod malui. rem memoria et mente repetenti mihi videmini nunc consentanee tunc et

more humano egisse, prout ab hominibus in eiusmodi loco constitutis exspectari poterat. REISK.

P. 348. v. 17. ἠνέσχετο] ἠνέχετο August. secundus. Aut vulgatam voluit dare, aut ἠνείχετο: nam quod dedit, id nihili est. REISK. V. Porsonus Supplement. praefat. ad Eurip. Hecub. p. XX. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 348. v. 21. οἶμαι, τἄλλα] τἄλλ', οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 21. τότε] Vulg. τότε καί. καί omittunt Paris. primus, August. primus et secundus, Bavaricus. Sustuli copulam. REISK.

P. 348. v. 21. τῶν] ὧν Paris. primus, si verum vidit, quisquis illas lectionum varietates e codicibus Parisinis collegit: de quo vehementer h. l. dubito. Saepissime vidi in codicibus graecis, qui minutioribus literis essent exarati, ut est Demosthenis Bavarici et pars quaedam Aristidis Bavarici, τῶν ita exaratum ambigue, ut aegre posset ab ὧν discerni. Dici credique vix possit, quanta sit diligentia et circumspectione et oculorum mentisque contentione utendum iis, si qui codices graecos tractent ad vulgatos exigendi ergo. REISK.

P. 348. v. 21. ὑποκειμένων] Notatur legi et ὑποκρινομένων. Malim προκειμένων. WOLF. κρινομένων margo Paris. ὑποκρινομένων MSS. Ald. Et ita Harl. a manu prima. TAYLOR. κρινομένων dat margo Lutet. sine teste. Sed error is est procul dubio, sive ab operis typographicis sive a collectore variantium admissus. Quaecunque varietates lectionum in marginibus Lutet. sine auctoritate errant, eae sunt omnes aut ex Ald. aut e Bernardina aut e Paulina repetitae, aut ex earum indicibus. Quod idem hic quoque loci evenit. Index Ald. dat ὑποκρινομένων, unde constat manasse illud κρινομένων. Wolfius malebat προκειμένων, quasi vulgata non idem dicat. Nam ὑποκειμένων prorsus idem est atque προκειμένων, *propositarum*. Quae profertur lectio, ὑποκρινομένων, tametsi aperte prava est, sententia tamen tolerabili non caret, scilic. *assimulatarum*, *ementitarum*. REISK.

P. 348. v. 22. προσδοκιῶν] Rarior usus pluralis. SCHAEFER.

P. 348. v. 22. οἱ δ' ἀντιλέγοντες — κατεφαίνετο] Ἑτέρωσις ἀριθμοῦ ἀντὶ τοῦ κατεφαίνοντο ὀχληροὶ μάτην καὶ βάσκανοι. WOLF. Vide cl. D' Orvillium ad Chariton. p. 596. [p. 565. edit. Lips.]. TAYLOR. Attractionis est genus patens latissime. Inprimis verbum substantivum hoc schema patitur. τὰς θυγατέρας, παιδία ὄντα p. 401, 28. bene edidit Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 22. ὄχλος ἄλλως] Anecd. Bekk. p. 53, 26. ὄχλος ἄλλως: ἐνόχλησις. Δημοσθένης. SCHAEFER.

P. 348. v. 23. ἄλλως] Inutile istud ἄλλως valde mihi displicet: nec tamen prae manibus habeo quod reponam melius. Nisi tu mavis ὅλως. Codd. Harl. et Reg. α. ἄλλος. TAYLOR. V. Toupius

Opusc. T. II. p. 65. Ruhnkenius ad Tim. p. 199. *) et Lehmannus ad Lucian. T. IV. p. 504. Reiskius Ind. Graecit. p. 28.: „mere, absolute, nihil aliud quam id ipsum, quod dico. Sed v. annotationem ad h. l., ubi aliter interpretor et, ni fallor, rectius.“ V not. sq. SCHAEFER.

P. 348. v. 23. κατεφαίνετο] κατεφαίνοντο Paris. septimus, Meermann. REISK. Perperam. V. not. ad v. 22. Hoc in membro nihil inest quod sensum verborum impediat, nihil quod Graecitati adversetur. Iam lege et mirare quae Reiskius de eo annotavit. „Nodus“ inquit „perquam durus. Sunt qui κατεφαίνοντο in plurali subiiciant. Sed Dorvillius ad Chariton. p. 595. vulgatam tuetur negans causam esse, cur ab ea discedatur, et afferens exempla verbi in singulari positi, cum pluralis exspectaretur secundum pluralem substantivi, ut illud Herodoteum αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο pro ἐκαλοῦντο. Ego vero admodum vereor, ne Demosthenes eiusmodi archaismos ut suo nitore indignos diligenter devitarit. Equidem nullus dubito ad ὄχλος ἄλλως non debere κατεφαίνετο referri, sed illud per se stare et subaudiri a callido lectore debere ἦσαν, quod hic idem valet atque ἐδόκουν vel ἐλέγοντο. *et caeteroquin erant*, h. e. audiebant, appellabantur, declarabantur, *obloquentes esse popellus, et praeterea quoque ipsorum invidentia atque simultas apparebat*, h. e. plebs clamabat, et praeterea quoque ipsorum invidentiam elucescere. Hoc si admittas, quod dare facillimum sit, (quoties enim verbum substantivum subaudiendum omittitur?) et porro si detur, quod item facillime dari potest, articulum praefigendum esse vocabulo βασκανία, ut sit καὶ ἡ βασκανία κατεφαίνετο, plana et expedita sunt h. l. omnia. Sententia itaque haec erit: Explodebat nos obloqui conantes concio dictitans, audientia nos indignos esse, cum quod caeteroquin vilis et contemnendus popellus essemus, tum quod quae opponeremus omnia merus essent livor, quem nimis quam perspicuum esse.“ SCHAEFER

P. 348. v. 23. ταῦτα] ab Aeschine cum consortibus acta et relata. REISK.

P. 348. v. 23. θαυμάσια] θαυμάσι' Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 25. συμφέροντα] συμφέροντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 348. v. 25. τῇ πόλει πεπρᾶχθαι] πεπρᾶχθαι τῇ πόλει Bekker. SCHAEFER.

---

*) Quod vir egregius in Addend. pag. 283. ait Demosthenem imitatum videri Euripidis ῥῆσιν, adeo caret omni probabilitate, ut nemo non miretur tale quid homini tam cordato in mentem venire potuisse. Sed fuit proprium scholae Batavae crepare imitationes, si quid similitudinis in locutionibus variorum scriptorum oblatum esset. Tam pauper illis heroibus vena non fuit. SCHAEFER.

P. 348. v. 25. *τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 235. *καὶ μὴν καὶ αἱ ἐπαναλήψεις μάλα χρήσιμοι πρὸς εὐκρίνειαν καὶ σαφήνειαν. ἐπειδὰν γάρ τι προσθῇς σχῆμα τῶν ἐφελκομένων ἕτερον νόημα, εἶτ' ἀναγκασθῇς ἐπεμβαλεῖν ἄλλα τινὰ νοήματα, πρὶν ἀποδοῦναι τὸ ἀκόλουθον, ἀνάγκη ἐπαναλαβεῖν καὶ διευκρινῆσαι, ἵνα μή σοι ἀσαφὴς καὶ συγκεχυμένος γένηται ὁ λόγος, ὥσπερ εἴωθε ποιεῖν ὁ Δημοσθένης. οἷον· —. καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπέμνησα πρῶτα νῦν ὑμᾶς — λέγοντος ἀκούῃ μου, θαυμάζει. εἶτα πολλὰ ἐπεμβαλὼν καὶ μεστώσας τὸν λόγον ἀναγκαίως τῇ ἐπαναλήψει κέχρηται, ἵνα διευκρινήσῃ* [p. 349, 10.]· *πρώτου μὲν οὖν τούτου καὶ μάλιστα οὗπερ εἶπον εἵνεκα ταῦτα διεξῆλθον. δευτέρου δὲ τίνος;* Item p. 280. et Aristides de D. C. p. 228. REISK.

P. 348. v. 25. *τοῦ χάριν — τοὺς λόγους;*] Citant Anecd. Bekk. p. 176, 22. SCHAEFER.

P. 348. v. 25. *ταῦθ' — ὑμᾶς*] eorum, quae ad vos nunc commemorabo, prima haec ordine feci et enumerandi initium illinc feci. REISK.

P. 348. v. 26. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 348. v. 28. *ὑμῶν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 348. v. 28. *ἐπειδὰν ἀντιλέγοντος*] Vulg. *ἐπειδάν τι λέγοντος*. Correxi de meo sensu *ἐπειδὰν ἀντιλέγοντος*. REISK. Restituendum cum Bekkero *ἐπειδάν τι λέγοντος*. Olim *ἀντέλεγε* Demosthenes, *ὅθ' οἱ ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο* [v. 22.]: nunc *λέγει, ἵν' ἐξελέγχῃ*. Adde quod in Reiskiana scriptura non est quo sequentia *δεινὸν καὶ ὑπερβάλλον* sic referantur, nulla ut sensus ambiguitas maneat: ut ipse Reiskius incertus fuerit, quomodo haec verba interpretaretur. V. not. ad p. 349, 1. SCHAEFER.

P. 348. v. 28. *καὶ κατηγοροῦντος*] Omisit Bekkerus secutus librum optimum. SCHAEFER.

P. 349. v. 1. *καὶ*] *καὶ* prius abest ab August. secundo. REISK.

P. 349. v. 1. *καὶ δοκῇ*] *ἀπιστῇ καὶ δοκῇ* lege. WOLF. Nam edebatur *δοκεῖ*. Quod cum Wolfio restituunt MSS. Felician. et Bodl. Vox autem *ἀπιστῇ*, quae ab omnibus abest, ex Wolfiano penu est ad sententiam suffarcinandam. Vide, ut belle procedat oratio in versione Etrusca sine isto adiumento: *Prima e principalmente, accioche a niun di voi, posciache m' harà udito parlato, paia grave et esorbitante cosa, ch'io habbia accusate le amministrationi passate, e se ne maravigli dicendo: E perche allhora incontanente non ci dicevi tu e ci mostravi queste cose?* Redonabit lector meus Wolfio praeclarissimum suum inventum, *τὸ ἀπιστῇ*. TAYLOR. *δοκεῖ* August. primus et secundus, Ald. Bernard. Paul. Sed vulgata est in Bodl. et indice Bernardi, item Bavarico. *ἀπιστῇ καὶ δοκῇ* dedit Wolfius auctoritate sua, quod, a se quamvis serva-

tum, tamen damnat Taylorus. REISK. Fallitur Etruscus δοκῇ syntactice iungens particulae ἵνα: apparet enim regi a particula ἐπειδάν. Item male intellexit δεινὸν — καὶ ὑπερβάλλον εἶναι. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 349. v. 1. δεινὸν — καὶ ὑπερβάλλον] Scilicet τὸ πρᾶγμα, ὃ ἀκούει παρ' ἐμοῦ. vel τὸ πεπρᾶχθαι ταῦτα, ὧν ἐγὼ κατηγορῶ. vel significat τὸ ἐμὲ νῦν κατηγορεῖν τότε σιωπήσαντα. REISK. Fluctuans in his interpretandis poenas dat vulgatae pag. 348, 28. temere mutatae. Quod nisi fecisset, statim intellexisset δεινὸν et ὑπερβάλλον referenda esse ad τι. SCHAEFER.

P. 349. v. 1. αὐτῷ] An αὐτό? MARKLAND. Ne audias. SCHAEF.

P. 349. v. 1. ὑπερβάλλον] Sensu malo, *nimium*. V. H. Stephani Thesaur. c. 2655. A. B. δεινὸν καὶ ὑπερβάλλον poterat dici brevius δεινότητι ὑπερβάλλον. SCHAEFER.

P. 349. v. 2. Εἶτα τότε —] μιμητικῶς. Hoc in Orat. περὶ στεφάνου Aeschini ipse obiicit, quod non refragatus sibi fuerit societates, leges et bella suadenti. WOLF. F. εἶτα τὸ, τί οὐκ —. MARKLAND. Vel: εἶτα, τί τότε οὐκ —. TAYLOR. Haec est oratio assimulata iudicis aut auditoris de corona stomachantis his verbis: εἶτα —. Et tu tamen (vel: Itane vero tamen), scelerate, rem tam flagitiosam, tam exitiosam, tam immanem ausus es silentio dissimulare? Constructio haec est: ἵνα μηδεὶς ὑμῶν — θαυμάζῃ (subaudi λέγων)· εἶτα τότε οὐκ ἔλεγες —; Verbum θαυμάζειν h. l. significat *cum admiratione, stomachabundum exclamare*. REISK.

P. 349. v. 2. τότε] τότ' Bekker. SCHAEFER.

P. 349. v. 5. ἑκάστῳ] [ἑκάστων.] Melius fortasse cum Regg. α. δ. η. ἑκάστῳ. TAYLOR. Vulg. ἑκάστων. ἑκάστῳ August. primus et secundus. Correxi ἑκάστῳ. Saepe animadverti ν natum ex iota ad latus adscripto. REISK. ἑκάστων Bekker. Quod praestat: nam in talibus locutionibus ἐπὶ regere solet genitivum. Vid. p. 356, 1. SCHAEFER.

P. 349. v. 5. ἐξέκλειον] Nescio, an variae sint lectiones, an glossae potius, quas ex MSS. proferimus. ἐξέκρουον Reg. β. ἐξέβαλλον ζ. ἐξέλαβον (vitiose pro ἐξέβαλον) ἢ ἐξέκρουον Ven. Haec certe postrema glossam sapiunt et interpretationem. TAYLOR. ἐξέκρουον margo Bavarici cum γρ. ἐξέβαλον ἢ ἐξέκρουον Aldina Taylori. REISK. Bekkerus: ἐξέκρουον γρ. F. S. Q." Quod vereor ne genuinum sit, cetera autem interpretantibus debeantur. V. p. 348, 13. SCHAEFER.

P. 349. v. 5. λόγου τυγχάνειν] Malim τοῦ λόγου τυγχάνειν, sed hac cautione, ut τοῦ ne ad λόγου referatur, sed cum τυγχάνειν copuletur. ἐξέκλειον τοὺς ἄλλους [excludebant alios] τοῦ τυγχάνειν [ab adipiscendo] λόγου [facultatem dicendi]. REISK. Coniectura nec necessaria; in multis enim locutionibus nihil interest solus ponatur infinitivus an iunctus genitivo articuli: et satis

improbabilis; ipso enim fatente Reiskio cautione opus est, ne t fallat τὸ ἑξῆς. Nec dubito, quia quotquot Demosthenem audiren orantem articulum fuissent ad λόγου relaturi. SCHAEFER.

P. 349. v. 6. ἀπαγγελίαν] [ἐπαγγελίαν.] F. ἀπαγγελίαν. Vid. p. 357, 24. et passim. Infra v. 18. ὅσα ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς. MARKLAND. Nollem sane: et istam coniecturam, quae mihi cum viro eruditissimo communis erat, etiam nonnullis Codd. commendatam, (sunt autem Bodl. marg. Benenati cum editt. Manut. et Felician.) nunc penitus reiicio. Voces ὑποσχέσεις v. 3. et ἐπαγγελίαν recte coniunguntur. Dixi nuper, neque eam sententiam muto, licet nescius non sim, aliquando stare bene posse ἀπαγγελίαν, etiam ubi vox ὑπόσχεσις simul sequatur, ut p. 357, 25. et p. 363, 28. iterumque p. 445, 15. Supra ad p. 340, 12. TAYLOR. Vulg. ἐπαγγελίαν. γρ. ἀπαγγελίαν margo Lutet. sine auctore. Sed is est Ald. aut Paul. aut Bernard., in quorum editionibus ita legitur. Correxi ἀπαγγελίαν. *renuntiationem eius*, id est, quae de successu legationis suae ad vos renuntiavit. ἐπαγγελίαν huc non convenit, primum quod de promissionibus iam praecessit eademque vitiose orator esset iteraturus, tum quod numerus pluralis requireretur, non una sola re promissa, sed compluribus. Accusativus hic aptus est, non ex εἰδῆτε, (nam Atticismo hic non est locus et εἰδῆτε cohaeret cum ὅτι, *teneatis hoc, quod* —) sed aptus est e μεμνημένοι praemisso, *tenentes in memoria renuntiationem eius.* REISK. ἐπαγγελίαν Bekker. Quod mihi quoque probatur. Conf. v. 10. SCHAEFER.

P. 349. v. 6. τὴν] τὴν posterius abest ab August. secundo. REISK.

P. 349. v. 6. εἰδῆτε] εἰδῆθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 349. v. 7. ὑπ'] παρ' Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus. REISK.

P. 349. v. 8. παραχρῆμα] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 349. v. 8. ἡνίκα] ἡνίκ' Bekker. SCHAEFER.

P. 349. v. 8. ἡνίκα — διεκωλύθητε] Anne distinguendum cum Wolfio interprete ἡνίκα ἔδει, πυνθάνεσθαι διεκωλύθητε? Sed non magni refert. TAYLOR. Sic Reiskiana. Non opus, cum τὸ ἑξῆς satis appareat. SCHAEFER.

P. 349. v. 10. πρώτου — τούτου] Vulg. πρώτου μὲν τούτου. πρώτου μὲν οὖν τούτου index Ald. REISK. πρώτου μὲν τούτου Bekker. SCHAEFER.

P. 349. v. 11. οὗπερ] Forte legendum ὅπερ, ut adnotavit, qui Cod. Italicum in Wolfii gratiam contulit. TAYLOR. οὗπερ εἶπον [propter illam praecipue causam, *quam dixi*] bene habet vitioque caret: aliudque nihil si cogitarunt atque voluerunt, quam ut hoc significaret ὅπερ, quod suggerunt in locum vulg. οὗπερ, ignotus, qui codicem Italicum in Wolfii gratiam contulit, eiusque suf-

fragator Taylorus, utique errarunt; sin autem significare voluerunt alteram sententiam, quae etiam in ὅπερ εἶπον inesse potest, hanc puta, *id quod modo dicebam*, sententia haec bona est, neque admodum sunt reprehendendi, tametsi nil ideo nos movebit, ut a vulgata discedamus. REISK.

P. 349. v. 11. ἕνεκα] εἵνεκα Hermogenes l. c. ad p. 348, 25. Statim corrig. διεξῆλθον. SCHAEFER.

P. 349. v. 12. δευτέρου — ἐλάττονος] Vulg. δευτέρου δέ τινος καὶ οὐδὲν ἐλάττονος. Distinxi sic, ut dialogismus melius appareat: δευτέρου δὲ τίνος; *Ecquodnam vero est alterum illud, ob quod haec vobis ad animum revoco?* Respondet: καὶ οὐδὲν ἐλάττονος. *Est hoc nempe, et id quidem nulla in re minus aut levius, quam fuit prius.* Nescio an ad elegantiam accedat, si ad ἐλάττονος addatur γε, *profecto, certe.* REISK. Non addendum. καὶ mallem omissum. SCHAEFER.

P. 349. v. 12. ἢ τούτου] Forte delendum ἢ. MARKLAND. Et abest ab exemplo Aristidis *T.* p. 230. REISK. Recte additum est. V. not. ad p. 329, 16. SCHAEFER.

P. 349. v. 16. προβεβλημένη] πεφυλαγμένη καὶ ὠχυρωμένη. ὥσπερ πρόβλημα καὶ ἀσφάλειαν ἔχουσα τὴν ἀπιστίαν. WOLF. Wolfius *quam munitum.* Potius *quam proiectum, quanto ante caeteros omnes praecipitatum.* IURIN. Mallem sane cum Wolfio interpretari pace viri doctissimi, et credo metaphoram a munitionibus esse deductam. Cum autem, ne id praetermittam, Ulpianus vocabulum προβεβλημένη exponat εὐλαβῶς ἔχουσα etc., id sane malim quam Suidae et Harpocrationis interpretamentum amplecti, qui habent ἐλαφρῶς, quod certe vitiosum est. Adducitur hoc comma ab iis in v. Προβαλλομένους. Adducitur etiam ter a Prisciano, et bis quidem in eadem pagina, scilicet col. 1175. 1176., sed in priore loco errore membranarum. TAYLOR. Recte locum hunc interpretatur Harpocrat. v. προβαλλομένους, cuius haec sunt verba: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας προβεβλημένην καὶ ἄπιστον εἶπεν ἀντὶ τοῦ εὐλαβῶς ἔχουσαν καὶ φυλαττομένην. Nam ita legendum est, ita dat non modo codex Mediceus, sed etiam editio Aldina, a qua ut hic discederet Maussacus, profecto nihil eum impulit quam subitanea quaedam et fortuita vertigo atque momentanea coecitas mentis, a qua labe nostrum nemo satis tutus est. Gronovius, qui vitiosam lectionem ἐλαφρῶς in texto servavit, in annotatione poenitentiam contestatur, quod veterem probam lectionem εὐλαβῶς non revocasset. Est ergo προβεβλημένην *cautam et circumspectam*, ex effectu vel consequentia. Nam proprie προβεβλημένος non est cautus, sed is, qui sese undique munit et vallat, proiecta ante se habet propugnacula, scutum, hastam, aggeres, moenia, alia instrumenta hostis arcendi. Sed hoc non facit nisi cautus et providus. Ergo per consequens significat προβεβλημένος cautum quoque. ἄπιστος h. l.

est active sumendum, *qui non fidit*, non autem passive, quo sensu frequentius solet usurpari, *infidus*, *cui non fiditur*. Sin autem pro ἄπιστος malis ἄσπειστος, *implacabilis*, quod mihi visum aliquando fuit praestare, (nunc enim diffidens ipse mihimet in medio ponam,) tum vocabulo προβεβλημένη aliam tribuere potes significationem, hanc nempe: *odio flagrans*, quasi furiosa et desperata cum audacia et pertinacia ultro ruens in hostem, protensa et porrecta adversus Philippum, procurrens extra aciem quasi atque solum se ei obiiciens ut antesignanus, aut ut anteres parieti obiectus, aut ut moles ponti obiecta ad undarum vim frangendam. REISK. V. Photius c. 332. corrigendus ille ex Harpocratione. ἄπιστος noli mutare in ἄσπειστος, etsi frequens est horum adiectivorum confusio. Opponitur enim τὴν — πίστιν v. sq. SCHAEF.

P. 349. v. 17. σκέψησθε] σκέψασθε Aldina Taylori. REISK.

P. 349. v. 18. εἶτ', εἰ μὲν] [εἶτα, εἰ μέν.] Ita lege. WOLF. Debetur etiam particula εἰ sinceritati boni Cod. Reg. α. TAYLOR. Vulg. εἶτα μὲν. εἶτα εἰ μὲν August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius. Correxi εἶτ', εἰ μέν. REISK.

P. 349. v. 18. ἀπήγγειλε] ἀπήγγελκε Paris. primus, quartus, quintus, septimus, August. primus. REISK.

P. 349. v. 20. ἔχειν] Vulg. εἶχε. ἔχει Paris. primus, August. primus, Venet. Ald. Tayl. Harl. Ital. Taylori oratio videtur indicare, Morellum seu Lambinum ex ingenio suo primum edidisse εἶχε. Sed dudum ante sic ediderat P. Manutius. *) Cum alii darent ἔχει, coepi de ἔχειν suspicari idque de meo sensu praetuli. Constructio haec est: Quae Aeschines ad vos renunciavit, si omnia ab eventu confirmata sunt, νομίσητε, arbitramini, aut velim vos pro certis habere haec duo, καὶ ἔχειν καλῶς τὰ πεπραγμένα, et res gestas [id est acta ab eo in legatione et postmodum ad vos renuntiata] bene habere, quia a veritate eventus comprobata sunt, καὶ τὸ συμφέρον τῇ πόλει γεγενῆσθαι, et in his actis atque eventis reip. commoda et decora aucta esse. REISK. Multum erravit. Scribendum ἔχει, quod etiam Bekkerus dedit. Enunciatio conditionalis εἰ μὲν — bimembris est pariter ac quae ei est opposita εἰ δὲ — v. 21., finiturque voce πεπραγμένα, ad γεγενῆσθαι autem subaudiri oportet τὴν πίστιν καὶ φιλίαν. Hunc loci sensum esse proxime sequentia tam manifesto ostendunt, ut Reiskium, cum secus interpretaretur, necesse sit caecutiisse. Sed etiam oculatissimis, nisi plurimum caverint, facile accidit, ut his in rebus caecutiant. Quo lenius, ne forte Nemesis te ulciscatur, tales errores castigandi sunt. SCHAEFER.

P. 349. v. 23. ἔχει] F. εἶχε, ut πέπρακται. Sic in Androt. p.

*) Errans Reiskius huc retulit quae Anglus annotavit ad ἔχει v. 23. SCHAEFER.

616, 9. ἃ ζῆλον πολὺν εἶχε καὶ φιλοτιμίαν τῇ πόλει. MARKLAND. Ita dedit Benenatus, invitis tamen Codd. Ven. Harl. Aug. Reg. α. Ital. TAYLOR. Mire Marklandus: „ut πέπρακται." Quasi vero imperfectum componi possit cum perfecto. Sed recte componitur praesens, quod hic unice verum est. SCHAEFER.

P. 349. v. 23. διὰ — τούτου] διὰ τὴν αἰσχροκέρδειαν ἑαυτοῦ Ven. Lind. Ital. Obsop. Quod notatu dignum iudicavi. TAYLOR. διὰ τὴν αἰσχροκερδίαν τὴν τούτου Bavaricus. Sed in margine est διὰ τὴν αἰσχροκέρδειαν τὴν ἑαυτοῦ. Etiam Aldina Taylori dat ἑαυτοῦ, sed sine secundo τὴν. REISK. Recte ἑαυτοῦ Bekker. Notabilis forma αἰσχροκερδία. SCHAEFER.

P. 349. v. 25. αὐτὸν εἰδῆτε] Vulg. εἰδῆτε αὐτόν. Invertunt August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 349. v. 26. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 349. v. 28. ὑμῶν] Vulg. ἡμῶν. ὑμῶν August. primus, Bavaricus, P. Manutius. REISK.

P. 349. v. 28. δικασταὶ] Omittunt Paris. primus, quartus, quintus, August. secundus. REISK.

P. 350. v. 1. μείζους — δόξης] maiora, atrociora, enormiora crimina, quam ut eorum suspicionem capiat vir (vel quam quae cadant in virum, quam quae sperentur proficisci potuisse ab eo viro), qui tam sit, atque Aeschines est, ignobilis atque contemtus. Marcellinus ad Hermogenem p. 140, 37. δεῖ δ' ἀεὶ σκοπεῖν, μὴ μεῖζόν ἐστι τοῦ προσώπου τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, ἵνα μὴ ἀπίθανος ὁ λόγος γένηται. διὰ τοῦτο καὶ Δημοσθένης συνεωρακὼς, ὅτι τὸ κατὰ τοὺς Φωκέας ἔγκλημα μεῖζον ἦν Αἰσχίνου, προσέθηκεν [p. 350, 16.]· οὐχ ὡς ὅδε Φωκέας ἀπώλεσεν ἂν καθ' ἑαυτόν. φοβηθεὶς γὰρ τοῦ ἐγκλήματος τὸ ἀπίθανον συνέζευξε τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. Sic correxi de meo sensu postrema huius loci, quae in Aldina mendosa leguntur. REISK.

P. 350. v. 2. ἐκεῖνο] ἐκεῖν' Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 3. εἰ καὶ ὁντινοῦν] καὶ abest a Paris. quarto et quinto. εἴ τιν' ἂν Aldina Taylori. REISK. Hoc proxime accedit ad genuinum ὅντιν' ἂν, quod Bekker. duobus e libris edidit. Iam periodus, quam vulgata facit scabram, ita levigata est, ut sine ulla offensione legi possit. SCHAEFER.

P. 350. v. 5. εἶθ' οὗτος] οὗτος δὲ Paris. primus, August. primus, Harl. REISK. οὗτος, deleto εἶθ', Bekker. Bene: particula enim et ipsa periodum nonnihil asperat. SCHAEFER.

P. 350. v. 5. εἴπερ] Delendum videtur τὸ εἴπερ, cum supervacaneum sit, praecedente εἰ v. 3., et insuper conturbet sententiam. IURIN. Recte sane, et in ea mente semper fui. Contra tamen stat Ulpianus, neque quidquam in MSS. praesidii. Aliquam tamen asperitatem tollunt probi MSS. Harl. Aug. et Reg. α., qui ita legunt: οὗτος δὲ εἴπερ. TAYLOR. Haud equidem repugnem conten-

dentibus εἴπερ tollendum esse. Fecerit, qui volet, per me licebit. Sat gravem tamen causam nullam cerno. Causantur εἰ praecessisse: sic hoc supervacaneum fieri. Quasi non Tullius quoque pari modo *si* iteraret: *Eodem in gradu si quem vos collocaveritis — is animum si induxerit —*. Ecquis est, qui hanc latinitatem culpet? cuius exempla sexcentena penes Tullium prostant. Quamquam planius utique sic dicatur: *Eodem in gradu a vobis collocatus — si quis animum induxerit —*. οὗτος primum ad illum commentitium, hypotheticum hominem refertur, posterius ad Aeschinem. Verumtamen ne quid dissimulem, durum utique, ut auribus insuave sonans εἴπερ οὗτος, ὥσπερ οὗτος, ita menti accidit hoc ambiguum et fallax, ut οὗτος in tanta propinquitate de aliis atque aliis usurpetur. Suavius utique sonaret molliusque procederet oratio sic, εἶθ' οὗτος ἐβουλήθη, omissis illis tribus supervacaneis vocabulis, εἴπερ, ὥσπερ οὗτος. REISK. Nihil ambigui in iterato pronomine, cum sensum posterioris οὗτος tam vox quam digitus sic indicet, ut nulla dubitatio relinquatur. Neque auribus Atheniensium iniucunda fuit talis iteratio. τοῦτον τοῦτον p. 773, 28. 796, 1. τούτῳ — τοῦτον p. 797, 22. τούτου τούτῳ p. 846, 28. Add. Melet. Crit. p. 133. SCHAEFER.

P. 350. v. 6. ἑαυτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 6. τοῖς ἐχθροῖς] Absunt a Paris. primo, August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 7. ἂν] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 350. v. 8. οὐ γὰρ, εἰ φαύλοις κ. τ. λ.] Lubens consentio Ulpiano, qui palam profitetur, τοῦτο τὸ χωρίον τῶν ἀσαφῶν εἶναι, atque illud etiam adiungo, posteaquam eius scholium pertractavi, esse τῶν ἀσαφεστάτων. Nam, consulto eo oraculo, ut verbis utar Terentianis,

Incertior sum multo, quam dudum fui.

TAYLOR. Eustathius ad Homer. pag. 1356. τὸ φαῦλον οὐ μόνον τὸ κακόηθες, ὡς παρὰ Δημοσθένῃ· οὐ γὰρ, εἰ φαύλοις ὑμεῖς χρῆσθε τοῖς συμμάχοις [sic]· ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὡς Εὐριπίδης. Locus hic ex Hermogene, si bene memini, sed sine iudicio, transscriptus est. Apud Demosthenem non συμμάχοις, sed συμβούλοις legitur p. 350, 8., ad quem locum procul dubio respexit quicunque huius observationis auctor est neque verissimae neque sapientissimae. REISK. Haec qua mente Reiskius scripserit, non intelligo: videturque aliud agens scripsisse. Scholiastes Platonis p. 337. Bekk. [φαῦλος usurpat] ἐπὶ ἁπλότητος καὶ εὐηθείας Δημοσθένης· οὐ γὰρ εἰ φαύλοις ὑμεῖς προστάταις χρῆσθε. Non rectius interpretatur quam Eustathius, qui sensu contrario intelligit. Vere Photius c. 469. τάττεται [φαῦλος] καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταφρονήτου, ὡς Δημοσθένης. Eadem habet Etymolog. M. c. 789, 47. φαῦλοι ἄνθρωποι, *homines viles*, *de plebe*, qualis est Aeschines. Quod autem Taylorus Ulpiano consentiens hunc locum inter χωρία ἀσα-

φῇ adeoque ἀσαφέστατα refert, vehementer miror: nec quenquam, credo, habebit suffragatorem. SCHAEFER.

P. 350. v. 8. ὑμεῖς χρῆσθ'] χρῆσθ' ὑμεῖς Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 10. πράγματά] πράγματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 11. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Sub. λόγου. Alii ἀντὶ τοῦ πολλοῦ γε καὶ δεῖ, *multum abest, ut res ita se habeat.* WOLF. Sic p. 370, 2. et 404, 18., quod p. 399, 10. exprimitur per οὐδ' ὀλίγου γε δεῖ, *multum abest:* usitatissime πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Sed mirum est, unde οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, locutio, uti videtur, negativa, tantundem valeret ac affirmativa πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Non possum solvere hunc nodum nisi aliter distinguendo: οὐ δέ. πολλοῦ δεῖ. *minime vero: multum abest.* Notandum enim est, in omnibus iis locis, ubi haec phrasis invenitur, semper praeire negativam οὐ, unde repetitio eiusdem vehementius negat. Sic p. 370, 1. οὐ γὰρ ταῦτ' ἀντ' ἐκείνων γέγονεν. οὐ δέ. πολλοῦ δεῖ. Quod eodem recidit, quo istud in Midian. pag. 524, 12. ἔχει δ' οὐχ οὕτω ταῦτα. οὐδ' ἐγγύς. MARKLAND. Rescribendum videtur: οὔ. πολλοῦ γε δεῖ. IURIN. Sed homo Graecus hoc si voluisset, dixisset: οὐ δῆτα. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Subaudi ἀλλὰ τοῦ παντός. REISK. V. not. ad pag. 100, 10. SCHAEFER.

P. 350. v. 11. εἰ] De meo addidi. REISK. Iure delevit Bekker. Sensus loci hic est: *Praeterea Philippus quidem* [non hi] *Phocenses perdidit: fateor: at hi suppetias tulerunt perdenti. Oportet igitur* etc. Devarius de Particul. pag. 205. ed. Reusm.: „Habet [μὲν] etiam vim concedendi, etiamsi non removeatur id, quod sub δὲ particula subditur." SCHAEFER.

P. 350. v. 12. οὗτοι] Post h. v. plene interpungendum. SCHAEFER.

P. 350. v. 13. εἰ] Abest a Paris. primo, August. primo. Pro εἰ malim ὡς, ut respondeat insequenti οὐχ ὡς v. 16. *Deinde si Philippus horum usus opera Phocenses perdidit, oportet hoc spectare, corrupta et abiecta ab his ea omnia esse, quae ad Phocensium salutem conferre legati qua legati potuissent, sed* *) *istud, hunc Aeschinem Phocenses perdidisse. Qui enim is faceret hoc?* REISK. Fallitur tam coniectando quam interpretando. V. nott. ad εἰ v. 11. et ad ὅδε v. 16. SCHAEFER.

P. 350. v. 13. τῶν] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 15. ταῦτα πάντα] ταῦθ' ἅπαντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 16. ὅδε] Philippus, non Aeschines, ut visum est Reiskio ad v. 13. Haud rarus est huius pronominis usus ad significandum hominem, de quo prius dictum est. V. Xenophont.

---

*) Insere *non.* SCHAEFER.

Hellen. II. 4. 3. et Schweighäuser. ad Appian. T. III. p. 631. Manifesto ponitur pro ἐκεῖνος in Sophoclis Trachin. 346. Br. SCHAEF.

P. 350. v. 16. ἂν] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK. ἀπώλεσε Bekker. deletâ particulâ. Ego servandam censeo. Hoc enim dicitur: *Philippum Phocenses solum per se* [etiam non adiutum ab his] *perditurum fuisse.* Scilicet hac causatione οἱ Φιλίππῳ συναγωνισάμενοι utebantur, ut Demosthenis criminationem refellerent. SCHAEFER.

P. 350. v. 17. πόθεν;] *Quî hoc fieri potuisset?* h. e. Nulla ratione fieri potuisset, ut Philippus Phocenses perderet, nisi hi παραπρεσβεύσαντες vobis imposuissent. SCHAEFER.

P. 350. v. 17. προβούλευμα] Citat h. l. Harpocrat. v. προβούλευμα. REISK.

P. 350. v. 18. ἀπαγγελίαν] Ita lege. WOLF. Recte et ut Criticum decuit noster Wolfius ἀπαγγελίαν pro ἐπαγγελίαν revocavit, quod erat ex prelo Aldino et Lutetiano. Cum Wolfio Bodl. Reg. α. et Harl. Attamen Ulpianum video aliter sentire. Interea Wolfius non eo acumine reddidit, quo restituit: *quod me referente factum est.* Nequaquam. Hoc enim erat istius hominis, cuius testimonio iam est usurus, τοῦ γράψαντος scilicet. Istius enim erat referre ad senatum, qui decretum apud se habebat scriptum paratumque, quod eorum suffragiis confirmari voluit et in acta referri. Quod dicit hic Demosthenes, est huiusmodi: *Profer SCtum, quod factum est eo tempore, ubi ego* legationem renunciavi, *atque etiam hominis istius testimonium, quo referente factum est id SCtum.* TAYLOR. Vulg. ἐπαγγελίαν. ἀπαγγελίαν August. primus, Weimaranus, P. Manutius. Vitium Lutetianae manavit ex Aldina. Correxi rursus ἀπαγγελίαν, *renuntiationem meam de legatione.* REISK.

P. 350. v. 20. ἵν' εἰδῆθ' — τῶν πεπραγμένων] Verba sic ordina: ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ἐγὼ νῦν ἀφίσταμαι τῶν πεπραγμένων, scilicet τοῖς συμπρέσβεσι, σιγήσας οὐδὲ τότε. WOLF.

P. 350. v. 20. ἵν' εἰδῆθ'] Vulg. ἵνα εἰδῇ. ἵνα εἰδῆτε August. primus et secundus, Meermann. index Lambini. ἵν' εἰδῆθ' Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Hoc praetuli. REISK.

P. 350. v. 20. οὐ τότε — ἀφίσταμαι] [οὐδὲ τότε σιγήσας, οὐδὲ νῦν ἀφίσταμαι.] Delendum ultimum istud οὐδὲ. Unde et quare adderetur, obvium est. Praecessit nempe οὐδὲ τότε: putabant igitur οὐδὲ νῦν sequi oportere. MARKLAND. Postulare videtur sententia, ut rescribamus οὐδὲ τότ' ἐσίγησα. IURIN. Cod. Harl. et aliquatenus Lind. et Aug. favent interpretationi et notulae Wolfii: ὅτι ἐγὼ μὲν οὐ τότε σιγήσας νῦν μὲν ἀφίσταμαι τῶν πεπραγμένων. Porro ultimum istud negativum neque agnoscunt Wolfii neque aliorum plurimorum editiones. Primus, credo, invexit Benena-

tus *). TAYLOR. Vulg. οὐδὲ τότε σιγήσας, οὐδὲ νῦν ἀφίσταμαι. οὐ, τότε σιγήσας, **) νῦν ἀφίσταμαι August. primus, secundus, Bavaricus, Meermannianus. Posterius οὐδὲ omittunt servantes prius Aldus et P. Manutius. Et sic volebat quoque Marklandus. Iurinus volebat οὐδὲ τότ' ἐσίγησα, οὐδὲ νῦν ἀφίσταμαι. Restitui lectionem Augustani. Iurini coniectura menti oratoris repugnat, quae haec est: ***) me, qui tum tacuissem, nunc caput e laqueo extrahere atque negare, mihi cum istis rebus commune quicquam esse (vel: negare, res illas ad me pertinere). vel: non me tum quidem tacuisse, cum loqui debuissem, utpote versatus in mediis rebus gerendis, iam vero dedicere et ciurare omnem rei huius participationem, cum videam nequitiam proditam et rem secius evenisse, quam sperassem. Iurinus autem hanc ei imputat sententiam alienissimam: me neque tunc tacuisse, neque nunc renunciare huic negotio. REISK.

P. 350. v. 21. ἀφίσταμαι] V. p. 355, 20. 21. SCHAEFER.

P. 350. v. 21. κατηγόρουν] Verbum augetur, non praepositio: quamvis ἀγορεύω, non ἀγορέω, dicatur, unde fit κατηγορέω. WOLF.

P. 350. v. 22. προωρώμην] [προεώρων.] Ald. habuit προωρώμην cum Benenato. Mecum Regg. α. β. δ. Obsop. Ital. Askew. TAYLOR. προεώρων etiam Lessing. August. primus, P. Manutius cum Wolfio. REISK. προεώρων Bekker. SCHAEFER.

P. 350. v. 22. ἡ βουλὴ] Vulg. καὶ βουλή. Pro καὶ est ἡ in August. primo et secundo, Bavarico, Meermanniano, editt. P. Manutii et Wolfii. Et sic correxi. REISK.

P. 350. v. 23. ἐπήνεσε — καλέσαι] Eadem iunguntur p. 414, 8. SCHAEFER.

P. 350. v. 26. φήσει] [φησὶ.] φήσει rectius Regg. α. ε. Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. φησί. φήσει August. primus. Correxi φήσει. REISK.

P. 350. v. 26. Τιμαγόραν] Hic legatus, Artaxerxe adorato, multis muneribus donatus est. Vide Suidam. WOLF. De hoc Timagora vide Plutarchum in Pelopida et in Artaxerxe. PALMER. Τιμαγόρας Aldina Taylori. REISK. V. Valckenarius Diatr. de Philippo Maced. p. 270. ss. SCHAEFER.

P. 350. v. 27. πεπόνθασι] πεπόνθασιν Bekker. SCHAEFER.

---

*) Hoc est, qui Benenati auspiciis rem gessit Dion. Lambinus: Morellus enim fatis dudum ante suis defunctus procurationem editionis suae cum fine orationis pro corona absolvit, ad orationem hanc de falsa legatione non pervenit. REISK.

**) Sic Reiskius etiam in textu interpunxit. SCHAEFER.

***) Adde *non*. SCHAEFER.

P. 350. v. 28. *μὲν*] Abest a Paris. primo et quarto, August. primo. REISK.

P. 351. v. 1. *ΜΑΡΤΥΡΙΑ.*] Testium puta confirmantium, Demosthenem in curia de legatione renunciantem placide et cum assensu auditum atque laudatum esse, quod visus esset vera retulisse diversa Aeschini caeterisque legatis referens. REISK. Intelligenda *μαρτυρία* unius hominis. V. p. 350, 18. SCHAEFER.

P. 351. v. 2. *Ἐνταῦϑ'*] *ἐντεῦϑεν* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 351. v. 5. *εἰ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.*] Callide occurritur obiectioni, ipsum Demosthenem pariter caruisse honore *τοῦ τε ἐπαίνου καὶ τῆς κλήσεως*. SCHAEFER.

P. 351. v. 7. *ὡς ἀληϑῶς*] Absunt a Paris. primo et quarto, August. primo. REISK.

P. 351. v. 7. *πᾶσιν*] Post *πᾶσιν* addendum videtur *ἂν ἦν*. *nam omnes pariter nefanda perpetrassent.* REISK. Immo subaudiendum *ἐστί*. *nam* [hoc si accidit] *omnes pariter nefanda perpetrarunt.* SCHAEFER.

P. 351. v. 8. *ἡμῶν*] Vulg. *ὑμῶν*. *ἡμῶν* Paris. sextus et septimus, August. primus et secundus, Bavaricus, Weimaranus, P. Manutius. REISK.

P. 351. v. 10. *ταύτης τῆς ἀτιμίας*] F. *τῆς αὐτῆς ἀτιμίας*. MARKLAND. Vulgata habet optime. SCHAEFER.

P. 351. v. 11. *ἅπαντες*] *πάντες* Paris. primus, August. primus. REISK. *πάντες* Bekker. SCHAEFER.

P. 351. v. 11. *εἴσεσϑε*] *μάϑοιτε* Paris. sextus. REISK.

P. 351. v. 16. *ἑαυτὸν*] *αὑτὸν* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 351. v. 16. *τῷ δὲ μηδὲν κ. τ. λ.*] Sequitur *δόξει κοινωνεῖν*. Est *ἀντίπτωσις ἀντὶ τοῦ, ὁ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδὼς* — *δόξει*, ac potius lapsus memoriae ex eo, quod antecessit, *τῷ μὲν ἠδικηκότι σιγᾶν ἐξήρκει*. Nisi forte sit locus hic mendosus. WOLF. Sana non sunt, sed opinor Demosthenem scripsisse: *τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν δεινὸν, εἰ σιγῴη, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξαι κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι.* Non repugnabo tamen, si velis eiicere prius illud *δεινόν*. Utcunque sensus erit: *Sonti satis erat tacere, at insonti grave erat tacere, cum ex ipso silentio futurum erat, ut videretur particeps culpae.* IURIN. F. *κοινωνεῖν τὸ σιωπῆσαι*. MARKLAND. *δεινὸν εἰσῄει, εἰ σιγῴη* — *δόξειν* (vel *δόξαι*) *κοινωνεῖν* Lambin. Iam autem pro *δεινὸν, εἰ σιγῴη* Cod. Aug. *εἰσῄει, εἰ σιγῴη*. Forte: *τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν εἴη, εἰ σιγῴη, πονηρῶν* — *ἔργων δόξαι κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι.* Vel fortasse in hac inconstantia scribendi voces *εἰ σιγῴη* irrepsisse poterant ex marginali glossa *τοῦ τῷ σιωπῆσαι.* Utcunque verba ordinentur, sensus periodi est satis manifestus. TAYLOR. Vulg. *τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συν-*

ειδότι δεινὸν, εἰ σιγῴη, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξα κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι. δεινὸν εἰσῄει, εἰ δεινῶν καὶ πονηρῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν August. primus. Falsi fuerunt, qui existimarunt, verba *εἰ σιγῴη* in August. primo esse, quae nulla ibi sunt. Consentit cum primo secundus, nisi quod *εἰ* omittit. In Meermannia-no est *εἰ σιγῴη πονηρον καὶ δεινῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν.* Sed super *πονηρον* erat duplex accentus, gravis accusativi singularis et circumflexus genitivi pluralis. *δόξει* dant etiam Bavaricus, Aldus, Wolfius. *δόξαι* P. Manutius. *γρ. δόξαν ἐπῄει* Lessing. Vulgaris lectio poterat probari, dummodo exigua mutatione *δόξα* in *δόξαι*, infinitivum aoristi primi, mutaretur. Mihi placuit aliam viam ire. E *σιγῴη* optativo effeci *σιγῶν* participium et e *δόξα* effeci *δόξει. viro autem bono et honesto, qui nullius mali sibi sit conscius, utique grave sit et acerbum, si tacendo sibi suspicionem communionis contraxerit foedorum atque scelestorum facinorum.* Hoc unum, fateor, meam premit rationem, quamquam et vulgatam perinde premit, quod post *σιγῶν* (vel, si mavis, *εἰ σιγῴη*) semper redundabit *τῷ σιωπῆσαι* ut vitiosa tautologia. *δεινὸν* non cohaeret cum *συνειδότι*, quamquam illud vocabulum utique ad hoc subaudiri potest (vel etiam *κακὸν*), sed stat per se: *δεινὸν*, scilicet *ἐστί. viro nullius facinoris sibi conscio est grave.* REISK. Bekkerus locum sic refinxit: *τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότι δεινὸν εἰσῄει, εἰ δεινῶν καὶ πονηρῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι.* Hanc ipsam scripturam, qua omnes huius loci difficultates tolluntur, Reiskius ab Augustano libro sibi oblatam perverso iudicio sprevit. In Anecdotis Bekkeri pag. 150, 27. citantur haec: *τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότι δεινόν, εἰ σιγῴη, δεινῶν καὶ πονηρῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν.* Weiskius de Hyperb. II. pag. 16. persuasum sibi habet Demosthenem haec dedisse: *τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν* (scil. *ἦν*), *εἰ μὴ εἰσῄει, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξαι ἂν κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι.* quae sic vertit: *nullius culpae sibi conscio grave et miserum hoc erat, nisi ipse prodiret (et collegas accusaret), futurum esse ut scelerum videretur particeps ipsum ob silentium.* Pauca vidi infelicius coniectata. SCHAEFER.

P. 351. v. 20. *τούτων*] Prius *τούτων* abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 351. v. 20. *τοίνυν*] *οὖν* Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. REISK.

P. 351. v. 21. *προβεβουλεύκει*] Post h. v. pone hypostigmen, quam habent Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 351. v. 21. *γινομένης*] *γιγνομένης* Bekker. SCHAEFER.

P. 351. v. 22. *πρῶτον*] F. *τὸ πρῶτον*, ut pag. 430, 16. *καὶ τοῦτ᾽ ἔστι τῶν ἐγκλημάτων τὸ πρῶτον.* MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 351. v. 23. *τὸν Φίλιππον*] *δεινότατον πράγμασι χρῆσθαι.* SCHAEFER.

P. 351. v. 23. *τούτους,) δέον*] Vulg. *τούτοις, καὶ δέον.* Correxi de meo sensu: *τούτους,) δέον.* Cohaeret *τούτους* cum *ἐπιστῆσαι.* hos, Aeschinem reliquosque proditores, duxisse Philippum velut in rem praesentem, monstrasse ei praedam paratam eiusque copiam ei fecisse, cum in capite rerum constituisse. Ab *ἦν* ad *τούτους* signis parentheseos inclusi. REISK. *τούτοις, καὶ δέον* revocavit Bekker. positâ lineolâ post v. *ἐν Πύλαις ἤδη,* ut *τῷ ἑξῆς,* quod genitivi consequentiae exorsi erant, per enuntiationem causalem interrupto fiat *ἀνανταπόδοτον.* Mihi Reiskiana ratio periodi huius refingendae tollendique *τοῦ ἀνανταποδότου* in narratione tam sedata vix probabilis satis placet, nisi quod *τούτοις* malim restitutum. Vere enim Weiskius de Hyperb. III. pag. 4.: „Restitue: — *τούτοις.* Reiskius male *τούτους,* non videns *τούτοις* vim habere. Phocicis enim atque Amphictyonicis rebus non immiscendum fuisse Macedonem dicit." Copulae quae fuerit origo, quid opus dicere? SCHAEFER.

P. 351. v. 25. *τῶν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 351. v. 26. *δόξαι*] *δόξῃ* Aug. Harl. *δόξει* α. ε. TAYLOR. *δόξει* August. secundus (fort. voluit cum Parisinis illis *δόξειε*). *δόξῃ* August. primus. REISK. Vulgaris formae horum optativorum exempla frequenter occurrunt. V. Melet. Crit. pag. 85. Xenophon de Republ. Athen. II. 15. duobus continuis versibus *στασιάσαιεν* — *στασιάσειαν.* ubi Schneiderus: „Mira est variatio — in eodem membro orationis." Facile tollet *τὰ ὁμάλιστρον* nostrorum Criticorum. SCHAEFER.

P. 351. v. 26. *ἅμα ἀκούειν συνέβη*] [*ἅμα ἀκούειν.*] *ἅμα ὑμᾶς ἀκούειν.* MARKLAND. *ἅμα ἀκούειν συνέβη* Ven. Harl. Et in eorum priore etiam aliter, *ἃ ἀκούειν συνέβη*: atque etiam *ἀκούειν συνέβη,* suppresso isto *ἅμα.* Quae sane varietas non est negligenda. TAYLOR.

P. 351. v. 26. *ἀκούειν συνέβη*] Vulg. *ἀκούειν. ἀκούειν συνέβη* August. secundus, Aldina Taylori, Lessing. *συνέβη* addidi. Ad *ἀκούειν* subaudi e praemissis *περὶ Φιλίππου παρόντος ἤδη ἐν Πύλαις. eveniebat una et vos audire famam de adventu Philippi ad Pylas iam facto et illum reapse adesse.* Nam interdum rumores falsi sparguntur. REISK. *συνέβη* omisit Bekker. Mihi videtur satis apte additum. V. not. ad v. 23. SCHAEFER.

P. 351. v. 27. *χρῆν*] *χρὴ* Paris. primus, August. primus et secundus. REISK. Bekkerus: „Fortasse legendum *χρείη.*" SCHAEF.

P. 351. v. 27. *εἶναι*] *ἐστὶ* Paris. primus. REISK.

P. 351. v. 28. *πρὸς δὲ τούτοις*] Malim *πρὸς δὴ τούτοις.* Alioqui erit *ἀνανταπόδοτον.* WOLF. V. not. ad v. 23. SCHAEFER.

P. 351. v. 28. *τοῦτο*] Quod Bekkerus adscripsit „*τοῦτο* S. Y. vulg. *ταῦτα.*" videtur pertinere ad *ταῦτα* p. 352, 3. SCHAEFER.

P. 352. v. 1. *οὐδ' ἤκουσεν ὁ δῆμος*] Valckenario ad Euripid.

Hippol. 1409. placet οὐδ' ἂν ἤκουσεν ὁ δῆμος. „*nec legit quisquam, neque, si vel lectum fuisset, audire voluisset populus:* ἂν inserto sic ista sunt capienda, quae Clar. Taylor intacta reliquit." Non assentior: Demosthenes enim toto hoc loco exponit quae facta sunt, non quae futura fuissent. Fateor hoc comma pleonastice additum esse: sed Demosthenica oratio saepissime exuberat. SCHAEFER.

P. 352. v. 1. δῆμος] Post h. v. ponenda subdistinctio cum Bekkero. SCHAEFER.

P. 352. v. 1. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 352. v. 3. ταῦτα] τοῦτο Bekker. V. not. ad p. 351, 28. SCHAEFER.

P. 352. v. 5. αὐτῷ] [αὐτῷ.] αὐτῷ. Vid. p. 364, 18. MARKLAND. χρήμαθ' ἑαυτῷ Ital. Ven. TAYLOR. χρήμαθ' ἑαυτῷ Aldina Taylori. αὐτῷ Ald. P. Manut. Bavar. REISK. χρήμαθ' ἑαυτῷ Bekker. V. not. ad p. 347, 26. SCHAEFER.

P. 352. v. 5. ὑμᾶς] Sic corrigit Weimaranus ἡμᾶς, quod est in Aldina et Paulina. REISK.

P. 352. v. 7. προηγγελκέναι] προσηγγελκέναι Bavaricus, Meermann. Aldina. Sed corrigit Weimaranus. REISK.

P. 352. v. 7. πρᾳοτέρους] πραοτέρους Bekker. SCHAEFER.

P. 352. v. 8. τινὸς] An μέχρι τινὸς? MARKLAND. Pro τινὸς Cod. Reg. η. habet τινάς. TAYLOR. τινὰς Lessing. τίνος August. primus modo interrogandi. Wolfius: „Alii τέως, πάνθ' ὅσα βούλεσθε." Utinam dixisset, quinam illi alii essent. Deserunt nos h. l. cum codicibus coniecturae virorum doctorum, neque ego comminiscor conveniens, quod in locum v. τινὸς sufficiam. Num ἀρνὸς, *agno placidiores?* An non satis intelligo popularem Atticismum, cuius color necesse est ut insit in τινὸς, si recte habeat? paene ut nos usurpamus vulgo *geschmeidiger als was, als irgend etwas, das sich zur Vergleichung schickte.* REISK. Bekkerus: „τινος O. τινὰς r." Hoc τινὰς vide ne genuinum sit. ὑμᾶς — τινὰς componas cum τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους p. 31, 15., ubi v. not. Demosthenes quo coronae auribus parceret, quod de omnibus dixerat videtur addito τινὰς ad pauciores retulisse. SCHAEFER.

P. 352. v. 8. ὅσα ἐβούλεσθε] ὅσ' ἐβούλεσθ' Bekker. SCHAEF.

P. 352. v. 10. ἀκούειν ἐθέλειν] ἐθέλειν ἀκούειν Bekker. SCHAEFER.

P. 352. v. 11. ἀνεγινώσκετο] ἀνεγιγνώσκετο Bekker. SCHAEF.

P. 352. v. 11. τοῦ] Abest a Paris. primo et quarto. REISK.

P. 352. v. 12. οὗτος] Aeschines. V. p. 353, 4. SCHAEFER.

P. 352. v. 12. ἀπολειφθεὶς ἡμῶν] V. Ind. Graecit. pag. 71. SCHAEFER.

P. 352. v. 12. οὑτωσὶ] V. Heindorfius ad Platon. Gorg. pag. 196. et Buttmanni Index ad Midianam pag. 180. s. Idem idioma linguae Germanicae in usu adverbii *so*. SCHAEFER.

P. 352. v. 15. γὰρ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 352. v. 17. Ἁλεῖς] Ita Cod. Aug. Alii Ἄλεις, accentu ad penultimam retracto. Ἀλέας legit Harpocratio, cum hunc locum laudat. Vide, quae dixit Maussacus de ea re atque de hoc populo. TAYLOR. Ἄλεις penacute et cum leni Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Et sic quoque p. 353, 13. Ἀλέας corrigit Valckenaer. ad Herodot. ex Harpocratione. REISK. V. Valckenarius ad Herodot. VII. 173. T. VI. 2. p. 4. Schw. Solutam ille formam praetulit secutus notissimum Grammaticorum de his accusativis canonem, de quo v. Thomas Mag. p. 364. SCHAEFER.

P. 352. v. 18. ἑαυτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 352. v. 20. ἁμαρτήματά ἐστιν] Num οὗτος interponendum est? *hic*, non Aeschines, sed Philippus. REISK. Non est interponendum. De Philippo autem haec omnia dici series orationis satis ostendit. SCHAEFER.

P. 352. v. 20. ὑπὲρ] περὶ Lind. et Ven. Quod rectius: uti infra p. 353, 10., ubi similiter περὶ Codd. plurimorum auctoritatem habet, et locum habet in textu, quem et hic quoque occupare debuit. TAYLOR. περὶ Aldina Taylori. REISK.

P. 352. v. 20. ἢ Θεσπιέων] Post recitatam epistolam Philippi p. 353, 10., ubi eadem repetuntur, (et repeti solent, quae praemittebantur: nam in uno loco praedicit, quae erant ab epistola exspectanda, in altero admonet, ea evenisse, quae praedixerat:) in eo, inquam, loco nihil reperimus de Thespiensibus, verum verba Oratoris sunt: περὶ δὲ Φωκέων ἢ Θηβαίων ἢ τῶν ἄλλων ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς οὐδὲ γρύ. Plane ut in hoc loco, verbis iisdem. Et recte sane. Nam in tota hac tragoedia Thespienses secundarum tantum partium erant: primas ubique agebant Phocenses et Thebani. Quibus, sat scio, benevolus lector postliminium dabit. Similiter peccatum est infra p. 373, 25., ubi vide Lambinum. TAYLOR. καὶ Θετταλῶν Aldina Taylori, margo Lessingiani et Bavaricus cum γρ. REISK.

P. 352. v. 21. ἀπήγγειλε] ἀπήγγελλε Paris. secundus. REISK.

P. 352. v. 21. ἀλλ'] τὸ ἀλλ' παρέλκει ἐμφατικῶς. WOLF. V. Ind. Graecit. p. 27. et Bergler. ad Aristoph. Nub. 1398. SCHAEFER.

P. 352. v. 21. μικρόν] Subaudi γράμμα ἔνεστι γεγραμμένον. REISK. ῥῆμα subaudit Ind. Graecit. p. 343. Neutrum verum. μικρὸν dicitur absolute estque i. q. γρὺ p. 353, 11. SCHAEFER.

P. 352. v. 22. οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου] non casu aut forte fortuna, sed consilio reque inter Philippum Aeschinemque deliberata. SCHAEFER.

P. 352. v. 23. μὲν] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 352. v. 26. ἐκδέχεται] Vulg. ἐνδέχεται. ἐκδέχεται Paris. primus, quartus, septimus, August. primus, secundus, Bavaricus, P. Manutius. Correxi ἐκδέχεται e libris, sine quibus ἀναδέχεται maluissem. REISK. πάντα ἀναδεχόμενος v. 18. SCHAEFER.

P. 352. v. 26. καί φησιν — γεγενῆσθαι] Vide quantum Demosthenes orationis abundantiâ luxurietur. SCHAEFER.

P. 352. v. 28. ἐβούλετο] ἐβουλεύετο Regg. α. δ. TAYLOR.

P. 353. v. 1. ἀπήγγειλεν] ἀπήγγελλεν Paris. primus, August. primus. ἀπήγγελκεν Aldina Taylori. REISK.

P. 353. v. 2. ἔχητε] ἔχοιτε Harl. Reg. α. TAYLOR. ἔχοιτε August. uterque, (sed primus e correctione radendo facta, nam prius aliud quid fuit exaratum, fort. ἔχητε,) item Bavaricus. REISK. ἔχοιτε Bekker. Recte: Demosthenes enim sumit hoc Aeschinis consilium fuisse. Item recte συνδιαλλάττωσιν p. 352, 17. 353, 13.: nam in epistola diserte scriptum erat hoc consilio Philippum legatos moratum esse. SCHAEFER.

P. 353. v. 3. τῶν — ἐνόντων] [τοῖς.] F. ἐν τοῖς, ut ἐν ἐπιστολῇ. MARKLAND. [τούτων ὄντων.] F. ἐνόντων τοῖς παρ' ἐκείνου, scilic. λόγοις ἢ ἔργοις. Alioqui duriuscula fuerit ellipsis. WOLF. Idem alibi [in farragine] coniecerat ὡς παρ' ἐκείνου τούτων ὄντων. ἐνόντων quidem omnes fere scripti: Ven. Harl. Cant. Bodl. Lind. Ital. Aug. et Regg. α. ε. Quorum plerique τῶν παρ' ἐκείνου κ. τ. λ. Ad has voces τούτων ὄντων adnotatur in exempl. Altemps. ἴσ. τῶν πρέσβεων. TAYLOR. Vulg. τοῖς παρ' ἐκείνου τούτων ὄντων. Paris. primus et quintus dant τῶν ἐκείνῳ ἐνόντων. August. primus et secundus, item Lessing. et Ald. Tayl. dant τῶν παρ' ἐκείνου τούτων ἐνόντων. Et sic correxi. utpote quae nusquam insint scripta neque in ulla quadam Philippi epistola scriptove alio dictove per eius legatos. τούτων redit ad τὰ ἀπηγγελμένα ψευδῶς ὑπ' Αἰσχίνου. τῶν autem aptum est e μηδαμοῦ, et subauditur γραφέντων ἢ λεχθέντων. Aut si τοῖς servatur, subauditur γραφεῖσιν ἢ λεχθεῖσιν. Nam locum utique tueri potest τοῖς ob insequens ἐνόντων. REISK.

P. 353. v. 4. αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν] τὴν ἐπιστολὴν ταύτην August. secundus. REISK.

P. 353. v. 5. ὅτι — ἐγώ] num ita se illa habent, ut ego exposui. Malim εἰ —. WOLF. ὅτι significantius et gravius. — ἔχει, scilicet ἡ ἐπιστολή. SCHAEFER.

P. 353. v. 5. ὃν διεξελήλυθ'] δι' ὃν ἐξελήλ. Paris. primus et quartus. REISK.

P. 353. v. 8. τῆς ἐπιστολῆς] Bekkerus: „τὴν ἐπιστολὴν v." Haec est vulgaris constructio: quam si quis praeferat ob additam epexegesin, ὡς καλὴ καὶ φιλάνθρωπος, sciat genitivum non esse deteriorem. SCHAEFER.

P. 353. v. 11. πρὸς ὑμᾶς] Omissa in optimo libro Bekkerus uncis inclusit. Conf. p. 352, 21. 353, 1. SCHAEFER.

P. 353. v. 11. οὐδὲ γρύ] Sic et Aristophanes [Plut. v. 17.]. ἀντὶ τοῦ, μηδὲ *) τοὐλάχιστον προσέγραψε. WOLF.

P. 353. v. 11. γρύ] γρῦ Bekker. V. Anecd. Bekk. p. 228, 2. SCHAEFER.

P. 353. v. 11. οὐδοτιοῦν ἐστιν] οὐδ' ὁτιοῦν ἐσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 353. v. 12. ὑγιές] V. Commentar. in Aristophan. VII. 1. p. 100. SCHAEFER.

P. 353. v. 13. Ἀλεῖς] Ἀλεῖς Bavaricus. Paulo ante p. 352, 17. idem dederat Ἄλεις, ut hic dant Paris. secundus, Aldus, P. Manutius. REISK. V. not. ad p. 352, 17. SCHAEFER.

P. 353. v. 13. ἐκεῖνος] Omittunt Paris. primus, secundus, quintus, August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 353. v. 15. τούτους] τοὺς πρεσβευτάς. WOLF.

P. 353. v. 15. τῆς] Omittunt Paris. primus et quartus, August. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 353. v. 15. διαλλαγῆς] διαγωνῆς Paris. septimus. REISK.

P. 353. v. 16. ἀνάστατος] ἀνάσπαστος Ven. Ask. margo Benen. Ital. Obsop. et MSS. Manut. et Felic. Sed praeter rem. „ἀνάσπαστος“ inquit vir longe celeberrimus ad Chariton. Aphrodis. III. 7. [p. 393. edit. Lips.] „ferri posset, si non de civibus iam praecessisset ἐξελήλανται. Quare ἀνάστατος, ut in p. 446, 8. legitur ἀνάστατος χώρα, praetulerim: ut apud Sophocl. Trachin. 244.“ A contraria tamen parte omnino stat Valesius pag. 212. Animadv. ad Maussacum, ubi contendit, Halum eversam non fuisse, sed traditam Pharsaliis, eiusque incolas abductos et in servitutem redactos. Tales vocari solere ἀνασπάστους multis et luculentis confirmat testimoniis vir ille eruditissimus. Optaverim adductum esse vel unicum saltem locum, ubi πόλις, urbs ipsa, aut χώρα ἀνάσπαστος dicitur. TAYLOR. ἀνάσπαστος indices Feliciani et Manutii, unde repetiit margo Lutetianae, item Aldina Taylori. REISK. ἀνάστατος unice verum. V. Ind. Graecit. p. 41. SCHAEFER.

P. 353. v. 17. φησι] Omittunt Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 353. v. 18. λύσασθαι] Idem valere quod activum λῦσαι, ut Kusteri doctrinam convellat, ait Clericus Dissert. de Verb. Med. p. 142. s. Dres. antestans Aeschinem, qui diserte affirmet, Φίλιππον ἐν τῷ πολέμῳ οὐδένα πώποτε Ἀθηναίων λύτρα πράξασθαι, p. 274. R. Sed vera illum ratio fugit. Scilicet Philippus gratis potuit dimittere eos, qui ipsius mancipia essent: qui essent aliorum,

---

*) Immo οὐδὲ. SCHAEFER.

si vellet liberare, a dominis redimere debuit pretio soluto. Illos igitur ἔλυσεν, hos ἐλύσατο. Omnem tollit dubitationem quod legitur p. 393, 13. Qui locus cum Clerico in promtu fuerit, apparet hominem in ipsa luce caligasse. SCHAEFER.

P. 353. v. 20. δὲ] Omittunt Paris. secundus, quintus, septimus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Eius loco dat August. secundus δή. REISK. Omisit Bekkerus. SCHAEFER.

P. 353. v. 21. φιλοτιμίαν] V. not. ad p. 220, 12. SCHAEFER.

P. 353. v. 21. ἀφαιρούμενος] Malim, etiam tacitis exemplaribus, ὑφαιρούμενος, quoniam fraude magis, quam vi, haec geri video. TAYLOR. Vulgatam satis tuetur quod legimus pag. 729, 16. πολλὰς φιλοτιμίας περιαιρεῖται τῆς πόλεως. SCHAEFER.

P. 353. v. 22. ἐκεῖνον] ἐκείνους August. secundus. REISK.

P. 353. v. 22. ἐγγράψαι] γρ. ἐγκρύψαι Lessing. Ald. Tayl. REISK.

P. 353. v. 23. γὰρ] Plane delendum videtur. IURIN. Ut in Bodl. deprehendi. TAYLOR. Ne deleas. V. Reizius de Accent. Inclinat. p. 97. ss. SCHAEFER.

P. 353. v. 23. γράψας] F. ἐγγράψας, ut pag. 356, 24. MARKLAND. Simplici patrocinatur ἔγραψε p. 354, 1. Quod si Marklandum offendit constructio verbi cum praepositione εἰς, non meminerat illa paroemiaca, γράφειν εἰς οἶνον, γράφειν εἰς τέφραν, γράφειν εἰς ὕδωρ, de quibus v. Luzacius praefat. ad Valckenarii Callimachea p. 42. s. Quid quod ipse Demosthenes p. 121, 21. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες? SCHAEFER.

P. 353. v. 25. ὅτι] Abundat ὅτι. Sunt enim ἔγραφον δ' ἂν — γενησομένην ipsa Philippi verba. Sic in Euangel. Matth. XIII. 11. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. et sexcentis aliis locis. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 224.

P. 353. v. 25. Ἔγραφον δ' ἂν — εὖ ποιήσω] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 26. SCHAEFER.

P. 353. v. 25. Ἔγραφον δ' ἂν] Vulg. ἔγραφον ἄν. ἔγραφον δ' ἂν August. primus, Lessing. Ald. Tayl. ἔγραφον μὲν ἂν August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Interposui δ'. REISK.

P. 353. v. 25. καὶ] Non habent Anecd. Bekk. Neque ego desiderarem, si qui Demosthenis Codices omitterent. SCHAEFER.

P. 353. v. 26. γενησομένην] γεγενημένην Paris. sextus. REISK.

P. 353. v. 26. γεγονυίας τῆς συμμαχίας] [γεγονυίας δὲ τῆς συμμαχίας.] Abundat δὲ, ut in Midian. p. 547, 6. Nisi hic legendum ἤδη, ut p. 365. penult. Quod verius puto. MARKLAND. *) Vel

*) Diversa de Marklando Reiskius in variet. lect.: „Marklandus aut delendum δὲ, aut ei δὴ sufficiendum coniecit." SCHAEFER.

δὴ cum emphasi bene nota: γεγοννίας δὴ τῆς συμμαχίας. *is, conflata* demum *ea, quam dixi, societate* —. Atque ita video in Bodl. et Ital. Desideratur quidem δὲ in Harl. Lind. et Regg. α. β. δ. ε. η. TAYLOR. Vulg. γεγοννίας δὲ τῆς συμμαχίας. δὲ omittunt August. primus et secundus. Expunxi δέ. REISK.

P. 353. v. 27. οὐδὲ ἃ αὐτὸς ὑπέσχετο] [οὐδ᾽ ὃ αὐτὸς ὑπέσχετο.] S. εἰδέναι. *se nescire, quidnam promiserit.* Hoc est, negat, se quicquam esse pollicitum Atheniensibus. Hoc malo, quam, *negat, se scire id, quod vobis promisit.* Videtur enim ad Philippum ὑποθετικῶς, non ad Demosthenem ἀποφαντικῶς referendum. WOLF. Wolfius: *neque quicquam promisisse.* Minime ad mentem Demosthenis, qui hunc in modum intelligendus est: *ait, se nescire, qua in re vobis gratum facere possit, ne illud quidem excipiens, quod ipse promiserat.* IURIN. Distinguendum: — τί ἂν ποιῶν χαρίσαιτο. οὐδ᾽ ὃ αὐτὸς ὑπέσχετο; τοῦτο γὰρ ᾔδει δηλονότι etc. *neque scire se, qua re vobis gratificetur. Quid?* (inquit Orator indignabundus) nescivit, *quod ipse promiserat? Fieri certe non potest, ut hoc nesciret, nisi vobis illuderet.* Par istud et eiusdem coloris in Leptin. p. 506, 8. μηδ᾽ ἂν τοιοῦτοί τινες γένωνται, Λεπτίνη; MARKLAND. Vulg. ὅ. ἃ Paris. primus, August. primus, Lessing. Plane abest ab August. secundo. Correxi ἅ. Ante ὑπέσχετο deest procul dubio γράψειν. *ne illa ipsa quidem, quae se vobis per literas significaturum recipiebat.* Post ὑπέσχετο subaudiendum videtur esse ψευδόμενος. REISK. Fors. οὐδὲ ἃ οὗτος (Aeschines scilicet) ὑπέσχετο. Promisit Aeschines a Macedonia reversus, Philippum multis rebus Atheniensibus gratificaturum esse. Illae res igitur saltem, nisi Atheniensibus verba dedit, Philippo probe cognitae fuerunt. εἶπε δὲ (Aeschines) τοιούτους λόγους καὶ τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔχοντας ἀγαθά, ὥσθ᾽ ἅπαντας ὑμᾶς λαβὼν ᾤχετο. ἔφη γὰρ ἥκειν πεπεικὼς Φίλιππον πάνθ᾽ ὅσα συμφέρει τῇ πόλει, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀμφικτύοσι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. p. 347. l. 8. seqq. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 224. οὐδ᾽ ὃ — Bekker. Recte ὅ, nam sequitur τοῦτο. αὐτὸς autem cave cum Seagero mutes in οὗτος: nedum cum Reiskio ante ὑπέσχετο inseras γράψειν. Locum planum visa Interpretum satis obscurarunt. Sensus: *negat scire quae vobis iucunda facere possit adeoque meminisse suam ipsius pollicitationem,* scilicet de redimendis captivis. SCHAEFER.

P. 353. v. 28. γὰρ] Post h. v. requiro ἄν. *sciret*, h. e. non simularet se nescire. SCHAEFER.

P. 354. v. 1. ὑμᾶς] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 1. ἀλλὰ μὴν] Adde tacite ἵνα εἰδῆτε. REISK. V. not. ad p. 237, 25. SCHAEFER.

P. 354. v. 1. οὕτως] [οὗτος.] πότερος, Φίλιππος ἢ Αἰσχίνης; WOLF. Codd. complures, quasi fere caverent a Wolfii dubitatione, non οὗτος, sed οὕτως vel οὕτω: ὅτι οὕτω τότε ἔγραφε α. β. δ. Aug. Ven. ὅτι ταῦθ᾽ οὕτω τότε ἔγραψε Harl. TAYLOR. Vulg. ὅτι ταῦθ᾽

οὗτος τότε ἔγραψε. ὅτι ταῦθ᾽ ὅτι οὗτος ἔγραψε Aldus. Sed secundum ὅτι delent Weimar. et Lessing. τότε omittunt P. Manutius et Bavaricus, sed in eius margine est γρ. ὅτι ταῦθ᾽ οὕτω τότ᾽ ἔγραφεν. ὅτι ταῦθ᾽ οὕτω τότε ἔγραψε Harl. Venet. Paris. primus, secundus, quartus. *) Sic et August. primus et secundus, nisi quod οὕτως dant. Aldina Taylori sic dat: ὅτι οὕτω τότ᾽ ἔγραψεν. Correxi οὕτως. sic nempe, ut ego refero, testorque eum ita scripsisse. REISK. ὅτι ταῦθ᾽ οὕτω τότ᾽ ἔγραψε Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 2. αὐτὸ τοῦτο ἐνθένδε. λέγε.] Potius ita mecum: — αὐτὸ τοῦτο. ἐνθένδε λέγε. *Begin at this place.* Non enim totae literae Philippi iam perlectae erant, sed earum particula. Sequitur enim Ἐξ ἐπιστολῆς. Simile occurrit in ea Aeschinis, quae c. Ctesiphontem est, p. 494, 1., cum particulam ex psephismate excerpi et a scriba legi voluit: ὅτι δ᾽ ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν κόμπον — ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἀνάγνωθι, καὶ τοῦ κλέμματος ἅψαι —. *istud membrum decreti attinge, ubi continetur fraus et impostura hominis, caeteris omissis.* E contrario, ubi scriba non excerperet, sed totum continuo recitaret, ibi dicitur: φέρε — τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου, καὶ λέγε ἐφεξῆς. De Corona p. 249, 6. Et dixerat paulo superius: περὶ πάντων ἐρῶ καθέκαστον ἐφεξῆς καὶ οὐδὲν ἑκὼν παραλείψω. Non tantum *iuxta ordinem et seriem*, quantum *continuo, perpetuo tenore, ab initio usque ad finem.* TAYLOR. αὐτὸ τοῦτο, scilicet τὸ μέρος. hanc ipsam solam epistolae particulam, nil aliud. hinc incipe recitare. Praemonstrat orator scribae, quid eum praelegere oporteat et unde ordiri. REISK. Reiskiana ante αὐτὸ et post τοῦτο habet hypostigmen: Bekkeriana post τοῦτο. Interpunctionem a Tayloro commendatam non probo. Quando enim talibus in locis λέγε iteratur, quod meminerim, non iteratur nisi solum. SCHAEFER.

P. 354. v. 3. *ΕΞ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.*] ἐπιστολή Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 354. v. 7. δὲ] δ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 7. οὔ φησιν εἰδέναι] οὐκ εἰδέναι φησὶ Bekker. Conf. p. 353, 27. et v. not. ad ποιήσειν v. 8. SCHAEFER.

P. 354. v. 8. ἐὰν δ᾽ ὑμεῖς λέγητε κ. τ. λ.] Totam fere hanc periodum male vertit Interpres. Sensus est: *quod si vos eum certiorem feceritis*, scilic. quibus in rebus civitati gratum facere possit, *se ea facturum, quae sibi nec pudori nec dedecori futura sint, ad has excusationes confugiens, ut, etiamsi vos animum inducatis ad aliquid proferendum et postulandum, hunc receptum sibi relinquat.* IURIN.

P. 354. v. 8. ἐὰν] ἂν Paris. primus, August. primus. REISK.

---

*) Aliter Taylorus: quales inter Taylorum Reiskiumque haud lente festinantem dissensiones passim occurrunt. SCHAEFER.

P. 354. v. 8. ποιῆσιν] Abest ab August. secundo. — Scilic. φησίν. REISK. Ut in Latinis scriptoribus e verbo *negandi*, quod antecessit, ad sequentia subauditur verbum *aiendi*. Schema syntaxis usu multo tritum: quod tamen h. l. nonnullos videtur fugisse, unde suspicor natam esse quam v. 7. alii habent libri verborum transpositionem. SCHAEFER.

P. 354. v. 8. ἃ] ὃ Paris. primus, Aldina Taylori. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 354. v. 10. αὐτῷ] Scrib. αὑτῷ, *sibi*. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 354. v. 10. καταφεύγων] ἐγκαταφεύγων Paris. primus. REISK.

P. 354. v. 11. ἵνα — καταλείπῃ] [κἂν ἄρα εἴπῃ τέ τι.] Sub. ὁ Φίλιππος. Sin τὸ εἴπητε una vox numeri pluralis fuerit, pro *et ipse dixerit* repone *etsi sane et dixeritis aliquid et ad pollicendum adducti fueritis*. Sed prior sententia magis mihi probatur. WOLF. F. εἴπῃ τι καὶ προαχθῇ ὑμῖν ἐπαγγείλασθαι, etc. *etiam si aliquid certi dicat et eo procedat, ut polliceatur vobis*, etc. Vulgata est ab interpolatione. Cum enim facili aberratione scriptum fuisset εἴπητέ τι pro εἴπῃ τι, iam necesse erat, ut προαχθῇ mutaretur in προαχθῆτε, et ὑμῖν in ὑμεῖς. MARKLAND. Iuxta mentem et interpretationem Scholiastae, quem aliquoties iuvabit in consilium adhibere, minime arte aut fidiculis opus erit ad sanum sensum ex his verbis eliciendum. ἐπαγγείλασθαι enim, ut pluribus ostendi ad pag. 340, 11., aliquando est *rogare* aut *postulare*. Atque ita hic exponit Ulpianus: ἐπαγγείλασθαι] ἀντὶ τοῦ αἰτῆσαι. Vide ergo: *Philippus ait* (pene cum servulo Terentiano): *Aliquid invenite modo, Athenienses, quod ametis: utilitatem in ea re faciam ut cognoscatis meam. Quod si vos ea oratione deliniti adducamini, ut aliquid ab eo re vera* peteretis, *protinus sibi perfugium quaerit: vobis autem nihil nisi illud relictum — Quo promissa cadunt!* Et profecto cum exemplaribus, quae sunt praestantiora, totam hanc periodum reformo: — εἰς ταύτας τὰς προφάσεις καταφεύγει, ἵνα, κἂν ἄρα εἴπητέ τι καὶ προαχθῆτε ὑμεῖς ἐπαγγείλασθαι, ἀναχώρησιν ἑαυτῷ καταλείπῃ. TAYLOR. ἵνα κἂν ἄρα — Paris. primus et quartus, August. primus et secundus. Falso retulit Fabricius in August. primo esse εἴποιτε. Pro καταλείπει Paris. primus et septimus, August. primus et secundus habent καταλείπῃ. *ad eiusmodi praetextus confugiens, quo — sibi receptum relinquat.* Foret utique planius: εἰς τοιαύτας προφάσεις καταφεύγων καὶ τοιαύτας ἀναχωρήσεις ἑαυτῷ καταλείπων, *ad eiusmodi praetextus perfugiens et eiusmodi receptus sibi relinquens.* Aut sic: — φέρει, εἰς τοιαύτας προφάσεις καταφυγὴν κἂν ἄρα — ἀναχώρησιν ἑαυτῷ καταλείπων. Bene habent verba κἂν ἄρα εἴπητέ τι. *et tum, si quid vos, cives, nominatim indicetis, quod cupiatis, atque ab eiusmodi illecebris verborum impellamini ad*

postulandum aliquid —. REISK. Omisso ἵνα, κἂν ἄρα — καταλείπων Bekker. Vere. In vulgata inepte positum est κἂν, *etsi*, pro quo scribi debebat ἐὰν s. ἂν, *si*. Nunc κἂν est simplex copula iuncta conditionali, *et si*. SCHAEFER.

P. 354. v. 11. ἐπαγγείλασθαι] Locum hunc citat Harpocration v. ἐπαγγελία. REISK. Ibi: λέγεται — τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν ἢ αἰτεῖσθαι. Anecd. Bekk. p. 260, 20. Ἐπαγγείλασθαι· τὸ κελεύειν ἢ καταγγέλλειν [λέγεται. Hesychius T. I. c. 1304. Ἐπαγγέλλῃ. κελεύεις. SCHAEFER.

P. 354. v. 12. πολλὰ] πόλλ' Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 13. ἐνῆν] Scilicet ἐμοί. *licebat mihi*. REISK.

P. 354. v. 13. παραχρῆμα — εὐθὺς] Haec nonnullis glossam forte sapere posse videantur, mihi quidem emphasin non mediocrem continere. Neque tamen interea significationem habent plane identicam, ut bene exposuit Wolfius in sua interpretatione. TAYLOR. *statim recenti re*. V. Weiskius de Pleonasm. p. 150. SCHAEFER.

P. 354. v. 15. προΐεσθαι] προέσθαι Paris. primus, August. primus, sed hic πρόεσθαι proparoxytone. REISK. προέσθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 15. πράγματα] πράγματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 15. ἐᾶν] Subaudi ὑμᾶς. neque committere, ut vos hoc tantum negotium, in quo tota vestra salus libraretur, perire sineretis. Quibus codicibus εἰ proximum deest, hi pro ἐᾶν procul dubio dabant ἐὰν et καὶ post διδάσκειν ὑμᾶς omittebant, quos non probo. REISK.

P. 354. v. 15. εἰ μὴ] ἐὰν μὴ Paris. primus et quartus. Vulgata est etiam in August. primo, sed e correctione, vetusta lectione erasa, quae fuisse videtur καὶ μὴν: nam post μὴ est in spatiolo vacuo vestigium erasae literae. Citat h. l. Aristides *T.* p. 192. REISK. V. not. ad ἐᾶν v. 15. SCHAEFER.

P. 354. v. 15. Θεσπιαὶ καὶ Πλαταιαὶ] i. e. τὸ Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκισθήσεσθαι. V. p. 347, 20. s. SCHAEFER.

P. 354. v. 16. ἀφείλετο] ἀντὶ τοῦ ἀφείλοντο. Retulit καθ' ὑπόζευξιν verbum ad postremam clausulam. WOLF. ἀφείλατο August. primus. REISK.

P. 354. v. 17. καίτοι ταῦτα — συνέφερεν.] Docet Orator nuntium ab Aeschine allatum hoc ipso falsitatis convinci, quod evulgatus fuerit: nam si revera hoc Philippo consilium fuisset, ut perderet Thebanos, oportuisse rem taceri. SCHAEFER.

P. 354. v. 17. καὶ] Abest a Paris. primo et quarto, August. primo. REISK. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 354. v. 18. φενακισθῆναι] Post h. v. addit August. primus δέ. REISK. Scilicet Bekkeriana ostendit fuisse qui haec sic scripta legerent: εἰ μὲν ἀκοῦσαι μὲν ἔδει, φενακισθῆναι δὲ τὴν πόλιν.

Cuius varietatis origo non est obscura. Cum enim *μόνον*, scribendi compendio (v. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 331.) non intellecto, transiisset in *μὲν*, ut membrum sequens antecedenti apte responderet, et *καὶ* deleverunt et *δὲ* addiderunt post *φενακισθῆναι*. SCHAEFER.

P. 354. v. 20. *εἰ μὲν γὰρ κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 280. *ἐφέλκεται ἐννοίας καὶ τὰ καθ' ὑπόθεσιν σχήματα, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ μερισμοῦ ὑποτιθοῖτο. οἷον· εἰ μὲν γὰρ ἐνταῦθ' ἦν ἤδη τὰ πράγματα, Αἰσχίνη, ὥστε μηδ' αἰσθανομένοις τοῖς Θηβαίοις πλέον εἶναι μηδὲν, τί οὐ γέγονεν; εἶτ' ἐξ ἀνάγκης ἐπηκολούθησε τό· εἰ δὲ παρὰ τὸ προαισθέσθαι κεκώλυται, τίς ὁ ἐκλαλήσας; οὐχ οὗτος;* REISK.

P. 354. v. 20. *ἐνταῦθ'*] Sic Augustani librarium dare voluisse, constat ex eo, quod *ταῦθ'* dedit, non, quod Fabricius ei imputat, *ταῦτ'*. REISK.

P. 354. v. 21. *πράγματα*] Post h. v. addit Hermogenes l. c. vocativum *Αἰσχίνη*. REISK.

P. 354. v. 21. *ὥστε μηδ' — πλέον εἶναι μηδὲν*] Wolfius: *ut nec — quidquam proficerent.* Inficetissime, quod unquam vidi. Dixi ad Aristocrateam p. 642, 25. TAYLOR. Iniquissime cavillatur. Quasi vero Wolfius aliter ac Taylorus intellexerit. *proficerent*, scilic. ad pestem depellendam. SCHAEFER.

P. 354. v. 21. *αἰσθομένοις*] *αἰσθανομένοις* Paris. primus, quartus, septimus, August. primus. *αἰσθομένων τῶν Θηβαίων* Bavaricus, sed cum vulgata superscripta. REISK.

P. 354. v. 22. *τί οὐ γέγονεν;*] Subaud. *τὰ πράγματα*, h. e. *τὸ Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκισθῆναι καὶ τὸ Θηβαίους δοῦναι δίκην.* SCHAEFER.

P. 354. v. 22. *παρὰ τὸ*] *τὸ παρὰ τὸ* August. secundus. REISK.

P. 354. v. 22. *παρὰ τὸ*] Legendum opinor *παρὰ τοῦ* vel *διὰ τὸ*. IURIN. Minime. *τὸ παρὰ* in hoc loco, ut frequenter, vim habet *τοῦ διά.* TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 163, 16. nostraque Iulianea p. VIII. SCHAEFER.

P. 354. v. 23. *ἐκλαλήσας — ἐκλελαληκέναι*] *ἐκλαλεῖν*, *effutire.* V. not. ad p. 16, 25. et Porson. ad Euripid. Orest. p. 32. ed. tert. Lips SCHAEFER.

P. 354. v. 23. *οὔτ' ἤμελλον — ἤλπισεν οὗτος*] *οὔτε ἔμελλεν*, scilicet *ὁ Φίλιππος ταῦτα ποιήσειν. — οὔτ' ἤλπισεν οὗτος*, scilicet *ὁ Αἰσχίνης.* WOLF. Sensus et lingua, opinor, volunt: *ἀλλ' οὔτε ἔμελλεν αὐτὸς* (vel *ἐκεῖνος*), *οὔτ' ἠβουλήθη ταῦτ', οὔτ' ἤλπισεν οὗτος.* *Sed neque facturus erat ille* (scilicet Philippus), *neque haec voluit, nec speravit hic* (scilicet Aeschines). *ἔμελλεν*, nempe *ποιήσειν.* MARKLAND. Pro vulg. *ἔμελλεν* habet August. primus *ἤμελλον*, quod praetuli: scilicet *οἱ Θηβαῖοι παρὰ τὸ προαισθέσθαι ταῦτα κωλύειν. neque futurum erat, ut Thebani malum imminens prae-*

sensu eius incitati averterent. Mallem tamen nunc vulgatam a me servatam esse. ἔμελλε ταῦτα κωλυθῆναι παρὰ τὸ προαισθέσθαι. *futurum non erat, ut malum hoc, si revera Thebanis tam prope incubuisset, ab iis averteretur et repelleretur propterea, quod id temporis adhuc praesensissent.* Hoc unum me male habebat, quod ἔμελλεν in singulari ad ταῦτα τὰ πράγματα rediret, ἠβουλήθη autem et ἤλπισεν ad Aeschinem. *neque volebat Aeschines id evenire, neque sperabat eventurum.* REISK. ἤμελλεν Bekker. Recte. Simpliciter vertendum: *nec futura erant* (quae fore Aeschines iactaverat). SCHAEFER.

P. 354. v. 25. οὔτ' ἤλπισεν] Bekkerus: „Malim οὐδ' ἤλπισεν." Item ego malim. SCHAEFER.

P. 354. v. 25. γε] γ' Bekker. SCHAEFER.

P. 354. v. 26. λόγοις τούτοις] λόγοις καὶ τούτοις Paris. primus, August. primus. Hoc καὶ sitne calami lapsus, an defectus indicium, dubito. Si quid deest, suspiceris λήροις deesse: τοῖς λόγοις καὶ λήροις τούτοις. REISK. Nihil deest. Copula nata, ut millies accidit, ex antegresso ς. SCHAEFER.

P. 354. v. 27. ἀκοῦσαι] ἀκούειν Paris. primus, August. primus. REISK. Rectius ἀκοῦσαι ob ἐθελῆσαι. SCHAEFER.

P. 354. v. 27. καταμεῖναι] καταμένειν Paris. primus, August. primus. παρεῖναι profert e Paris. septimo margo Lutetianae: sed videtur in illo codice fuisse παραμεῖναι. REISK. Verum καταμεῖναι: nam ceteri infinitivi item sunt aoristi temporis. Ceterum conf. p. 347, 17. SCHAEFER.

P. 354. v. 28. τοιοῦτον] τοιοῦτο Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. τοιοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 1. ἐσπαθᾶτο] Ulpiani glossae, quae hic est melioris notae, coniunge Etymol. M. c. 384, 44. Harpocrat. et Suid. in v. Ἐσπαθᾶτο. Confer etiam cl. Albert. ad 1. Timoth. V. 6. et illustriss. Ezech. Spanheim. ad Aristophan. Nub. v. 55. Cod. Aug. servavit hocce scholiolum, scilic. ἐσπαθᾶτο] ὑφαίνετο, κατεσκευάζετο, κατεδαψελεύετο. l. κατεδαψιλεύετο. TAYLOR. ἐσπαθᾶτο est utique in August. primo: ut mirer, cur Fabricius contra morem suum partem scholii attulerit, quod et in August. et in libris vulgatis totum legitur. ἐσπαθᾶτο, *es ward weggesudelt, weggesprudelt, ins Gelag hin geredet*, effutiebantur haec temere, sine reputatione metuque rerum futurarum. Quicquid praecipitanter, cum socordia, pingui, ut aiunt, Minerva, laxe, crude, ruditer, sine arte, sine metu fraudis postmodum detegendae, ad brevis temporis usuram contexeretur aut conficeret, id σπαθᾶσθαι dicebatur, *das hiess Sudelarbeit, gepfuscht.* Facile sit haec ad commentum quodque leve, tenue, rarum, per quod lux veritatis undique dilucescat, ad praesentis modo temporis [usuram] procusum, diuturnitatem et severitatem examinis haud ferens accommodare. REISK. Simili-

ter Ind. Graecit. p. 463.: *tam praecipitanter et inconsulte consuebantur ista.* Fallitur. Est *texebantur*, *struebantur*, diciturque de callidis machinationibus, quales Philippi semper fuisse satis constat. Locum hunc respexit Photius c. 21., cuius verbum interpretantis haec sola probanda: *ἀντὶ τοῦ συνετίθετο. ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης, ἥτις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.* SCHAEFER.

P. 355. v. 2. *ἀκούων*] Cohaeret cum *ἐπειρώμην* versu 11. REISK.

P. 355. v. 2. *ἐγὼ*] Abest a Paris. primo. REISK.

P. 355. v. 2. *τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα*] *τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα* Bekker. V. not. ad p. 371, 11. SCHAEFER.

P. 355. v. 3. *τότε*] Bekkerus: „*τότε* om. S. Y." Malim deletum. SCHAEFER.

P. 355. v. 3. *καὶ ὅθεν* —] Est prolixa *ἐπεμβολή*, qualem et supra notavi. *Ἀπόδοσις* prioris membri sive *προτάσεως*, quae est *εἰδὼς, ὅτι ψεύδεται*, sequitur his verbis, *ἐκ τουτων οὖν τεκμαιρόμενος* [v. 10.], mutato participio et addito *οὖν*. Huc illud Ciceronis II. de Orat. pertinere puto: *Quum Demosthenis spiritus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione verborum, id quod eius scripta declarant, binae et contentiones vocis et remissiones continerentur.* Sed quis scit, an ita locutus sit, ut scripsit? WOLF. Bekkeriana post *ψεύδεται* habet lineolam, post *τοῦτον* v. 10. plene interpunxit. SCHAEFER.

P. 355. v. 3. *καὶ ὅθεν*] Scilicet *τοῦτ' οἶδα.* REISK. Immo *τοῦτ' ᾔδειν.* SCHAEFER.

P. 355. v. 7. *ὃ*] Malim *οὕς. quos* (Phocenses) *plane praeterire tacitos* —. REISK. Non opus. *quod*, scilicet Phocenses utrum foederis formula comprehenderentur, nec ne. SCHAEFER.

P. 355. v. 7. *ἐᾶν*] Non differt ab addito *σιωπᾶν*. Est pleonasmus oratorius. SCHAEFER.

P. 355. v. 7. *ἤμελλον*] Vulg. *ἔμελλον. ἤμελλον* August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 355. v. 8. *μήτε*] *μὴ* Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 8. *Φιλίππου*] *τοῦ Φιλίππου* Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. Articulum addidit Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 9. *μήτε*] *μηδὲ* Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 12. *τοσοῦτον*] *τοσοῦτο* Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 13. *ἀναμιμνήσκεσθε*] *ἀναμνήσκεσθε* August. primus, editiones Aldi et P. Manutii, index Lambini, Bavaricus. REISK.

P. 355. v. 13. *ταῦτα*] quae nempe Aeschines blaterat. REISK.

P. 355. v. 13. *οὔτε οἶδα*] *οὔτ' οἶδα* Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 13. κοινωνῶ] S. τούτων. Verba diversae constructionis coniuncta eodem casu. Nam τὸ κοινωνῶ dativo et genitivo fere iungitur, ut in Aristogit. μηδένα μηδενὸς τούτῳ κοινωνεῖν. Illud autem, κοινωνίαν κοινωνεῖν, communis Atticismus est, non propria verbi constructio. Mox v. 15. τραχέως δὲ, et v. 16. καὶ ὅπως γε, ὦ ἄνδρες. WOLF.

P. 355. v. 15. τραχέως] Pro ταχέως MS. τραχέως. Quam ego veram lectionem esse puto. Est enim referendum ad sequens participium σχόντων. aspere, acerbe ferentibus vobis, etc. Proclivis autem lapsus librarii fuit ex τραχέως in ταχέως, unica omissa litera ρ. OBSOP. γρ. τραχέως margo Altemps. Ask. TAYLOR. ταχέως Paris. septimus, Aldus. Sed corrigunt ad modum vulgatae Lessing. et Weimaran. REISK.

P. 355. v. 16. ἐπὶ] Abest a Paris. primo et quarto, item August. primo. REISK.

P. 355. v. 16. σχόντων] ἐχόντων Paris. primus et sextus, August. primus et secundus, Bavaricus. REISK.

P. 355. v. 16. Καὶ ὅπως —] Id est, Καὶ ὁρᾶτε, ὅπως —. etiam, *Videte quaeso, inquam, cives, et operam date, ut —.* REISK.

P. 355. v. 17. γίγνηται] γένηται margo Lutetianae, tacito auctore. γίγνεται Aldina Taylori. REISK.

P. 355. v. 17. τούτους μὲν] Vulg. τούτους. Addunt μὲν Paris. primus, quartus, quintus, septimus, August. primus et secundus. μὲν addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 17. ἐπαινέσετε] ἐπαινέσεσθε Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. Recte ἐπαινέσεσθε Bekker. V. Plato III. 1. p. 99, 5. 105, 7. 177, 17. III. 2. p. 302, 18. Xenophon Hellen. III. 2. 6. f. Idem Anab. I. 4. 16. ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει. Schneiderus: „Zeune malebat ἐπαινέσετε scriptum, quod et ipse probo." Vulgata si non est ferenda, quod videtur posse addubitari, malim ἐπαινέσεσθε. Etiam in Plutarcho T. III. p. 851. R. ἐπαινέσεις mutem in ἐπαινέσει, coll. p. 823. SCHAEFER.

P. 355. v. 18. κἄν τι τῶν ἐναντίων] Scilicet γίγνηται. REISK.

P. 355. v. 20. ἀφίσταμαι] οὐ κοινωνῶ, ut v. 13. SCHAEFER.

P. 355. v. 20. Μὴ νῦν — προσποιήσῃ] Sententia est: Haud equidem veto te, Demosthene, nunc dedicere et eiurare communionem et conscientiam harum rerum. Sed rursus nolim tunc te tibi earum participationem arrogare, cum exitum sortita erunt. Quasi si sic dixisset: μὴ νῦν μὲν ἀφίστασο, τότε δὲ προσποιοῦ; quod idem est atque νῦν μὲν ἀφίστασο, τότε δ' αὖ μὴ προσποιοῦ. REISK. Sensum verborum intellexit; non intellexit rationem constructionis. Positâ, ut factum in Bekkeriana, ante ἀλλ' hypostigme, continuata haec verte: *Ne nunc — a communione te seiungas nisi sic* (hac conditione), *ut ne tunc* (quando res bene ce-

ciderint) *tibi quidquam adroges.* Idem παραφράζων sic dicas: *Μὴ νῦν ἀφίστασο ἄλλως ἢ ἐφ' ᾧτε τότε μὴ προσποιεῖσθαι.* SCHAEFER.

P. 355. v. 21. ὑπολαβὼν] Post ὑπολαβὼν addunt ἔφη Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Eius loco dant Paris. primus et quartus ὑπολαμβάνων. REISK. Addidit ἔφη Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 21. ἔφη] Hic omittunt Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 22. προσποιήσῃ] προσποιήσει Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 22. ἀδικήσω γε] ἀδικήσω τότε γ' Aldina Taylori. REISK. Vere Bekkerus ἢ ἀδικήσω γ' secutus librum optimum, qui sua Demostheni toties restituit. Vulgata est tam absurda, tam contraria menti Oratoris, ut nescias qui factum sit, ut tamdiu tolerari posset. Subaudi οὕτως ἀφίσταμαι. Hercle accipio conditionem: quod nisi faciam, sane ero iniustus. SCHAEFER.

P. 355. v. 22. ἐπαναστὰς] Simplicius ἀναστὰς dant Paris. primus et quartus, August. primus. REISK.

P. 355. v. 23. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 355. v. 23. Οὐδέν — θαυμαστὸν] οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστόν ἐστιν Aldina Taylori. REISK. οὐδέν, ἔφη, θαυμαστόν Bekker., deleto verbo ἐστιν. SCHAEFER.

P. 355. v. 25. εἰ μὴ] Vulg. μή. εἰ μὴ August. secundus. REISK. V. not. ad δοκεῖ v. sq. SCHAEFER.

P. 355. v. 25. ταὐτὰ] Vulg. ταῦτα. ταὐτὰ August. secundus, Bavaricus, Aldus. ταῦτα καὶ ἐμοὶ Aldina Taylori. Ut ταῦτα cum ταὐτὰ mutaretur, prorsus necessarium factu erat. REISK.

P. 355. v. 26. δοκεῖ] Vulg. δοκεῖν. δοκεῖ August. secundus. Ut bona et proba constructio accusativi cum infinitivo mutaretur, nulla gravior mihi fuit causa, quam auctoritas probati codicis, unde dedi εἰ μὴ et δοκεῖ. REISK. μὴ — δοκεῖν revocavit Bekker. Idem sensus utriusque scripturae: nam etiam obliqua per infinitivum enuntiatio indicat conditionem. Quae causa est, cur μὴ, non οὐ, infinitivo iunctum sit. V. H. Stephani Thesaurus c. 6122. A. SCHAEFER.

P. 355. v. 26. οὗτος μὲν γὰρ] Vulg. οὗτος γάρ. οὗτος μὲν γὰρ August. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. μὲν addidi. REISK.

P. 355. v. 26. οὗτος μὲν γὰρ ὕδωρ] Si locum hunc legere potuisset poëta nostras Gay, vix, puto, eloquentiam Demosthenis caluisse mero affirmasset.

„*thou — with eloquence profound,*
And arguments convictive, didst enforce
Fam'd Tully, and Demosthenes renown'd."

Gay, On wine. v. 92. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 224.

P. 355. v. 27. δὴ] δὲ Paris. primus. REISK.

P. 355. v. 27. δίδωσι] Scilicet τῷ γραμματεῖ πρὸς τὸ δημοσίᾳ ἀναγινώσκειν. scribae in manus dat ad recitandum in concione rogationem a se conscriptam. REISK.

P. 355. v. 27. γράψας] γράψαι Aldus, P. Manutius. Sed vulgatam dat Aldina Taylori. REISK.

P. 355. v. 28. ἀκοῦσαι — οὑτωσὶ] si sic obiter audias nec simul diligenter perpendas τὰς περιστάσεις. V. Melet. Crit. p. 80. meaque in H. Stephani Thesauro c. 1739. A. SCHAEFER.

P. 355. v. 28. ἀκοῦσαι — ἐπειδὰν δὲ —] In tribus editionibus conversionis meae sic legitur: *Hic enim orationis ordo perquam opportunus est.* Quae verba nescio quomodo irrepserint in eorum locum, quae sunt in Graeco: *nam obiter quidem auditu sane praeclarum est; sed si quis* etc. Nisi forte in Veneta editione Feliciani, quam nunc ad manum non habeo, scriptum fuit: αὕτη γὰρ ἡ τάξις τοῦ λόγου πάνυ καλῶς ἔχει. Sic enim lego pro παγκάλως. Sed Hervagiana vetus magis probatur. WOLF. πάνυ καλῶς plerique e nostris. TAYLOR.

P. 355. v. 28. οὑτωσὶ] οὕτως εἰ Paris. primus. REISK.

P. 355. v. 28. παγκάλως] πάνυ καλῶς Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 356. v. 1. συλλογίσηταί] Ita recte reposuit Wolfius et coniecit Lambinus pro συλλογήσηταί Parisiensium. Ulpianus enim modo: ἐκ τῶν χρόνων βούλεται συλλογίσασθαι τὴν ἀπόδειξιν. TAYLOR. Vulg. συλλογήσηταί. συλλογίσηταί August. primus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius, index Lambini, omnes omnino libri: de quo nullus dubito. Et sic correxi. REISK.

P. 356. v. 2. ὑποσχέσεις] ὑποθέσεις Paris. septimus. REISK.

P. 356. v. 2. οὗτος ὑπισχνεῖτο] ὑπισχνεῖτο μὲν οὗτος August. secundus. REISK.

P. 356. v. 3. μόνον οὐκ] μονονουχὶ Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 356. v. 6. ἐπαίνων] quibus nempe Philippus a nobis extollitur. REISK.

P. 356. v. 7. καὶ ὅσης εὐφημίας] Pleonasmus oratorius: neque enim differt ab antegresso ὅσων ἐπαίνων. V. Pollux V. 117. SCHAEFER.

P. 356. v. 7. καὶ τὴν εἰρήνην —] Id est: ὁρᾶτε, ὅτι τὸ ψήφισμα λέγει τὴν εἰρήνην —. videtis, cives, etiam hoc, Philocratis rogationem sancire, ut, quam pacem Philippus vobiscum contraxerit, eadem nepotibus quoque cum vestris tum ipsius rata stabilisque sit. REISK.

P. 356. v. 8. ἐγγόνοις] M. ἐκγόνοις. Etsi non adeo multum interest. WOLF. ἐγγόνοις Benenatus et editi. Codices tamen α. δ. ε. Ask. Lind. Obsop. Harl. et MSS. Felician. uti maluit Wolfius. Ita

exaratur infra p. 358, 12. et 26. 368, 21. 440, 24. Ita etiam in Orat. c. Neaer. c. Macartat. Philipp. II. de Corona et Epist. Philipp. Vide cl. D' Orvillium ad Chariton. Aphrodis. p. 209. [327. ed. Lips.]. TAYLOR. *ἐκγόνοις* August. primus, secundus, editio P. Manutii, index Feliciani. REISK.

P. 356. v. 10. *ἐπαινέσαι*] Rursus ad h. v. subaudiendum est hoc: *λέγει* vel *φησὶ τὸ ψήφισμα.* etiam istud videtis, praecipi ab illa rogatione, ut vos Philippum laudetis. REISK.

P. 356. v. 11. [*γε*]] Omittunt Paris. primus et quartus, August. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 356. v. 12. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* August. primus. REISK.

P. 356. v. 12. *ὑμῖν χαρίσαιτο*] *χαρίσαιτο ὑμῖν* August. secundus. REISK.

P. 356. v. 18. *Ἀθηναίων*] *τῶν Ἀθηναίων* Paris. primus et septimus. REISK.

P. 356. v. 18. *διακωλύοντας*] *διακωλύσοντας* August. primus et secundus: sed in primo erat *σ* prius a nova manu adscriptum. REISK.

P. 356. v. 18. *ταῦτα*] [*αὐτά.*] Forte *αὐτό.* S. *τὸ πρᾶγμα.* *ἢ αὐτὴν, τὴν παράδοσιν τοῦ ἱεροῦ τοῖς Ἀμφικτύοσι.* WOLF. *ταῦτα* Ven. Ital. Regg. *α. ζ.* Lind. Harl. TAYLOR. Vulg. *αὐτά. ταῦτα* August. primus et secundus, margo Bavarici cum *γρ.* Ald. Tayl. Praetuli *ταῦτα.* REISK.

P. 356. v. 19. *ὑμῶν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 356. v. 21. *καὶ προῃσθημένων*] *οὐ προῃσθημένων* Ven. Quod non temere scriptum aut casu excidisse a librario existimo, veruntamen non admitto esse a Demosthene. TAYLOR. *οὐ προῃσθημένων* Aldina Taylori. *καὶ προῃσθημένων* est sive *quamvis praesensissent* sive *quoniam praesensissent.* Altera illa lectio, *οὐ προῃσθημένων,* specie non caret. Verumtamen orator ipse priori, particulam infitiantem omittenti, calculum addit ipse suum infra p. 365, 12., ubi disertis verbis ait: *ἐπειδὴ δὲ ἧκεν εἰς Πύλας, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι τὴν ἐνέδραν ὑπεχώρησαν.* REISK.

P. 356. v. 21. *οὐδενὸς — πλὴν — Θηβαίων*] Paulo post: *οὐ γὰρ ἦσαν αὐτόθι πλὴν Θηβαῖοι.* Sic fere *τὸ πλὴν* cum antecedente casu consentit. WOLF.

P. 356. v. 21. *παρόντος*] *παρόντων* Paris. primus et quartus, August. primus. REISK.

P. 356. v. 22. *εὐφημότατ' ἀνθρώπων*] *ἀντὶ τοῦ πάντων εὐφημότατα.* WOLF. Lambinus auguratur *εὐφημότατα ἀνθρώποις τούτοις παραδοῦναι γέγραφε.* Atque adiuvatur in ea coniectura auctoritate Cod. Lind. TAYLOR. *εὐφημότατ' ἀνθρώπων* bene habet. Sententia est: tam honesta, tam praeclara, tam fucata et ad fallendum scite probabiliterque composita, ut alius hominum omnium nullus comminisci possit orationem magis omni ex parte re-

prehensionis vacuam, magis comitatis et honestatis plenam, quamquam reapse mera fuit impostura, nitore verborum scelus occultans deterrimum. REISK. Frequentissimae sunt tales formulae cum genitivo *ἀνθρώπων* significantes superlationem. V. quos citavi in H. Stephani Thesauro c. 2061. B. SCHAEFER.

P. 356. v. 23. *ἀνθρώπων*] *ἀνθρώποις* Lindenbr. index Lambini. REISK.

P. 356. v. 23. *γέγραφε παραδοῦναι*] *παραδοῦναι γέγραφε* Bekker. SCHAEFER.

P. 356. v. 25. *παραδοῦναι — ἀλλ'—*] Bekkerus, deletâ post *παραδοῦναι* interpunctione, *ποίοις; οὐ — Θετταλοί* inclusit signis parentheseos, ut quae parenthesin excipiunt *ἀλλ'* — antecedentibus continuata eâdem qua illa syntaxi regantur. Placet. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 356. v. 26. *ἀλλ' οὐδὲ συγκαλέσαι κ. τ. λ.*] Vide, annon praestet haec lectio e plurimis MSS. consarcinata? *ἀλλ' οὐ συγκαλέσαι δὲ ἔδει τοὺς Ἀμφικτύονας; Verum nonne oportuit convocare saltem Amphictyonas?* Deinde: *οὐδ' ἐπισχεῖν —; οὐδὲ βοηθεῖν Πρόξενον —; οὐδ' ἐξιέναι Ἀθηναίους; οὐδὲ τοιοῦτον οὐδέν. Ne minimum horum omnium.* TAYLOR. Vulg. *ἀλλ' οὐδὲ συγκαλέσαι τοὺς Ἀμφικτύονας. ἀλλ' οὐ συγκαλέσαι δὲ τοὺς Ἀ.* Paris. primus, August. primus. *ἀλλ' οὐδὲ συγκαλέσαι ἔδει τοὺς Ἀ.* Bavaricus, Lessing. Ald. Tayl. Verum etiam post *ἐπισχεῖν* iterato addit Ald. Tayl. *ἔδει. ἔδει* addidi. Philocratis rogatio nullam imponebat necessitatem convocandi Amphictyonas, *man brauchte nicht zusammen zu berufen:* vel potius, interdicebat ea providentia, vetabat illam cautionem, *man durfte nicht, man sollte nicht:* ut *οὐκ ἔδει* idem sit atque *οὐκ ἐξῆν*. Qui *ἔδει* omittunt, hi e praemissis *γέγραφε* repetunt. Philocrates in rogatione sua nullam fecit mentionem convocationis Amphictyonum. REISK. *ἀλλ' οὐ συγκαλέσαι δὲ τοὺς Ἀμφικτύονας* Bekker. Malim, etiam libris non nolentibus (v. varr. lectt. Bekk.): *ἀλλ' οὐ συγκαλέσαι τοὺς Ἀ.*: ut ad *οὐ* ex antegressis subaudiatur *γράψας*. *ἀλλ' οὐ — δὲ* non memini legere: quanquam fateor talem particularum complexum non videri absonum esse. Formula enim *ἀλλὰ — δὲ* ut sit e rarioribus, tamen passim occurrit. Xenophon Oecon. XI. 22. *Ἀλλὰ καὶ ἔμελλον δὲ ἐγὼ —*. Sic in Homeri Il. XX. 228. legam cum Aristarcho: *ἀλλ' ὅτε δὲ σκιρτῷεν —*. V. Heynius T. VIII. p. 56. — Articulus ante *Ἀμφικτύονας* in Reiskiana videtur per typothetae negligentiam excidisse. SCHAEFER.

P. 356. v. 28. *τοιοῦτον*] *τοιοῦτ'* Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. *τοιοῦτ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 356. v. 28. *καίτοι καὶ ἐπιστολὰς κ. τ. λ.*] Haec et quae sequuntur verba sunt verba adversarii, qui hac ratione se tueri conatur. *Atqui* (dicet scilicet Aeschines) *literas binas misit Philippus, quae vocarent vos.* Hucusque ille. Punge igitur ad ista

verba. Deinde regerit Demosthenes: Οὐχ ἵνα ἐξέλθοιτε. πώμαλα. In ea fere mente est Ulpianus quoque, quem praeterea consulere de voce πώμαλα operae erit pretium, ut conferantur ea, quae illic habet, cum iis, quae protulere de ista voce Suidas, Harpocratio, Thomas Magister [p. 768.] etc. ad hunc locum Demosthenis respicientes. TAYLOR. καίτοι καὶ — καλούσας ὑμᾶς est hypophora, ficta oppositio. Atqui vos tamen Philippus binis literis evocavit? Occurrit orator: οὐχ ἵν' ἐξέλθητε —. Atqui non eo profecto scriptis, quo vos exiretis. Nequaquam. Non enim vos hoc temporis articulo vocasset, nisi iam dudum ante vobis praeripuisset opportunitates exeundi, h. e. nisi nosset, in potestate vestra non esse in castra exire, cum ipse vobis potestatem eius rei tum eripuisset, cum pestiferas illas fraudes cum legatis vestris composuisset. Opponit inter se τότε et τηνικαῦτα, *tum temporis*, cum vobis adhuc liceret exire, et *nunc*, cum negatum id vobis est. REISK. Nulla, quod sciam, hypophora a particula καίτοι orditur. Demosthenes haec dicit e sua ipsius persona, sensusque verborum est: Quanquam fateor binas Philippum litteras misisse, quae vos vocarent. At quo consilio misit? Profecto non ut —; sed ut —. SCHAEFER.

P. 357. v. 2. ἐξέλθητε] Recte ἐξέλθοιτε Bekker. Docent optativi v. 8. et 11. SCHAEFER.

P. 357. v. 2. πώμαλα;] Addidi signum interrogandi. Interrogativam esse vocem arguit ipsa eius compositio, de qua v. Anecd. Bekk. p. 604, 8. In iisdem p. 193, 4. ante πάνυ excidit οὐ. SCHAEFER.

P. 357. v. 2. οὐ γὰρ — ἀνελὼν] Vulg. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοὺς χρόνους ἀνελών. Refinxi ad mentem meam: οὐ γὰρ ἄν, τότε τοὺς χρόνους οὐκ ἀνελών. Particulam infitiantem addi necessarium erat, quia alias sententia exsisteret inconsentanea et sibi repugnans. REISK. Commentum suum interpretatur Reiskius ad p. 356, 28. Quod falsitatis convincit ipsum illud οὐκ, pro quo Demosthenes, hoc si voluisset, scripturus erat μή. Bene igitur Bekkerus restituit quod ante Reiskium vulgabatur, οὐ γὰρ ἄν ποτε τοὺς χρόνους ἀνελών, —. Sensus: neque enim tunc, cum non poteratis in castra exire, vos vocasset, ut qui olim, quo tempore potuissetis, vobis eripuisset opportunitatem exeundi. SCHAEFER.

P. 357. v. 3. τηνικαῦτα] τηνικαῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 357. v. 5. ἀποπλεῖν] ἀποπεσεῖν margo Lutetianae, tacito auctore. REISK.

P. 357. v. 5. τοιαυτὶ] τοιαῦτα Paris. primus et secundus, August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. Bene τοιαῦτα Bekker. Ubi enim explicatur pronomen ut hic (ἐξ ὧν ἥκιστα κ. τ. λ.), littera demonstrativa locum non habet. SCHAEFER.

P. 357. v. 6. προσέταττεν] Subaudi: si bona fide vos ad se

invitasset aut expeditionem castrensem hortatus esset. Sed merus hic erat mimus, merae praestigiae, subsannatio vestri. REISK.

P. 357. v. 6. ἥκιστα] ἥκισθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 357. v. 6. ἠμέλλετ'] Vulg. ἐμέλλετε. ἠμέλλετ' August. primus. REISK.

P. 357. v. 7. ἀλλ' ἵνα —] Id est: imo vero binas illas mimicas literas Philippus eo ad vos misit, quo —. REISK.

P. 357. v. 7. ἵνα, ἃ] [ἵνα.] ἵν' ἃ. WOLF.

P. 357. v. 7. ἠβούλεσθε] Vulg. ἐβούλεσθε. ἠβούλεσθε August. primus. REISK.

P. 357. v. 8. ψηφίσαισθε] ψηφίσησθε Paris. quintus et septimus, August. primus et secundus. REISK.

P. 357. v. 8. ἀμύνοιντο] ἀμύναιντο Aldina Taylori in optat. aor. 1. REISK. Vulgata, quae est optativus imperfecti, recte habet. SCHAEFER.

P. 357. v. 10. ἐπί τι] Vulg. ἐπὶ. τι de meo addidi. ἐπί τι, subaudi μέρος vel μῆκος τοῦ χρόνου, *aliquatenus*, *aliquantisper*. REISK. Iure τι delevit Bekker. ὑπό τι novimus: non item ἐπί τι. Weiskius de Hyperb. II. p. 15.: „Mihi ἔτι legendum videtur, quod vim habet invidiosam: *ne Phocenses resisterent amplius, sed continuo se dederent.*" Neque ἔτι probo, nec video quid invidiosi hoc in adverbio insit. SCHAEFER.

P. 357. v. 10. ἐπανέχοντες] [ἐπέχοντες.] Iudicii plena sunt, quae habet, sive Budaeus sit, sive H. Stephanus, Thes. Graec. T. I. c. 1336. Igitur exscribo. „ἐπανέχοντες habet interpres Demosthenis, et in MSto sic legimus, licet in vulgatis ἐπέχοντες legatur. ἐπανέχοντες enim dixit ἀντὶ τοῦ θαῤῥοῦντες, ἐμμένοντες, ἐπαναπαυόμενοι, ἰσχυριζόμενοι, στηριζόμενοι, στέργοντες, *incumbentes, acquiescentes.*" ἐπανέχοντες Cant. Bodl. Aug. Ital. cum Lutetianis. TAYLOR. ἔχοντες simplex August. secundus. ἐπέχοντες Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius, Taylorus. Vulgatam dat August. primus. ἐπανέχειν ἐλπίσιν, *auf seiner Hoffnung laviren*, commorari in spe sua, nec ab ea discedere, sed in ea velut aestuare, fluctuare, ut navis intra breve spatium loci iisdem in undis discursitans neque multum proficiens, aut ad ancoram stans et secundum ventum aliudve aliquid exspectans. REISK. Aliter Ind. Graecit. p. 223. Similis locutio Luciani T. I. p. 662. Amstel. ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἐραστὴν ἔχουσι, quam non fuit cur tentarem Melet. Crit. p. 92. SCHAEFER.

P. 357. v. 11. ἅπαντες] F. ἁπάντων. p. 358, 15. MARKLAND. ἅπαντας Ven. Bodl. Ital. ἅπαντα Reg. α. cum Aug. et Harl. TAYLOR. ἅπαντα August. primus. ἅπαντας Aldina Taylori. ἅπαντες confirmatur p. 360, 11. REISK. Bene ἅπαντα Bekker. Conf. p. 358, 13. SCHAEFER.

P. 357. v. 11. αὐτὰς] Abest ab August. primo. REISK.

P. 357. v. 15. ἤδη] *nunc demum, nun erst, erst jetzt.* V. Ind. Graecit. p. 268. SCHAEFER.

P. 357. v. 16. τούτοις] Scilicet *Αἰσχίνῃ καὶ Φιλοκράτει.* An τούτοις συνειπεῖν? S. τοῖς ὑπὸ Φιλίππου ἐπεσταλμένοις. WOLF. Aeschini, Philocrati et consortibus. REISK. Recte interpretatur; nec fuit cur Wolfius ambigeret. SCHAEFER.

P. 357. v. 16. δ'] Abest ab August. primo et secundo, Bavarico, editionibus Aldi et P. Manutii. REISK.

P. 357. v. 16. τούτων] Scilic. scriptorum his in literis. REISK.

P. 357. v. 16. τί ἄλλο] Vulg. τί δ' ἄλλο. Sustuli particulam. REISK.

P. 357. v. 17. ἐξέλθοιτε] [ἐπεξέλθοιτε.] Omnino ἐξέλθοιτε cum Ven. et Reg. α., vel ἐξέλθητε, uti Harl. et Ital. Ratio patebit ex Wolfii interpretatione. TAYLOR. Vulg. ἐπεξέλθοιτε. ἐξέλθοιτε Bavaricus, Aldina Taylori. ἐξέλθητε August. primus et secundus. Primam syllabam detraxi. *exiretis in castra.* Nam ἐπεξέρχεσθαι est *iniuriam oblatam, scelus ulcisci, persequi.* REISK.

P. 357. v. 17. καὶ τὸν Πρόξενον — εὐθέως βοηθεῖν] Verba sic ordina: καὶ [προσῆκε τούτοις] γράφειν, τὸν Πρόξενον βοηθεῖν εὐθέως, s. τοῖς Φωκεῦσι, pro ὅπως ὁ Πρόξενος βοηθῇ. WOLF. decebat eos rogationem a se conscriptam ad vos ferre, qua Proxenus iuberetur Phocensibus succurrere. REISK.

P. 357. v. 18. πάντα — πεποιηκότες] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 10. SCHAEFER.

P. 357. v. 20. ἐπέστελλε] ἐπέστελλον Paris. primus. ἐπέστειλε Paris. quintus. REISK.

P. 357. v. 22. ἐπύθοντο] [ἐπείθοντο.] Forte ἐπύθοντο a πυνθάνομαι, ut paulo post. τὰ παρ' ὑμῶν, id est, τὰ ὑμέτερα ψηφίσματα, τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεγνωσμένα. Post [v. 25.] τὴν ἀπαγγελίαν. WOLF. ἐπύθοντο omnium fere Codd. est. Alterum solummodo venerat ex incuria typothetae. Proxime autem Obsopoei quidem Cod. cum Wolfio consentit, ἐπαγγελίαν tamen retinent plures. Alibi meam exposui sententiam. TAYLOR. ἐπείθοντο Aldus. REISK.

P. 357. v. 23. τό τε ψήφισμα] Vulg. τὸ ψήφισμα. τό τε ψήφισμα Paris. primus et septimus, August. primus et secundus. Interposui τε. REISK.

P. 357. v. 25. ἀπαγγελίαν] Vulg. ἐπαγγελίαν. ἀπαγγελίαν Pannon. Obsop. Lessing. editio P. Manutii, unde repetere potuit Weimaranus: et sic coniecit quoque Wolfius aut e Paulina hausit. Plures tamen vulgatam retinere testatur Taylorus. Correxi ἀπαγγελίαν. REISK. V. not. ad v. 22. SCHAEFER.

P. 357. v. 26. ἦσαν — ἔχοντες] Haec interrogative bene legi possunt, ut et ista mox: ἦσαν ἄλλοι — ᾤοντο; et: ἀλλὰ καὶ — εἰρήνην; MARKLAND. Cave assentiaris. SCHAEFER.

P. 357. v. 27. οὗτοι] οὗτοι stat in bivio, ut antrorsum re-

trorsumque vergat. Tu finge tibi, lector, sic esse exaratum: *καὶ νοῦν ἔχοντες οὗτοι* [*et hi quidem sapientes*]· *οὗτοι πιστεύειν ὑπήχθησαν* [*hi ad credendum adducebantur*]. Non ideo tamen auctor sim literis expressis idem vocabulum exarandi. REISK. Non stat in bivio: manifesto enim antrorsum vergit. Conf. p. 358, 6. et 12. SCHAEFER.

P. 357. v. 28. *ὑπήχθησαν*] *ἐπήχθησαν* Paris. septimus. REISK.

P. 358. v. 1. *γε*] Abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 358. v. 2. *Ἀθηναίους*] Dictum significanter. homines, ut Athenienses, tam acutos solertesque, nihil ut eos fraudulentae machinationis fugere posset. SCHAEFER.

P. 358. v. 2. *τολμῆσαι*] *τολμᾷν* Paris. primus et quartus. REISK.

P. 358. v. 3. *Θηβαίοις*] *Ἀθηναίοις* margo Lutetianae, tacito auctore. REISK.

P. 358. v. 3. *οὐχ αὐτοῖς*] Vulg. *οὐκ αὐτοῖς*. *οὐχ αὐτοῖς* August. primus. REISK.

P. 358. v. 5. *ὄλεθρον*] Malim cum articulo *τὸν ὄλεθρον*. REISK. Articulo facile caremus. SCHAEFER.

P. 358. v. 5. *ἀμύνεσθαι*] [*ἀμύνασθαι.*] F. *ἀμύνεσθαι.* MARKLAND. Ita Ven. Harl. et Lutetiani Codd. *α. ζ.* TAYLOR. Vulg. *ἀμύνασθαι*. *ἀμύνεσθαι* Bavaricus, August. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 358. v. 6. *τούτους*] *τοὺς* Aldina Taylori. REISK.

P. 358. v. 6. *τὸ τὸν — πεισθῆναι*] *τὸ ὑπάρχειν αὐτοῖς, τουτέστιν, ὅτι δυνατόν ἐστι, τὸν Φίλιππον πεισθῆναι, ὅπως ἂν αὐτοὺς σώσῃ*. WOLF. Lego *ὑπάρξειν αὐτοῖς*, *suum fore:* ut p. 377, 10. 384, 25. Alibi plenius dicitur *ὑπάρχειν φίλον τινὶ*, p. 383, 10. 384, 20. MARKLAND. Lego *τὸν Φίλιππον φίλον ὑπάρχειν* (vel *ὑπάρξειν* potius) *αὐτοῖς πεισθῆναι*. Nam vox ista post *Φίλιππον* facile excidere potuit, scriba properante vel dormitante. TAYLOR. *ὑπάρξειν* Paris. primus, August. primus et secundus. Subaudi *εὔνουν* vel *φίλον*, ne adde: sufficit enim merum verbum. *reddidit hoc eos molles et torpidos, quod persuasum ipsis esset, Philippum ipsis amicum et propitium esse.* REISK. V. not. ad p. 286, 8. *πεισθῆναι* Wolfius perperam, Reiskius recte interpretatus est. SCHAEFER.

P. 358. v. 7. *αὐτοῖς*] *αὑτοῖς* Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 7. *ποιήσωσιν*] Vulg. *ποιήσουσιν*. *ποιήσωσιν* August. primus. *ποιοῦσιν* Aldina Taylori. REISK. *ποιήσουσιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 10. *αὐτοῖς*] *αὑτοῖς* Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 11. *ἀλλὰ καὶ —*] Est obiectio, quae in continenti removetur in istis: *τούτοις, ὅτι —*. Atqui tamen erant penes Pho-

censes, quibus videretur futurum, ut poenitentia vestrae imprudentiae vos aliquando incesseret. Malim itaque *μεταμελήσειν* in futuro. REISK. Non obiectio est, sed transitus ad tertium inter Phocenses genus hominum, quod metus erat ne Philippo negotium facesseret. Hoc quomodo eluserint *οἱ μακεδονίζοντες*, ostendunt sequentia: *τούτοις, ὅτι* —. *μεταμέλειν* cave mutes. SCHAEFER.

P. 358. v. 12. *Φίλιππον*] *τὸν Φίλιππον* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 358. v. 12. *εἰρήνην. τούτοις, ὅτι*] August. primus sic interpungit: *εἰρήνην τούτοις. ὅτι* —. REISK.

P. 358. v. 12. *ἐκγόνοις*] *ἐγγόνοις* Aldus. REISK. *ἐγγόνοις* Bekker. V. not. ad p. 356, 8. SCHAEFER.

P. 358. v. 13. *ἐψηφίσασθε*] *ἐπεψήφισθε* Paris. septimus, non male, sive ab *ἐπιψηφίζομαι* repetatur, sive a simplici *ψηφίζομαι*, ut sit plusquamperfectum. REISK. Male: nam si repetas a simplici, diplasiasmo locus non est; sin a composito, *ἐπιψηφίζομαι* hoc sensu non dicitur. Fallitur enim Reiskius ad p. 378, 27. V. Schneiderus ad Xenophont. Anabas. VII. 3, 14. 6, 14. *ἐψηφίσασθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 13. *ἐπέδειξαν*] *ἀπέδειξαν* Bavaricus. *ἐπέδειξαν*, alii, quicunque id fecerunt, quod istis essent sapientiores. Non nominatur, qui fecerit. REISK. Intelligenda, ut arbitror, factio Macedonica. SCHAEFER.

P. 358. v. 13. *ὑμῶν*] *ὑμῖν* August. primus. REISK.

P. 358. v. 13. *ἀπογνωσθῆναι*] *ἀναγνωσθῆναι* August. secundus. REISK.

P. 358. v. 14. *ταῦτα πάντα*] *ἅπαντα ταῦτα* Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 14. *οὗτοι*] Omittunt Paris. primus et septimus, August. primus et secundus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 358. v. 16. *τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα κ. τ. λ.*] Aristides de D. C. p. 214. *ἵνα δ' ἔτι σαφέστερόν σοι γένηται, ὁποῖόν τί ἐστι τὸ διὰ μέσου ἐμβαλεῖν πλείω νοήματα, ἐκεῖνο σαφέστατον παράδειγμα ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα θνητὸν — ἓν νόημα ἐκ προσώπου — καὶ διὰ καιρούς τινας ἰσχύοντα, γράφοντα εἰρήνην ἀθάνατον, συνθέσθαι τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην — τὸ πρᾶγμα τὸ γινόμενον. τὸ δ' ἐπ' αὐτῷ καὶ οὔπω ἀπήρτισται, ἀλλ' ἐπεμβάλλει πάλιν· πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν* —. Sed hic rursus locus aliunde petitus est, scilicet e p. 381, 23. Quare suspicor, post *ἐπεμβάλλει* deesse: *νῦν τὸ πέρας· πῶς οὐχὶ πάνδεινον;* Tum sequitur novum exemplum: *καὶ πάλιν* —. REISK. Nihil videtur in Technico excidisse, dummodo post *ἐπεμβάλλει* plene interpungas. SCHAEFER.

P. 358. v. 17. *ἀθάνατον*] Pessime haec ad hunc usque diem intelligebantur. Nec tamen laborant nisi mala interpunctione. *ἀθάνατον* oportet non ad vocem *εἰρήνην*, ut vulgo solet fieri, sed

ad *αἰσχύνην* accommodari. Lege itaque: *τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα θνητὸν — γράφοντας εἰρήνην, ἀθάνατον συνθέσθαι τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην κ. τ. λ. Vos, ubi cum viro* mortali *pacem decerneretis,* immortale *civitatis vestrae opprobrium pacisci* — *πῶς οὐχὶ πάνδεινόν ἐστι;* Confirmat hoc vis et vehementia totius periodi. TAYLOR. Editio P. Manutii sic dat interpunctum: — *εἰρήνην ἀθάνατον, συνθέσθαι* —. Suspicatus aliquando sum legendum esse: *γράφοντας εἰρήνην ἀθάνατον* [condentes pacem aeternam, nunquam desituram] *ἀθάνατον συνθέσθαι* — [immortale civitati dedecus condere]. REISK. Reiskius verba duo *γράφοντας εἰρήνην* inclusit subdistinctionibus. SCHAEFER.

P. 358. v. 17. *τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην*] *μεγάλα — κατ' ἐκείνου φαίνοιτ' ἂν ὀνείδη* p. 19, 7. SCHAEFER.

P. 358. v. 18. *τῶν ἄλλων*] Vulg. *τῶν παρὰ τῶν ἄλλων*. Secundum vocabulum cum tertio omittunt Paris. primus et septimus, August. primus et secundus. *τῶν* primum abest a Bavarico. Vulgatae sensus: beneficiis et ornamentis ab aliis, diis hominibusque, in eam collatis. Praetuli *τῶν ἄλλων*, omissis duobus vocabulis intermediis, nunc non facturus: nam vulgata vitio carebat. In hac nova lectione subaudiri debet *γερῶν* vel *κλεῶν*, *laudibus*, *decoribus*. REISK. Bekkerus Reiskii scripturam servavit, quae mihi quoque probatur. *ceteris rebus*. Nihil subaudiendum. SCHAEFER.

P. 358. v. 21. *χρήσασθαι*] *χρῆσθαι* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 358. v. 21. *τοὺς ὄντας Ἀθηναίους*] *Athenienses qui nunc vivunt*. V. not. ad p. 69, 23. SCHAEFER.

P. 358. v. 25. *ὑπεμείνατ'*] *ὑπεμείνετ'* (sic) August. primus. REISK.

P. 358. v. 25. *ὕστερον*] postmodum, temporibus insecutis, post eos Phocidis caeteraeque Graeciae casus, qui post conditam et signatam a Philocrate pacem evenerunt. REISK. Fallitur: nam ante Phocensium interitum haec verba formulae foederis in cumulum addita sunt. Docent quae supra v. 12. s. leguntur. Conf. p. 368, 22. SCHAEFER.

P. 358. v. 26. *ἐκγόνοις*] *ἐγγόνοις* Aldus, Bavaricus. REISK. *ἐγγόνοις* Bekker. V. not. ad p. 356, 8. SCHAEFER.

P. 358. v. 26. *ὑποσχέσεσι*] *ὑποθέσεσι* Paris. septimus. REISK.

P. 358. v. 28. *αὐτοὺς*] *ἑαυτοὺς* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 359. v. 3. *τοὺς χρόνους — λογιοῦμαι*] Calculus hic lectorem meum non morabitur, si subnectam calendarii Attici particulam resque a Demosthene relatas in ea quasi tabella pictas.

I. *Πρώτη ἱσταμένου.*
II. *Δευτέρα.*
III. *Τρίτη.*

IV. *Τετάρτη.*
V. *Πέμπτη.*
VI. *Ἕκτη.*
VII. *Ἑβδόμη.*
VIII. *Ὀγδόη.*
IX. *Ἐνάτη.*
X. *Δεκάτη.*
XI. *Πρώτη μεσοῦντος* vel *ἐπὶ δέκα.*
XII. *Δευτέρα.*
XIII. *Τρίτη.* Reversi Athenas legati. Demosth. v. 10.
XIV. *Τετάρτη.*
XV. *Πέμπτη.*
XVI. *Ἕκτη.* Senatus habitus. v. 16. Renunciatur legatio.
XVII. *Ἑβδόμη.*
XVIII. *Ὀγδόη.*
XIX. *Ἐνάτη.*
XX. *Εἰκάς.* Hoc die ponit Demosthenes decreta Atheniensium renunciari potuisse Phocensibus v. 22.
XXI. *Δεκάτη φθίνοντος.*
XXII. *Ἐνάτη.*
XXIII. *Ὀγδόη.* Foedus. Interitus Phocensium. v. 25.
XXIV. *Ἑβδόμη.*
XXV. *Ἕκτη.*
XXVI. *Πέμπτη.*
XXVII. *Τετάρτη.* Senatus in Piraeo. Auditur Athenis clades Phocensium. v. 27.
XXVIII. *Τρίτη.*
XXIX. *Δευτέρα.*
XXX. *Ἕνη καὶ νέα.*

Vir doctissimus Vincent. Contarenus huic rei impendit Variar. suarum Lectionum Cap. XVII., quem iuvabit consulere cum ob rationes temporis probe subductas, tum quod historiam huius Orationis in initio Capitis breviter et luculente describit. Adde eruditissimum virum, Edoard. Corsinium in Fastis Attic. Dissert. II. n. XV. TAYLOR.

P. 359. v. 5. *τούτων*] *τούτῳ* Paris. septimus, August. secundus. Designat Aeschinis sodalitium. REISK.

P. 359. v. 6. *εἰπάτω*] Bekkerus: „*εἰπέτω* pr. F." Vid. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 436. s. et Schneider. ad Xenophont. Memor. III. 6. 3. De accentu secundae personae, *εἰπόν* an *εἶπον* scribi praestet, dubitationem movit Lobeckius ad Phrynich. pag. 348. Conf. Buttmannus ad Platon. Dial. IV p. 70. ss. et Meinekius ad Theocrit. p. 147. s. SCHAEFER.

P. 359. v. 7. *ἐνάτῃ*] *ἐννάτῃ* margo Lutetianae, auctore tacito. In Bavarico quoque sic fuerat primitus exaratum, sed alterum *ν* postmodum est erasum. REISK.

P. 359. v. 7. *δέκα*] *δεκάτῃ* Paris. secundus et quintus, August. secundus. REISK. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 359. v. 7. *ἐγένετο*] *ἐγίγνετο* Bavaricus. REISK.

P. 359. v. 8. *τρεῖς μῆνας ὅλους*] Ita infra pag. 390, 22. *τρεῖς μῆνας ὅλους ἀποδημήσαντες*. Et de Cor. pag. 235, 21. *οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας*. Quod si, ut certissime constat, peregre profecti sint legati post diem tertium Munychionis, (sit v. g. Martius mensis, et ita est praeterpropter,) redierunt die 13. Scirrhophorionis (vel Maii), errat noster in calculo. Sed in his rebus non exspectamus rigorem supputationis, licet vox *ὅλους*, *totos*, id exspectare permittat. Sufficit, si fuerit bimestre spatium et quod excurrit. Venia ea facile concedutur, praesertim si amplificandi studio id ab Oratore dicitur. Vid. Contaren. l. c. TAYLOR.

P. 359. v. 10. *σῶοι*] *σῷοι* Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 10. *δὲ*] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 359. v. 11. *δέκα*] Ita edidimus moti auctoritate Bodl. et Reg. *α.*, non *δεκάτῃ*, ut alii repraesentant. Modo dixerat eadem ratione *ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα*: quanquam et ibi obtinet apud vetusta quaedam exemplaria, uti *β. ε.*, *ἐνάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ*, sed corrupte, ut arbitror, et contra communem usum scribendi. Et similiter infra v. 16. *τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ* Codd. *β. δ. ε.* TAYLOR. Vulg. *δεκάτῃ*. *δέκα* August. primus, Bavaricus, sed cum vulgata in margine. Praetuli *δέκα* constantiae ergo. REISK.

P. 359. v. 12. *ἐν Πύλαις ὁ Φίλιππος*] *ὁ Φίλιππος ἐν Πύλαις* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 12. *ἐπηγγέλλετο*] Num *ἀπηγγέλλετο*, *nunciabantur?* REISK. Ne audias. SCHAEFER.

P. 359. v. 15. *πράγματα*] *πράγματ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 16. *ἀπώλεσαν*] *ἀπολωλέκεσαν* Paris. primus, August. primus e correctione. A vetusta manu supererant adhuc integrae literae *ἀπολωλ*: caetera erant erasa et iis a nova manu superscriptum *έκεσαν*. REISK.

P. 359. v. 17. *δέκα*] *δεκάτῃ* August. secundus. REISK. Vid. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 359. v. 17. *τοῦ Σκιροφοριῶνος ἐγίγνετο*] Vulg. *ἐγίγνετο τοῦ Σκιροφοριῶνος*. *τοῦ Σκιροφοριῶνος ἐγίνετο* August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. *ἐγίγνετο τοῦ Σκιροφοριῶνος* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 17. *Σκιροφοριῶνος*] Post h. v. addunt Paris. primus et August. primus voc. *μηνός*. REISK.

P. 359. v. 17. *ἀπὸ τοίνυν ταύτης κ. τ. λ.*] Aeschines *περὶ παραπρεσβ.* p. 299. *τί γὰρ ἄν τις τοιούτῳ πιστεύσειεν ἀνθρώπῳ, ὃς ἐγκεχείρηκε λέγειν, ὡς Φίλιππος οὐ τοῖς αὐτοῦ στρατηγήμασιν, ἀλλὰ ταῖς ἐμαῖς δημηγορίαις εἴσω Πυλῶν παρῆλθε; καὶ λογισμόν τινα ἡμερῶν συνηριθμεῖτο πρὸς ὑμᾶς, ἐν αἷς ἐγὼ μὲν ἀπήγγελλον τὴν πρεσβείαν, οἱ δὲ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου δρομοκήρυ-*

κες τἀνθένδε ἐκεῖσε διήγγελλον, πιστεύσαντες δὲ οἱ Φωκεῖς ἐμοὶ εἴσω Πυλῶν αὐτὸν παρεδέξαντο καὶ τὰς πόλεις τὰς αὐτῶν παρέδοσαν. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 224.

P. 359. v. 18. πεμπταῖα — γενέσθαι] τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῖς Φωκεῦσιν ἀπηγγέλθαι. Post [pag. 365, 1.] dicet: πέντε γεγόνασιν ἡμέραι μόναι, ἐν αἷς οὗτος ἀπήγγειλε τὰ ψευδῆ, ὑμεῖς ἐπιστεύσατε, οἱ Φωκεῖς ἐπύθοντο, ἐνέδωκαν ἑαυτοὺς, ἀπώλοντο. Sic autem numerabis: 16. 17. 18. 19. 20. WOLF.

P. 359. v. 18. τὰ] Vulg. καὶ τά. καὶ omittunt Paris. primus et septimus, August. primus et secundus, Bavaricus. Sustuli copulam. REISK.

P. 359. v. 20. καὶ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 359. v. 20. καὶ ἣν — εἰδέναι] Verba sic ordina: καὶ ἣν ἐπιμελὲς αὐτοῖς εἰδέναι, καὶ τί ἀπαγγελοῦσιν οὗτοι, καὶ τί ὑμεῖς ψηφιεῖσθε. WOLF.

P. 359. v. 21. ἀπαγγελοῦσιν] ἀπαγγέλλουσιν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 359. v. 21. ψηφιεῖσθε] ψηφιεῖσθαι P. Manutius. REISK. ψηφιεῖσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 25. ὑστέρα τοίνυν δεκάτῃ] Non ea, quam εἰκάδα modo dixit, sed a tempore habitae concionis. Retro autem numerat Demosthenes (ut opinor), ut ostendat, brevissimum tempus intercessisse inter pollicitationes Aeschinis et Phocense excidium. WOLF. Minime gentium. Progreditur noster in numerando ea, quae evenerunt post diem vigesimum. Id quod fiebat apud Athenienses ordine retrogrado. Quod quanquam plurimis notum est, non tamen gravabor verba Ulpiani ad hunc locum exscribere. Εἶτα, id est, post diem vigesimum, λοιπὸν ἐκ τῆς πρώτης καὶ εἰκάδος ἐξ ὑποστροφῆς λέγοντες τὴν πρώτην εἰκάδα (corrige τὴν πρώτην καὶ εἰκάδα) δεκάτην, καὶ τὴν δευτέραν (iterum corrige) ἐνάτην, καὶ τὴν τρίτην εἰκάδα (iterum) ὀγδόην, καὶ ὁμοίως οὕτως ἕως τῆς τριακάδος. Iam ab hoc computo recens ita Demosthenem eris interpretaturus. *Scirrhophorionis dies vigesimus: postridie vigesimus primus*, (Attico computo δεκάτῃ, scilicet μηνὸς φθίνοντος, cursu retrogrado,) *deinde vigesimus secundus, tertius: eo die factum est foedus.* Concordat interpretatio Etrusca: *A' venti adunque pogniamo —. Seguono poi i vent' uno, i ventidua, i ventitre.* Et similiter in sequentibus. Miror, haec tam protrita non vidisse Wolfium. Et qui haec non viderit, nae ille de tota hac supputatione et calculo Demosthenis nihil omnino intelliget. Ergo v. 27. τετράδι φθίνοντος tu interpreteris *die mensis vigesimo septimo*, non *decimo quarto*. et p. 360, 4. ὀγδόῃ, ἑβδόμῃ, ἕκτῃ, πέμπτῃ, τετρὰς ita expones: *Dies Scirrhophorionis vigesimus tertius — quartus — quintus — sextus — septimus*, vel τετρὰς φθίνοντος. Intervallum nimirum dierum quinque, quo sane utrin-

que contigit, ut et ea, quae Athenis gesta essent, rescirent Phocenses, et quae in Phocide, renunciarentur Athenis. TAYLOR.

P. 359. v. 25. *ταύτῃ ἐγίγνοντο αἱ σπονδαὶ*] Sub. *τῶν Φωκέων πρὸς Φίλιππον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν Ἀθήνησιν ἐκκλησίαν*, hoc est, 24. Maii, qui est *ἡ τετρὰς φθίνοντος*, vel *ἡ τετάρτη ἐπὶ εἰκάδι*, vel *ἡ ἑβδόμη φθίνοντος*. Sin a tempore supputes, quo Phocenses Atheniensem concionem cognoverunt, decimus inde dies erit 30. Maii, nonus 29., octavus 28. Ego dubitationem meam fateor. WOLF. Qui ea legerit, quae modo adnotavi, cum de hoc loco dubitare non sinam. TAYLOR.

P. 359. v. 25. *ἐγίγνοντο*] *ἐγίγνονθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 26. *πράγματα*] *πράγματ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 26. *ἀπολώλει*] Bekkerus: „*ἀπωλώλει* F. Y. s." V. not. ad p. 242, 10. SCHAEFER.

P. 359. v. 26. *εἶχε*] *εἶχεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 359. v. 26. *τῷ*] *ἀντὶ τοῦ τίνι σημείῳ*. WOLF.

P. 359. v. 27. *τῇ τετράδι φθίνοντος*] *τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ Σκιῤῥοφοριῶνος. τετρὰς* hic non significat quartam lunam, de qua proverbium *τῇ τετράδι γεγονέναι*, sed simpliciter *τὴν τετάρτην μετὰ τὴν εἰκάδα*, nisi forte a trigesimo die mensis sit retro numerandum. Ita cadet *ἡ τετρὰς* in 27. Maii, nec erit *ἡ τετάρτη φθίνοντος*. Fuit et *ἡ τετρὰς ἱσταμένου*, Mercurio sacra, id est, quartus cuiusque mensis dies seu pridie Nonas. Nomina illa decuriarum mensis, *ἱσταμένου* — *μεσοῦντος* — *φθίνοντος, ἀπιόντος ἢ λήγοντος*, satis nota sunt. Ulpiani autem huius loci enarratio corrupta et supputatio haec obscura est, quod non satis constat, mihi quidem, unde aut cur ordiatur ad hunc modum. Qua de ratione etiam in Orat. *περὶ συμμοριῶν* sum conquestus. *καὶ ἴσως πανούργημά τι ῥητορικὸν τῇ συγχύσει τῶν ἀριθμῶν ἐμβωλεύει* *). WOLF.

P. 359. v. 27. *τῇ τετράδι — ἐν Πειραιεῖ*] Vulg. *τῇ τετράδι φθίνοντος ἐκκλησιάζετε μὲν ὑμεῖς τότ' ἐν Πειραιεῖ*. Pro *μὲν* August. secundus habet *τόθ'*, tum *τότ'* proximum versu sequ. abest. Abest item *τότ'* ab August. primo, et forte quoque a Paris. primo, in quo fuisse videtur *μὲν ὑμεῖς ἐν τῷ Πειραιεῖ*: quamquam ex eo perperam est enotatum. In Bavarico est *ἐκκλησιάζετε μὲν τόθ' ὑμεῖς ἐν τῷ Πειραιεῖ*. Ald. Tayl. *μὲν τόθ' ὑμεῖς* dat. Vulgatae distinctionem qui sequuntur, ii utique recte *τότ'* omittunt. Ego vero post *φθίνοντος* punctum posui. Subaudi *τοῦτο δῆλον*. *e die XXVII. mensis nempe hoc constat.* Tum *τότ'* servavi, sed *γὰρ* de meo addidi. *tunc enim concionem habebatis in Piraeeo.* REISK. Interpunctio Reiskii non probanda. *τῇ τετράδι φθίνοντος ἠκκλη-*

---

*) Quid hoc monstri sibi vult? Scribendum, opinor, *ἐμφωλεύει*. SCHAEF.

σιάζετε μὲν τόθ' ὑμεῖς ἐν Πειραιεῖ Bekker. De augmento verbi ἐκκλησιάζειν v. not. ad pag. 315, 10. τότ' si absit, nemo requirat, SCHAEFER.

P. 360. v. 1. ἐν Πειραιεῖ] Alias ἡ Πνὺξ locus concionum fuit. Nunc in Piraeo portu, a quo utique navalia non longe abfuerunt. WOLF.

P. 360. v. 1. Δέρκυλλος] Δερκύλος (cum uno λ et penacute) August. secundus et Bavaricus. REISK. Δερκύλος Bekker. Vid. not. ad p. 379, 21. SCHAEFER.

P. 360. v. 2. πράγματα] πράγματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 3. πέμπτην ἡμέραν εἶναι ταύτην] Vulg. πέμπτην οὖν ἡμέραν εἶναι ταύτην. πέμπτην εἶναι ταύτην ἡμέραν August. primus. οὖν etiam ab August. secundo et Bavarico abest, item ab editionibus Aldi et P. Manutii. Expunxi particulam. REISK. πέμπτην εἶναι ταύτην ἡμέραν Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 4. ἐλογίζετο] ἐλογίζετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 4. ὀγδόη τοίνυν — πέμπτη] S. φθίνοντος. Hoc est: 23. 24. 25. 26. WOLF. Aliquando expergiscitur bonus homo et ad se redit. TAYLOR.

P. 360. v. 5. τετρὰς] Si τετάρτη φθίνοντος, est 27: sin τετρὰς ἢ τετάρτη ἐπὶ εἰκάδι, 24. WOLF. Prius verum. SCHAEFER.

P. 360. v. 5. αὐτὸ — πέμπτην] αὐτὸ, scilic. τὸ πρᾶγμα. *Res ipsa convenit.* Plene in Midiana pag. 517, 15. ὡς αὐτὸ τὸ πρᾶγμά μαρτυρεῖ. Vel τοὖργον, ut in Timocratea pag. 705, 4. MARKLAND. Lambinus, deleta praepositione, legit αὐτὸ συμβαίνει ταύτην εἶναι πέμπτην. Quod non improbo, et confirmat, quod in superioribus admonebam. Scilicet: Perinde est, utrinque evenit, τὸ αὐτὸ συμβαίνει, utrum a Phocide Athenas, an ab Athenis Phocida nuncietur. TAYLOR. εἰς expungit index Lambini. Pro αὐτὸ malim τοῦτ' αὐτὸ. id ipsum, quod aio. συμβαίνει, congruit cum dicto Proxeni [Dercylli], diem hunc XXVIII. [XXVII.] esse quintum ab —. Attica dictio τοῦτ' αὐτὸ, scilicet ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἔλεγες. *just so, recht so, vollkommen so, da haben wir es, es fällt, es trifft pünktlich auf den fünften Tag.* REISK. αὐτὸ συμβαίνει, ex computatione id ipsum efficitur, *(the reckoning comes exactly right,)* quintum diem (h. e. quintum ab ὀγδόῃ φθίνοντος) in hunc diem (i. e. in τετράδα vel τετάρτην φθίνοντος) incidere. Ad verbum: *quintum esse diem ad hunc.* Caeterum notandum est, τὰς σπονδὰς factas fuisse ubi aderat Philippus. Vid. ll. 24. et 28. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 224. sq. Errat Reiskius vulgatam tentans. Neque εἰς cum Lambino delendum. V. p. 359, 23. SCHAEFER.

P. 360. v. 6. οἷς — οἷς] οἷς utrumque non est masculini generis, neque cohaeret cum χρόνοις, sed neutrius idemque valet atque τούτοις, ἃ —. REISK.

P. 360. v. 6. ἀπήγγελλον] ἀπήγγελον Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 360. v. 6. ἐξελέγχονται] ἐλέγχονται simplex Paris. primus. REISK.

P. 360. v. 8. τοίνυν] Abest a Paris. quinto. REISK.

P. 360. v. 8. μηδεμίαν — μηδ' —] Hae cur positae sint negativae, non οὐδεμίαν — οὐδ' —, aliam causam non comminiscor nisi obliquam orationem. Resolvas in rectam conditionalem, εἰ μηδεμία — μηδ' —, sed ita conditionalem, ut rem factam significet. SCHAEFER.

P. 360. v. 10. πολιορκίᾳ — κράτος] Adverte abundantiam oratoriam. SCHAEFER.

P. 360. v. 11. σπείσασθαι] S. τοὺς Φωκέας. Mox [v. 19.] Συμμαχία Ἀθηναίων καὶ Φωκέων. WOLF. πείσασθαι habent editi praeter Parisienses, ubi renovari voluit Lambinus. Rectius manuscripti nostri, ut edidimus. TAYLOR. πείσασθαι Aldus, P. Manutius, unde repetiit index Lambini. Sed correxit Lessing. et Aldina Taylori. REISK. Conf. Xenophontea nostra praefat. ad Anacreontica Brunckii p. XIII. SCHAEFER.

P. 360. v. 11. πάντας] πάντ' index Lambini. REISK.

P. 360. v. 12. ὑπὸ] ἀπὸ Bavaricus. REISK.

P. 360. v. 15. φέρε δή μοι κ. τ. λ.] Citat Scholiastes Hermogenis. V. Ind. Graecit. p. 522. s. SCHAEFER.

P. 360. v. 15. μοι] August. primus omittit μοι. Secundus sic dat: φέρε τοίνυν τὴν συμμαχίαν. REISK.

P. 360. v. 15. τὰ δόγματα] V. Reisk. ad v. 19. SCHAEFER.

P. 360. v. 16. καθεῖλεν] V. Reisk. ad v. 19. Sed καθεῖλον Bekker. e libro optimo: ut etiam factio τῶν φιλιππιζόντων infamiam huius facinoris subeat. SCHAEFER.

P. 360. v. 17. διὰ — ἐχθρούς] Cod. Ven. habet διὰ τούτων τοῖς θεοῖς ἐχθρῶν. TAYLOR. Item Aldina Taylori. REISK.

P. 360. v. 17. τούτους] τουτουσὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 19. *ΣΥΜΜΑΧΙΑ* [*ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ*] *ΦΩΚΕΩΝ.*] Pro Συμμαχία Θηβαίων καὶ Φωκέων in nostro Σ. Ἀθηναίων καὶ Φωκέων erat. Atque ita legendum esse superiora et antecedentia verba confirmant. OBSOP. Θηβαίων quoque Ald. Hervag. aliique. Sed editiones, quae rite procurabantur, ut oportebat, et Codd. nonnulli, inter quos Altemps. et Askew. In Codd. α. δ. Aug. Harl. desunt verba Ἀθηναίων καὶ et exaratur solummodo Συμμαχία Φωκέων. Quod est inhonestum. Caeterum multas turbas dederunt propter similitudinem voces Θηβαίων et Ἀθηναίων. Nam prima litera abrasa in hac posteriore voce non multum abludunt. Notavi et confirmavi pluribus ad Leptineam pag. 489, 10. Et iuvabit quoque adiicere, quae produxit cl. Valesius

ad p. 155. Harpocrationis. *) TAYLOR. Vulg. *Συμμαχία Ἀθηναίων καὶ Φωκέων*. Vocabula secundum et tertium absunt ab August. primo. Pro *Ἀθηναίων* dedit Aldus vitiose *Θηβαίων*, quod correxit Wolfius ad modum vulgatae, suffragantibus Weimar. et edit. P. Manutii. In Aldina Taylori sic legitur: *ἐν παλαιῷ δόγμα ἐστί.* quo significatur, in codice S. Marci, unde lectiones istae depromtae sunt, loco vocabuli *συμμαχία* legi *δόγμα*. Duo media vocabula, ut non admodum necessaria, uncis inclusi. Satis enim e superioribus constat, societatem belli designari Phocensibus cum Atheniensibus initam. Verum Taylorus omissionem horum verborum, *Ἀθηναίων καί*, *inhonestum factum* appellat, homo non raro subcerebrosus et praeter rationem calidus. Ergo factum id quoque inhonestum est, cum orator ipse paulo ante v. 15. *τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκέων* dixit. Ergo perinde inhonestum erit factum v. eod. *τὰ δόγματα* sic nude appellari sine *τῶν Ἀμφικτυόνων*. Verbum *καθεῖλεν* redit ad Philippum. *decreta Amphictyonum, per quae* vel *vi quorum Philippus moenia deiecit.* REISK. *ΣΥΜΜΑΧΙΑ ΦΩΚΕΩΝ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ* Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 22. *κωλύσαντα*] *κωλύσοντα* Paris. primus et quartus, August. primus. REISK.

P. 360. v. 22. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 360. v. 23. *ΟΜΟΛΟΓΙΑ*] *ἀπολογία* Bavaricus. REISK.

P. 360. v. 25. *Ἀκούετε*] *ἀκούσατε* Paris. primus. REISK.

P. 360. v. 26. *Θηβαίων*] Vulg. *τῶν Θηβαίων*. *τῶν* abest ab August. primo et secundo, Bavarico, editionibus Aldi et P. Manutii. Articulum detraxi. REISK.

P. 360. v. 27. *ἄλλον*] *ἄλλον του* (enclitice) Paris. primus et quartus. REISK. Conf. Porsonus Addend. ad Euripid. Hecub. pag. 100. s. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 360. v. 27. *παρόντων*] F. *ἁπάντων*, ut pag. 362, 20. *καὶ οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἄλλῳ γεγονός*. MARKLAND. Felicissime. *πάντων* Cod. Reg. *α*. TAYLOR. Vulgata cur displicuerit, non intelligo. *eorum qui ibi aderant.* SCHAEFER.

P. 360. v. 28. *πάλιν*] Post h. v. non interpungit Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 28. *τὰς πόλεις, φησί, Φωκέας*] *τὰς πόλεις Φωκέας φησὶ* Bekker. SCHAEFER.

P. 360. v. 28. *φησὶ*] Scil. *ἡ ὁμολογία*, illa formula pacti conventi. REISK.

---

*) Add. mea in Lexico Vocum Peregr., quo Angli Thesaurum Stephanicum auxerunt, p. CCCCXCI. a. SCHAEFER.

P. 361. v. 1. οὐχὶ Θετταλοῖς] οὐδὲ Θ. Paris. primus, August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. οὐδὲ Θ. Bekker. SCHAEF.

P. 361. v. 2. ἀπηγγέλλετο] ἀπηγγέλετο Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 361. v. 3. πάντες] Vulg. πάντ'. πάντες August. secundus. Praetuli πάντες. Crebro Demosthenes hoc urget, Phocenses *omnes* pessum isse, ad conflandam crimini hoc maiorem invidiam. Constabat nempe resp. Phocensium compluribus minutis civitatibus, quas complectens orator *omnes* appellat. REISK. Bene πάντ' Bekker. Iam concinne sequitur πάντ' ἐσκόπουν. SCHAEFER.

P. 361. v. 5. πρὸς — ἐσκόπουν] Voces istae, πρὸς τοῦτον (vel cum nonnullis πρὸς τοῦτο) πάντ' ἐσκόπουν, desunt in Codd. Regg. α. ε. et in Harleiano nostro. Et profecto melius absunt. Eas natas esse arbitror a sequentibus, quae in Veneto exemplari ita leguntur: πρὸς τοῦτον πάντες ἐποιοῦντο. TAYLOR. Vulg. πρὸς τοῦτον πάντ' ἐσκόπουν. Verba haec absunt ab August. primo et secundo. πάντ' ἐσκόπουν cum duobus proximis verbis πρὸς τοῦτον uncis inclusi ut amputanda, cum manifesto constet ἐσκόπουν ex ἐποίουν perperam esse effictum. Arbitror itaque locum sic esse continuo tractu legendum: πάντες ἐπίστευον καὶ πρὸς τοῦτον πάντες ἐποιοῦντο τὴν εἰρήνην. REISK. Uncos removit Bekker. Recte, ut arbitror. Paulisper hic insistit Orator, quo magis appareat, quam flagitiose Philippus fidem a Phocensibus sibi habitam frustratus sit. SCHAEFER.

P. 361. v. 5. πάντες] Addunt August. secundus, Bavaricus, Venet. Aldina Taylori sic dat, καὶ πρὸς τοῦτον πάντες ἐποιοῦντο, reliquis interiectis deficientibus. REISK. Recte πάντες omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 6. οἷα — ἔπαθον] Excidii Phocensium descriptionem vide apud Diodorum folio Graeco 542. WOLF. οἷα πιστεύσαντες οἷα ἔπαθον Codd. α. δ. Aug. Sed Ven. τίνα — τίνα —. Et similiter Ital., in posteriore saltem membro. TAYLOR. Vulg. τί πιστεύσαντες τί ἔπαθον. οἷα πιστεύσαντες οἷα ἔπαθον August. primus. Loco primi τί dat August. secundus τίνα. Praetuli οἷα. *spectate, secundum quantam fiduciam* [id est *e quanta fiducia*] Phocenses *quanta in mala inciderint*, h. e. quantas in clades eos coniecerit nimia ipsorum et incauta fiducia. οἷα melius, quam τί, cum ὅμοια et παραπλήσια concordat. REISK. τί — τί — revocavit Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 7. ἀπήγγειλε] ἀπήγγειλεν Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 9. ΔΟΓΜΑ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΩΝ.] Lege Δόγματα Ἀ. Supra p. 360, 15. et p. 361, 17. MARKLAND. Bekkerus: „δόγματα O. u. v." Cur igitur dubitamus recipere? Unius tamen decreti formulam olim hic locum habuisse scribit Valckenarius Diatr. de Philippo Maced. p. 266. SCHAEFER.

P. 361. v. 10. *οὐ*] *οὔτε* August. primus, qui tamen nihilominus proximum *οὐδὲ* servat. *οὐ γέγονε δεινότερα* August. secundus. REISK.

P. 361. v. 11. *πράγματα*] *πράγματ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 11. *ἡμῶν*] [*ὑμῶν.*] F. *ἡμῶν*, ut p. 362, 15. MARKLAND. Ita a Benenato excudebatur. *ὑμῶν α. ζ.* TAYLOR. *ὑμῶν* Aldus, P. Manutius, quos secuti sunt Wolfius et Taylorus. REISK.

P. 361. v. 11. *ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ*] [*ἐν τῷ πρόσθεν.*] *χρόνῳ* lege. WOLF. Wolfius quid sibi voluerit, nescio, ad haec verba annotans: „*χρόνῳ* lege". quod in ipsius quoque legitur editione, neque in ulla alia, quod sciam, desideratur. REISK.

P. 361. v. 12. *πρόσθεν*] *ἔμπροσθεν* Paris. primus, August. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 361. v. 13. *κύριος εἷς ἀνὴρ*] *εἷς ἀνὴρ κύριος* August. secundus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 361. v. 13. *οὔσης*] V. not. ad p. 69, 23. SCHAEFER.

P. 361. v. 15. *προεστάναι*] *ἔμπροσθεν στῆναι* Ven. Quod est profecto glossae simillimum. TAYLOR.

P. 361. v. 18. *θέαμα δεινὸν κ. τ. λ.*] Hermogenes pag. 129. *ἐνδιάσκευον δ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας παρὰ τῷ Δημοσθένει· θέαμα δεινὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐλεεινόν.* et pag. 437. *τὰ σμικρὰ καὶ φαῦλα τῇ περιβολῇ τῶν λόγων μέγεθος προσλαμβάνει. ταῦτα ποιεῖ Δημοσθένης καὶ οὕτω τραγῳδεῖ τὴν Φωκέων ἅλωσιν ἔθνους ὅλου ἐν ὀλίγοις ῥήμασι λέγων· ἦν ἰδεῖν οἰκίας κατεσκαμμένας —. μονονουχὶ παρέφρασε τὸ Ὁμηρικόν* (Iliad. I.). Citat item hunc locum Alexander Rhetor p. 50. et Aristides de D. C. p. 274., cuius haec sunt verba: *ἔμφασιν δὲ ποιεῖ καὶ τὸ ἐπισημαίνεσθαι ταῖς ποιότησιν* [si qualitates rerum nota quadam, praesertim displicentiae atque reprehensionis insignias], *ὅπου λέγει· θέαμα δεινόν. καὶ πάλιν· νόσημα δεινὸν καὶ χαλεπὸν καὶ φυλακῆς πολλῆς — δεόμενον.* Citat item Scholiastes ad Aristoteles Rhetorica edita Parisiis apud Conr. Neobarium 1539. in folio minori p. 14. a. 38. Apsines p. 726. *πάθος ποιοῦσι καὶ οἱ ἀναδιπλασιασμοί· Θῆβαι δὲ, Θῆβαι. καὶ αἱ δεινώσεις· θέαμα δεινόν. πάθος ποιεῖ καὶ τὰ ἀνακλητικά· θέαμα δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοί. ἐν τοῖς πάθεσιν οὐ πολὺν δὲ* *) *εἶναι δεῖ τὸν κόσμον, οὐδ' ἐπεμβάλλεσθαι τὰς ἐννοίας, ἀλλὰ κομματικὰ τὰ πλείω. ἐὰν μὲν βουληθῇς συνέχειαν ποιῆσαι ἐν τῷ πάθει, κατὰ τὸ ἀσύνδετον εἰσάξεις· οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα* etc. REISK. *θέαμα δεινὸν καὶ ἐλεεινόν* hinc citat Tiberius p. 62. ut exemplum locutionis ellipticae, ad quam *ἐλλείπει τὸ ἐστί.* Inepte. SCHAEFER.

---

*) Si Reiskius recte exscripsit, notabilis hic locus est ob particulam tot verbis subiectam. SCHAEFER.

P. 361. v. 20. *νῦν*] Abest ab August. secundo. *νῦν*, id est *ἔναγχος*. nuper in novissima legatione nostra ad Delphos cum dignitate theororum a vobis illuc publico missorum. REISK.

P. 361. v. 21. *ἐξ ἀνάγκης ἦν ἡμῖν*] *cogebamur*. Vid. Ind. Graecit. p. 34. SCHAEFER.

P. 361. v. 21. *ἡμῖν ὁρᾶν*] *ὁρᾶν ἡμῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 21. *πάντα*] *ἅπαντα* Paris. primus, August. primus. REISK. Placet. SCHAEFER.

P. 361. v. 21. *κατεσκαμμένας*] *κατεσκευασμένας* August. secundus. REISK.

P. 361. v. 23. *δὲ*] Abest a Bavarico. REISK. Particulam non requiro. SCHAEFER.

P. 361. v. 23. *ὀλίγα*] Alexander Rhetor p. 50. ad *ὀλίγα* addit *ἆθλια*. REISK.

P. 361. v. 23. *οἰκτρούς*] Alexander Rhetor l. c. pro *οἰκτρούς* dat *οἰκουρούς*, sine dubito vitiose. REISK.

P. 361. v. 25. *ὅλως δὲ — νῦν ὄντων.*] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 4. SCHAEFER.

P. 361. v. 25. *ὅλως δὲ*] Absunt a Paris. septimo. REISK. Omisit Bekker. Ita oratio fit gravior. SCHAEFER.

P. 361. v. 25. *δὲ*] *δ'* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 361. v. 25. *ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δύναιτο*] *δύναιτ' ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ* Anecd. Bekk. Et hoc ordine dedit Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 26. *ὅτι τὴν ἐναντίαν — προτεθεῖσαν*] Thebani, victis ad Aegospotamos Atheniensibus, in concilio pronunciarunt, Athenas delendas esse et Atticam pascuis ovium assignandam. Quibus adversatos fuisse Phocenses hic tradit Demosthenes, cum nec Lacedaemonii committendum censerent, *τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γίνεσθαι*. WOLF.

P. 361. v. 26. *ὅτι — Θηβαίοις*] *ὅτι ποτὲ ἐναντίαν Θηβαίοις* August. secundus. REISK.

P. 361. v. 27. *ὑμῶν*] *ἡμῶν* Paris. sextus, Bavaricus. REISK. *ἡμῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 27. *προτεθεῖσαν*] [*προστεθεῖσαν.*] *προτεθεῖσαν* lege. WOLF. Recte. Nam *προστεθεῖσαν*, quod exibat e prelo Benenati aliorumque, erat a mala manu. Sinceriorem lectionem agnoscit Cod. Paris. *α*. item Bodl. et MSS. Felician. Recte etiam Ulpianus noster, dum historiam huius loci enarrat: *Κρατήσαντες — οἱ Λακεδαιμόνιοι — προέθεντο ψῆφον περὶ τῶν Ἀθηναίων*. Non potuit melius. Dixi liberius de hoc errore Codicum facillimo ad Lysiam Orat. I. p. 23. not. 50. et ad Timocrateam p. 715, 13. TAYLOR. Vulg. *προστεθεῖσαν*. *προτεθεῖσαν* August. primus et secundus, Bavaricus. Et sic coniecit quoque Wolfius, aut hausit ex

editione Feliciani: et sic edi quoque curavit. Idem est in Aldina Taylori. Correxi προτεθεῖσαν. REISK.

P. 361. v. 28. τίνα ἂν οὖν οἴεσθε κ. τ. λ.] Aristides de D. C. p. 200. καὶ ὅταν εἰς κρίσιν ἀνάγῃς [scilic. τὸ πρᾶγμα] τεθνηκότων ἐνδόξων, βαρὺ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι. οἷον· καίτοι πηλίκον ἂν στενάξειαν οἱ πρόγονοι. καὶ πάλιν· καίτοι τίνα ποτ' οἴεσθε etc. REISK.

P. 361. v. 28. τίνα] τίν' Bekker. SCHAEFER.

P. 361. v. 28. ἂν] Abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico. REISK.

P. 362. v. 2. ψῆφον — ὀλέθρου] Aristides l. c. sic recitat: ὀργὴν ἢ ψῆφον θέσθαι κατὰ τῶν αἰτίων τούτων τοῦ ὀλέθρου. F. τούτοις voluit, aut τοῦ τούτων ὀλέθρου. REISK.

P. 362. v. 2. περὶ — ὀλέθρου] [περὶ τοῦ τῶν —.] [Ita Aldus.] M. περὶ τῶν τοῦ τῶν, ac potius, quia molesta est tot articulorum repetitio, περὶ τῶν τοῦ Φωκέων ὀλέθρου αἰτίων. WOLF. Satius cum Harl. περὶ τῶν αἰτίων τοῦ (non τῆς, ut MS.) τῶν Φωκέων ὀλέθρου. TAYLOR. Post περὶ τῶν addunt αἰτίων August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina Taylori. Sed hi iidem rursus hoc vocabulum paulo post omittunt. τῶν primum abest ab editione Aldi: secundum ab editione P. Manutii, a qua item αἰτίων abest. REISK. τοῦ τούτων ὀλέθρου Bekker., quomodo etiam Aristides l. c. videtur legisse. Vere, ut opinor: ut vulgata ab interpretantis manu profecta sit. SCHAEFER.

P. 362. v. 3. μὲν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 362. v. 3. οἴομαι] οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 5. καθαροὺς] Dubitatio hic subit, referendumne sit τὸ καθαροὺς ad homicidii crimen, quod quidem nullum futurum videtur in poena proditorum, an ad crimen perfidiae et ingratitudinis, quo spectare videntur et praecedentia et subsequentia. Nempe proditionis crimine primum legati, deinde civitas ipsa teneri videbatur, nisi vindicaret. Tu, si ita sentias, rescribe καθαροὺς οὐκ ἔσεσθαι, vel, si malis, οὐκ ἂν καταλεύσαντας, vel etiam οὐ κἂν καταλεύσαντας. IURIN. Ad καθαροὺς subaudi ἑαυτούς. se (maiores nostros miraculo divinitus in vitam revocatos) esse a scelere homicidii puros et intactos, etiamsi suis ipsimet manibus imbre saxeo eiusmodi proditores contumulassent. REISK. Vere Reiskius: nec fuit cur Iurinus vel tantillum dubitaret. τὸ ἑξῆς est: νομίζειν ἂν ἔσεσθαι καθαροὺς καὶ καταλεύσαντας αὐτοὺς ταῖς ἑαυτῶν χερσί. SCHAEFER.

P. 362. v. 6. μᾶλλον — τούτου] μᾶλλον δέ τίς ἐστιν — dedit in editione sua Wolfius, quod repetiit pro more suo in Britannica Taylorus haec annotans: „Editi omnes ante Wolfium et manuscripti quoque: μᾶλλον δὲ, εἴ τις ἐστὶν —. Et tum deesse aliquid suspicarer post τούτου, hoc pacto: πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, μᾶλλον

δὲ, εἴ τις ἐστὶν ὑπερβολὴ τούτου, πῶς οὐκ ἀσεβέστατον; vel aliquid simile.“ Subaudi τοῦτο λεκτέον. *ecquid sit turpius, aut si quod vocabulum adhuc gravius et atrocius sit, quam v. turpe*, scilicet hoc graviori vocabulo rem appellabimus. Formula haec est Demosthenica. REISK. Si quid subaudiri oportet, locutionem sic expleam: μᾶλλον δὲ πέρα τοῦ αἰσχροῦ. Sed quid nos cogit ellipsin comminisci? Scilicet alterius praedicati, quo Orator se corrigens uti mallet, si quod suppeteret, vice fungitur enuntiatio εἴ — τούτου. SCHAEFER.

P. 362. v. 6. ἡμᾶς] γρ. ὑμᾶς Paris. primus. REISK.

P. 362. v. 11. ταῦτα] Abest ab August. secundo. τοσαῦτα dat Aldina. REISK. φενακίζειν τι non frequens est: rarius etiam φενακίζειν τινά τι, cuius constructionis exemplum occurrit p. 363, 29. SCHAEFER.

P. 362. v. 11. μὲν] Abest a Paris. primo et August. primo. REISK. Iure omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 12. ἂν] Abest a Paris. primo et August. primo. REISK.

P. 362. v. 13. τούτου] Vulg. τοῦτο. Correxi de meo sensu τούτου. Subaudi ἕνεκα. Constructio haec est: ἑνὸς τούτου χάριν μάλιστα ἐξ ἁπάντων εὐδαιμονίσειεν ἄν τις Φίλιππον. Nam non res εὐδαιμονίζεται, sed homo re gaudens. *hanc unam omnium imprimis ob causam beatum quis Philippum praedicet.* REISK. Recte τοῦτο Bekker. τούτου tam manifesto falsum est, ut mirer Bekkero visum esse dignum cuius faceret mentionem. πολλὰ et τοῦτο inter se opponuntur; genitivus autem τῆς τύχης refertur et ad εὐδαιμονίσας et ad εὐδαιμονίσειεν. Praeterea ad εὐδαιμονίσειεν subaudi, si placet, (neque enim necesse est,) αὐτόν. SCHAEFER.

P. 362. v. 13. ὃ μὰ] οὐ μὰ dat margo Lutetianae, auctore tacito. F. voluit ὃ οὐ μά. Bavaricus dat οὐ μά, sed cum ὃ super οὐ scripto. REISK.

P. 362. v. 14. ἔγωγε] Abest a Bavarico. REISK.

P. 362. v. 15. εὐτύχηκεν] Bekkerus: „εὐτετύχηκεν S. et γρ. Q.“ Notabilis forma. Omninoque doctrinam augmentorum multum abest ut penitus perspectam habeamus. SCHAEFER.

P. 362. v. 15. τὸ μὲν γὰρ — ἢ ἐβούλετο] Locum hunc refert, verum non verbatim, sed e memoria et per compendium atque more suo, Minucianus p. 148. REISK.

P. 362. v. 15. μὲν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 362. v. 17. οἶμαι] *nimirum.* Urbanior formula affirmandi. SCHAEFER.

P. 362. v. 18. ἐκεῖνό γ'] Vulg. ἐκεῖνο. ἐκεῖνό γε August. primus. Addidi γε. Verum poenitet nunc, quod non eadem opera ἐκείνῳ (in dativo) restituerim pro vulgari ἐκεῖνο. *illi vero*, Philippo puta, *propria est felicitas, quae cui contigerit alii quoque*,

dictu facile non est. Non modo res ipsa illuc ducebat, sed etiam Minucianus. Verum tum temporis, quum oratio Demosthenica typis Lipsiensibus recuderetur, Technicum hunc nondum tractaveram. Praeterea in tanta festinatione, qua tunc ferebar incitatus, in haud paucis halucinatus sum, temerans sana et intacta praetermittens vitiosa: quorum de utroque genere nonnulla mihi nunc secundis curis editionem meam retractanti sponte se ingerunt. *) REISK. Encliticam omisit Bekker. Recte: quippe in oppositione non est ei locus. Quod autem Reiskius *ἐκεῖνο* sivit intactum, bene cecidit. Neque enim oppositio hic est inter Philippum aliumque de regum grege *πλεονέκτην*, sed inter plura Philippi *προτερήματα*, quorum unum Macedoni ita proprium esse dicitur, ut alii nemini obtigerit. SCHAEFER.

P. 362. v. 20. *οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἄλλῳ γεγονὸς*] *οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἄλλῳ γεγονὸς* lege. WOLF. *ἄλλο* enim plurimi: et in aliis prorsus deerat. TAYLOR. Vulg. *οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἄλλο γεγονὸς*. *οὐδενὶ τῶν ἄλλων γεγονὸς* August. secundus. Unde constat vulgatam conflatam esse e duabus lectionibus in libris olim versatis, altera ea, quam ex August. secundo posui, altera *οὐδενὶ τῶν ἁπάντων* [vel *πάντων*, ut in Paris. primo et August. primo est,] *γεγονὸς*. Potest etiam tertia fingi: *οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἄλλῳ* [in dativo] *γεγονὸς*. A Paris. primo et August. primo abest *ἄλλο*. In Bavarico est, sed cum *ω* super *ο* scripto. Wolfius *ἄλλῳ* malebat. Correxi *ἄλλῳ*. REISK.

P. 362. v. 20. *ἁπάντων*] *πάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 21. *πράγματα*] *πράγματ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 21. *πονηροτέρους*] *πονηροτάτους* Bavaricus. REISK.

P. 362. v. 22. *τοιοῦτοι*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 362. v. 23. *εἴγε*] *οἵγε* Paris. primus, August. primus et secundus. Non male, si v. 27. *οὗτοι* omittas. REISK. Immo melius: recepitque Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 23. *ἃ ὑπὲρ αὐτοῦ Φίλιππος*] [*ἃ ὑπὲρ ὧν.*] Alterum horum ex margine esse opinor: et ultimum potius, nempe *ὑπὲρ ὧν*. Ita primitus: *εἴγε, ἃ αὐτὸς Φίλιππος — οὐκ ἐτόλμα ψεύσασθαι*. Aliquis deinde explicavit *ἃ ὑπὲρ ὧν*. Sequiores utrumque admiserunt. MARKLAND. E nostris pro *εἴγε οἵγε*, et nonnulli *οἵγε ἃ Φίλιππος*, caeteris neglectis. Cod. Reg. *α*. *εἴγε, ὑπὲρ ὧν*, omisso praenomine. In pluribus *εἴγε, ἃ ὑπὲρ αὐτοῦ Φίλιππος* —

*) Haec aliaque similia, quae Reiskius de se identidem professus est, legentes, si de meliori sunt luto, immortalis viri et candorem amabunt et calumniatores detestabuntur *οὐκ ὄντας ἀξίους ἵνα λύσωσιν αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος*. Sed hoc est de vitiis humanae naturae: bonis, quae tute aerumnabili labore paraveris, versuti cupide utuntur; secus administrata, ut nihil tibi debere videantur, maligno dente adrodunt. SCHAEFER.

οὐκ ἐτόλμα ψεύσασθαι. TAYLOR. Vulg. *ἃ ὑπὲρ ὧν αὐτὸς Φίλιππος.* *ἃ* abest a Paris. primo et Bavarico. *ὧν* abest a Paris. primo, August. primo. Pro *αὐτὸς* habent *αὐτοῦ* Paris. primus, August. primus (sed hic sine spiritu, ut plerumque solet,) August. secundus. Correxi *ἃ ὑπὲρ αὐτοῦ Φίλιππος. quae mentiri Philippus emolumenti sui causa non audebat, tametsi tantum eius interesset*, h. e. propositis tot et tantis emolumentis, quae parere sibi mendacio potuisset, — *ad ea vobis fraudulenter persuadenda cum illi mercede suam operam elocassent, vos circumvenerunt.* REISK.

P. 362. v. 25. *οὐδ' — οὐδεμίαν*] [*γράψαι.*] Constantius exarari in MSS. video *ἔγραψεν. οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν* (vel, abiecta praepositione, *οὔτ' ἐπιστολὴν*) *ἔγραψεν οὐδεμίαν.* Ita plurimi. TAYLOR. Vulg. *οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν γράψαι οὐδεμίαν. οὐδ' ἐπιστολὴν ἔγραψεν οὐδεμίαν* index Aldi et Aldina Taylori. Quae lectio si admittatur, rectum erit *ὑπὲρ ὧν αὐτὸς*: sed rursus tum expungendum erit *ἃ*. *οὐδὲ γράψαι* annotatum est e Paris. primo, in quo videtur eadem lectio fuisse, quae est in August. primo et secundo, *οὐδὲ γράψαι οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν οὐδεμίαν.* Editio P. Manutii sic dat: *οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν γράψαι οὐδεμίαν, οὐδεὶς εἶπε*, omissis errore verbis *οὐδὲ πρεσβευτής.* Eiusdem index dat sic: *οὐ* (sic) *ἐπιστολὴν ἔγραψεν οὐδεμίαν.* Lectio vulgata probabilis est. Verumtamen Augustanus dubitationis nonnihil iniiciebat, in quo sic legitur: *οὔτε γράψαι, οὔτ' εἰς ἐπιστ.* *) Unde posterius *οὔτε* in *αὐτὸς* mutavi de meo sensu. Non inconcinna utique antithesis inter ipsum dominum et legatum eius. Verum ipsi mihi nunc displicet iste pruritus ubique scitas, argutas, subtiles sententias ingerendi. Possunt utique auctores ab acumine coniecturae haud paulo concinniores atque comtiores fieri, quam sunt. Verumtamen sic facile inducimur, ut inscii et nolentes longius procedamus, quam par est, et ut sive aliena, quae illis nunquam in mentem venerunt, subiiciamus, sive etiam palam ipsorum sententiis repugnantia. REISK. *οὐδ' ἔγραψεν οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν οὐδεμίαν* Bekker. Mihi satis placet vulgata olim lectio, quam etiam sex Codd. Bekk. tuentur. SCHAEFER.

P. 362. v. 26. *οὐδὲ*] *οὔτε* Bekker. SCHAEFER.

P. 362. v. 27. *οὗτοι*] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. V. not. ad *εἴγε* v. 23. SCHAEFER.

P. 362. v. 28. *καὶ ὁ μὲν Ἀντίπατρος κ. τ. λ.*] Restituendum est *καὶ εἴγε ὁ μὲν Ἀ.* —: aut ea vox saltem subintelligenda est. Uno enim spiritu, uno tenore orationis dixit Demosthenes: *πῶς γὰρ — εἴγε, ἃ αὐτὸς Φίλιππος — καὶ εἴγε ὁ μὲν Ἀντίπατρος κ. τ. λ.* Quo admisso, interrogationis nota recte adponetur clausulae

---

*) Adversantur haec superioribus. Videlicet haec scripsit Reiskius in annotatt., illa in variet. lection. SCHAEFER.

orationis ad vocem ὑπέστησαν p. 363, 6. TAYLOR. Ita vero confit periodus, cui pronuntiandae vereor ut Demosthenis quamvis bona latera suffecerint. Interrogatio pertinet usque ad ἐξηπάτων. Sequitur nova periodus, non interrogans, sed simpliciter affirmans: quam excipit iterata priorique similis interrogatio, πῶς ἂν ἄνθρωποι κ. τ. λ. Idem igitur Orator dicit, quod Taylorus eum dicere vult, sed sic dicit, ut vocis in interrogando contentionem apte dispertitus pulmonibus parcat. SCHAEFER.

P. 363. v. 1. μετὰ ταῦθ' ὑμῖν] ὑμῖν μετὰ ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 1. ἐντεύξεσθαι] ἐντεύξασθαι Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 363. v. 2. εὕροντο] εὗρον in activo August. primus et Aldina Taylori. REISK.

P. 363. v. 2. τὸ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 2. ἐξαπατηθῆναι] Post h. v. Bekkeriana plene interpunxit. SCHAEFER.

P. 363. v. 3. Ἀθηναίων] Ἀθηναῖοι Ven. Lind. MSS. Ald. Manut. et Felic. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, οἱ τῆς κ. τ. λ. Aug. Regg. α. ε. et Harleianus quoque a manu prima, ut videtur: sero, id est, manu multo recentiori, οἱ δ' Ἀθηναίων, οἱ —. Credo articulum huic occasioni deberi, scilic. quod, cum in aliis Ἀθηναίων, in aliis Ἀθηναῖοι exaratum erat, repeti coepit οἱ post utrumque, sive Ἀθηναίων scripserint, sive Ἀθηναῖοι, nempe varietate supra ad-

οι

scripta: Ἀθηναιων. TAYLOR. Ἀθηναῖοι Bavaricus, Aldina Taylori, indices Aldi, Bernardi, Pauli, Paris. primus et quintus. REISK.

P. 363. v. 3. τῆς] οἱ τῆς Harl. Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK.

P. 363. v. 5. βίον] χρόνον Cod. α. et Aug. Itidem Harleianus noster, qui et βίον habet inter lineas pro varia lectione. TAYLOR. χρόνον August. primus. REISK.

P. 363. v. 8. εἰδῆτε] εἰδῆθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 8. ὑμῖν οὐδ' εὐσεβές] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 363. v. 10. τοιαῦτα] τοιαῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 10. λέγε] Praetulerim λαβὲ Codicum praestantiorum, scilic. Reg. α. Harl. et Aug., propter ἀνάγνωθι, quod est tantundem. Sed sequitur etiam λαβών. Quis haec expediet? TAYLOR. λαβὲ August. primus: sed hic e correctione, prima enim manus dederat λάβε penacute. Taylorus: „Quis haec expediet?" Facile nemo non faciat, qui discrimen inter λέγειν et ἀναγινώσκειν teneat. Illud est *pronunciare*, hoc *de scripto recitare*. Multa pronuncientur, quae de scripto non ideo recitentur. REISK. V. not. ad p. 327, 13. SCHAEFER.

P. 363. v. 10. *τὴν ἀρὰν — τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί*] Haec unam conficiunt notionem, sed duas in partes syntactice sic discerptam, ut utrique parti suum iungatur verbum. Quod notandum. Sic Euripides Orest. v. 571. *ἐζημίωσε πατέρα κἀπέκτειν' ἐμόν.* V. Addenda ad Porsoni Hecub. p. 95. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 363. v. 11. *τὴν ἐκ τοῦ νόμου*] Scil. *τεταγμένην.* REISK.

P. 363. v. 11. *ταυτηνί*] *ταύτην* Paris. primus. REISK.

P. 363. v. 12. *ΑΡΑ.*] Titulus abest a Paris. primo, August. primo. REISK.

P. 363. v. 13. *ἑκάστην ἐκκλησίαν*] *ἑκάστην τὴν ἐκκλησίαν* Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 16. *κάθηται*] *καθῆται* Bekker., non improbabili accentu: ut *κάθηται* sit indicativi, *καθῆται* subiunctivi. SCHAEFER.

P. 363. v. 18. *αὐτὸς — κήρυκι*] Priscianus col. 1182.: *Demosthenes ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τῷ κήρυκι, ἀντὶ τοῦ ὑπηγόρευεν.* TAYLOR.

P. 363. v. 18. *τοῦτον*] Omittit Priscianus l. c. REISK.

P. 363. v. 20. *ὑπερφυὲς*] Significare *absurdum*, *sanae rationi contrarium*, docet quod adiunctum est *ἄτοπον*. Eadem significatione usurpatur p. 426, 26. 848, 22. Idemque valet in Lysia p. 812. ed. Reisk. et in Isocrate p. 635. ed. Lang. Anecdota Bekkeri p. 68, 21. *Ὑπερφυὴς Κρόνος: ἐπ' ἀρχαιότητι καὶ εὐηθείᾳ.* SCHAEFER.

P. 363. v. 20. *εἴητε*] Elmsleius ad Sophocl. Aiac. 278. (post Marklandi Iphigenias p. 304. ed. Dind.) corrigit *εἶτε*. Pervellem vir egregius huius formae exempla e prosaicis scriptoribus citasset. Quae si illis usurpata fuisset, num credibile est semel oblatam in Homericis (Odyss. XXI. 195.) tam insolentem nonnullis videri potuisse, ut mutarent in *εἰτέ*? Quod qui fecerunt, Heraclides iure dixit *ἁμαρτάνειν.* SCHAEFER.

P. 363. v. 21. *ἄρ'*] Abest a Paris. primo, August. primo, Bavarico, Aldina Taylori. REISK. Si absit, non requiram. SCHAEFER.

P. 363. v. 21. *προστάττετε*] *προσετάττετε* August. secundus. REISK. Subaud. *τοῖς θεοῖς.* V. v. 27. Aliquanto lenius *ἀξιοῦτε, postulatis.* SCHAEFER.

P. 363. v. 21. *ποιεῖν*] Vulg. *ποιήσειν. ποιεῖν* Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus. Praetuli *ποιεῖν.* REISK.

P. 363. v. 22. *ποιήσετε*] Recte *ποιήσαιτε* Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 23. *εὔχεσθε*] *εὔχεσθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 25. *ἀφίετε*] *ἀφήσετε* index Lambini. REISK. Scilicet ut congruat cum futuro *ποιήσετε* v. 22. Sed scribendum *ἀφείητε*, quod Bekker. dedit. SCHAEFER.

P. 363. v. 25. *ἂν*] Abest ab editione P. Manutii. REISK.

P. 363. v. 25. λάϑῃ] λάϑοι Paris. primus, August. secundus. REISK.

P. 363. v. 26. ἂν αὐτοὶ] Vulg. αὐτοὶ. Affertur e Paris. primo ἂν αὐτόν. Sed videtur hoc αὐτὸν vitium typographicum esse et in codice fuisse ἂν αὐτοὶ, ut etiam Aldina Taylori dat. ἂν addidi. REISK.

P. 363. v. 26. λάβητε] λάβοιτε Paris. primus, August. secundus. REISK.

P. 363. v. 27. τοῦτο] Vulg. τοῦτον. τοῦτο August. primus et index Lambini. Verba haec sic ordinant Bavaricus, August. secundus, Aldus, P. Manutius: εἰς τοίνυν τοῦτ' ἀναιδείας. REISK. Sic etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 363. v. 28. ἥξειν — ὥστε — κατηγορήσειν] Herodotus I. 189. καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσϑενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ *) βρεχούσας διαβήσεσϑαι. SCHAEFER.

P. 364. v. 1. πάντ'] ἅπαντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 364. v. 2. πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίων κ. τ. λ.] V. not. ad p. 374, 18. SCHAEFER.

P. 364. v. 3. ἔστι δὲ ταῦτα γέλως] Euripides Orest. 1576. P. τεχνάσματ' ἐστὶ ταῦτα καὶ πολὺς γέλως. V. not. ad p. 185, 18. SCHAEFER.

P. 364. v. 4. ὅσα] ὡς Aldina Taylori. REISK.

P. 364. v. 4. ἢ — ἢ —] ἢ utrumque abest ab August. primo. REISK.

P. 364. v. 5. ὡς — ὡς — ὡς —] Vulg. ἢ ὡς — ἢ ὡς — ἢ ὡς —. Illud ter iteratum ἢ sustuli ut spiritum orationis reprimens et sufflaminans. REISK. Vereor ne iusto calidius sustulerit: tot numero libri particulam tuentur. SCHAEFER.

P. 364. v. 5. ὑπεδέξαντο] ὑπεδέξατο August. secundus. REISK.

P. 364. v. 6. ὡς — ὅ τι] [ἢ ὅ, τι.] Cum nonnullos, immo plurimos Codd. vidi, ut Ven. Lind. Harl. Ital. Obsop. Aug., constanter insinuare ὡς ante ὅ, τι, scilic. ἢ ὡς, ὅ, τι (Ask. quidem ὡς ὅτι pro ἢ ὅ, τι), arbitrabar hoc non temere aut inconsulto factum, et iudicabam protinus, aliquid latere: ἢ ὡς ἀσεβεῖς εἰσιν, ἢ ὡς ***. Quid esset interea, quod latebat, hoc eruere desperabam, cum Codd. de ea re prorsus tacuerunt. Ecce mihi praesto fuit ex

*) Al. μή. Difficilis optio: nam utramque scripturam commendat auctoritas librorum bonorum. Et μή quidem praeferas ob solennem huius structurae rationem, ut quae solam hanc negativam admittere videatur. Rursus οὐ sic tuearis, ut dicas eius notionem cum notione sequentis participii coalescere. Sane οὐ βρεχούσας τὸ γόνυ nihil aliud est quam ἀβρόχους τὸ γόνυ. SCHAEFER.

insperato Ulpianus, cuius scholion adhibere lectorem meum admoneo: nam ad totius huiusce loci illustrationem multum conferet, praecipue autem eam medicinam adferet, quam memoravi. Ecce enim: *Φωκέων κατηγορεῖ, διότι — Πρόξενον — οὐ προσεδέξαντο κατάλυσιν τῶν πόλεων ὑποπτεύσαντες. ἐντεῦθεν πονηροὺς Φωκέας ἐκάλεσιν· ἀσεβεῖς δὲ, ὅτι — τὰς μυστηριώδεις σπονδὰς οὐκ ἐδέξαντο —. ὅθεν αὐτοὺς καὶ ἀσεβεῖς ὠνόμασεν.* Lege ergo in textu: *ἢ ὡς ἀσεβεῖς εἰσιν, ἢ ὡς πονηροὶ, ἢ ὅ, τι ἂν δήποτε αὐτῶν κατηγορῇ.* TAYLOR. Vulgo *ἢ ὅ, τι. ὡς ὅ τι* August. primus, (secius retulit Fabricius: *ἢ* hic loci nullum est in iis membranis:) item Bavaricus, nec non Aldina Taylori. *ἢ ὡς ὅ τι* August. secundus. Conveniret particulae *ὡς* hic adiungi illam virgulam transversam, quam nostrates *einen Gedankenstrich* appellant, indicantem aposiopesin, seu auctorem plura cogitasse, quam prolocutum esse, eosque suos sensus lectori vestigandos atque supplendos reliquisse. In usum huius virgulae Britanni, gens acris, aetate nostra ita furiose exarsit, ut loco verborum excusorum totas saepe paginas in eorum libris videas his virgulis obsitas, quibus profunditatem et ubertatem cogitationum ementientes ieiunitatem et paupertatem ingenii produnt. REISK. Adiunxi virgulam: idque recte fecisse mihi videor. Signum est enim vocis paullum quiescentis: quam pronuntiandi intercapedinem sequitur constructio mutata. Sed videndum ne Reiskius vulgatam olim scripturam sine iusta causa mutaverit. Quod si legeris *ἢ ὡς Πρόξενον οὐχ ὑπεδέξαντο, ἢ ὡς ἀσεβεῖς εἰσὶν, ἢ ὅ τι ἂν δήποτ' αὐτῶν κατηγορῇ*, periodus tam leniter fluit, nihil ut requiri posse videatur. Quod autem Taylorus membrum suspicatur excidisse ex Ulpiano, quem appellat, supplendum, mihi quidem non persuadet. Infra v. 21. *μηδὲ κατηγορεῖν ἐᾶτε Φωκέων, ὡς πονηροί.* Huc ille pseudonymus respexit. SCHAEFER.

P. 364. v. 6. *κατηγορῇ*] *κατηγορεῖ* August. secundus. REISK.

P. 364. v. 8. *ὡς τίς φησιν; Αἰσχίνης αὐτὸς*] Est haec subiectio. *Quis hoc dicit? Aeschines ipse.* WOLF. Legitur in Cod. Vaticano, uti discimus ex marg. exemplaris Altemps., *ὥς που φησὶν Αἰσχίνης οὑτοσί.* Plurimi item Codd. *ὥς που φησὶν.* Tum ista Wolfiana distinctione nihil opus erit. TAYLOR. Vulg. *ὥς τις φησὶν Αἰσχίνης αὐτὸς. ὥσπερ φησὶν* Paris. secundus et Lessing. *ὥς που φησὶν* Aldina Taylori, Paris. quintus. *ὥς φησί τις* margo Lutetianae, tacito auctore, nisi varietas haec Paris. quinto fuit adscripta. Ego Wolfium secutus sum iacentemque sententiam erexi interponendo signo interrogationis. *ὡς τίς φησιν*; *ut dicit — ecquisnam?* Respondet ipse sibi: *Aeschines ipse.* Verum haud diffitebor, figuram hanc, alias fortem et efficacem, hic loco alieno mihi videri usurpatam esse cum affectatione quadam puerili: ut suspicer, oratorem dedisse *ὥς που φησὶν Αἰσχίνης —. ut loco nescio quo (usquam) dicit ipse Aeschines.* REISK. H. l. Reiskii *αἱ πρότεραι φροντίδες σοφώτεραι.* SCHAEFER.

P. 364. v. 10. *οὐ γὰρ ὡς κ. τ. λ.*] Construes orationem hanc hoc modo atque deficientia tacitus addes: *οὐ γὰρ ἀπήγγειλεν οὕτω τότε* [scilic. Aeschines], *ὡς ἐσώθησαν ἂν οἱ Φωκεῖς, εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους τοῦτο ἀδύνατον ἦν*, aut *ἐκωλύθησαν σώζεσθαι*, aut *τοῦτο οὐκ ἐγένετο*. Non enim tum renunciavit, futurum fuisse, ut Phocenses servarentur, nisi ob Lacedaemonios ~~hoc~~ negatum aut arduum factu fuisset, aut nisi Lacedaemonii rem morati essent. Et sic in reliquis quoque. REISK. V. not. ad p. 370, 3. SCHAEFER.

P. 364. v. 10. *διὰ*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 364. v. 11. *ὑπεδέξαντο*] *ὑπεδέξαντο* lege. S. *οἱ Φωκεῖς*. WOLF. Ald. *ὑπεδέξατο*. *ἀπεδέξατο* Cod. ζ. Sed restituerunt Obsop. Altemps. Ask. et alii. TAYLOR. *οὐκ ἀπεδέξατο* Paris. sextus. *ὑπεδέξαντο* Lessing. *ὑπεδέξατο* etiam in Wolfiana est. *οὐχ ὑπεδέξαντο*, id est *ἀπέπεμψαν ἄπρακτον*. nisi Proxenum reiecissent ipsum sese iis offerentem. REISK.

P. 364. v. 13. *ἂν*] Inserui auctoritate Codd. Paris. Obsop. et Ask. *ἴσ. ἂν οὕτως ὀρθῶς*, sc. *οὐ σωθήσονται Φωκεῖς*. Ita margo Altemps. TAYLOR. *ἂν* omittunt Bavaricus, Aldus. Annotationis in marg. Altemps. sententiam haud percipio. REISK.

P. 364. v. 13. *ἀπήγγειλεν*] *ἀπήγγελλεν* August. primus et secundus. Utrumque dat Bavaricus. In Aldina Taylori reperi *ἐπήγγειλεν*. REISK.

P. 364. v. 15. *ἔφη πεπεικὼς*] *πεπεικὼς ἔφη* Bekker. SCHAEF.

P. 364. v. 16. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. primus et quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 364. v. 16. *τὰ πράγματα*] Id est, *τὰ ἐκεῖ πράγματα*. statum omnem Boeotiae vestram ad amicitiam adducere. Aut universe principatum Graeciae designat. REISK. *τὰ πράγματα οἰκεῖα ποιεῖν* i. q. *τὰ πράγματα πράττειν* p. 365, 10. (ubi v. Reisk.) 15. SCHAEFER.

P. 364. v. 17. *ταῦτα — ἡμερῶν*] Verba haec adducit Priscianus col. 1185. ordine inverso: *δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ταῦτα πεπρᾶξεσθαι*. TAYLOR.

P. 364. v. 17. *πεπρᾶξεσθαι*] Dele istud punctum, quod per incuriam irrepsit post hanc vocem. TAYLOR.

P. 364. v. 17. *δυεῖν*] Sic Bavaricus. Vulg. *δυοῖν*. REISK. *δυοῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 364. v. 17. *καὶ διὰ ταῦτα.*] [*διὰ ταῦτα.*] *καὶ διὰ ταῦτα* Aug. Harl. cum Benenato. TAYLOR. *καὶ* abest ab August. secundo, Bavarico, Aldo, P. Manutio, Wolfio, Tayloro, qui notat id esse in August. primo, Harl. Lutet. REISK. *καὶ* omisit Bekker. Conf. p. 347, 26. 352, 3. SCHAEFER.

P. 364. v. 21. *μηδ' ἀνέχεσθε*] Plenius *μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε* p. 228, 17. SCHAEFER.

P. 364. v. 22. *ὡς πονηροί*] *ὡς πονηρῶν* legendum. Spectat

enim praecedentem genitivum *Φωκίων*. OBSOP. Ita MSS. Felic. et Manut. Ita exemplar Askew. TAYLOR. *πονηρῶν* index Pauli et Felic. item Askew. Et sic legendum esse admonuit Obsopoeus quoque, ex ingenio, ut videtur, non e codice suo. REISK. Vulgatam nemo mutabit. SCHAEFER.

P. 364. v. 22. *οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους κ. τ. λ.*] Maximus de Insolubilibus p. 574. *συνδραμὼν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὥς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου, ὅτι πονηροὶ Φωκεῖς ἦσαν καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, οὐκ ἀντέστη μὲν, συνδραμὼν δ' ἔφη· ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. οὐδὲ γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτὲ ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τοῦτο τῇ πόλει.* REISK.

P. 364. v. 22. *γὰρ*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 370. v. 10. τοιαῦτα] F. τἀναντία. TAYLOR. Scilicet ὀργῆς ἄξια. Sed proxima haud parum impedita sunt. Offendit Marklandum quoque insolentia et durities dictionum ποιεῖσθαι χάριν, ποιεῖσθαι ὀργήν. Etiam codices dissentiunt, alii πεποιηκὼς omittentes, alii pro ποιεῖσθε in imperativo ποιεῖσθαι dantes in infinitivo, qui modus etiam profecto requiritur, si referimus ad praemissum οὐ δὴ δίκαιον. Sin autem ποιεῖσθαι assumas, necesse quoque erit, ut σκεψαμένους in accusativo, scilicet ὑμᾶς, legatur. Ut brevis sim, dicam paucis, qua mihi videatur optima ratione locus hic reformari posse. Hac nimirum, si legatur: σκεψαμένους καὶ χάριν, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, ἀποδιδόναι, καὶ τοὐναντίον δι᾽ ὀργῆς, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκώς, ποιεῖσθαι. Subaudi αὐτόν. Dictio ποιεῖσθαί τινα δι᾽ ὀργῆς est nota et crebro usitata. *gratiam retribuere, si meruerit, et rursus eum punire, si constiterit eum talia patrasse.* REISK. Nihil hic est impediti, omniaque tam sana, tam facilia intellectu sunt, ut locum refingens non possit effugere reprehensionem temeritatis. Miror autem Marklandum, qui de phrasi χάριν et ὀργὴν ποιεῖσθαι quaerendum putaverit. Quid enim? Nonne ipsa analogia virum egregium, nisi aliud egisset, monere debuit, pro χαρίζεσθαι recte dici χάριν ποιεῖσθαι, recte ὀργὴν ποιεῖσθαι pro ὀργίζεσθαι? Sin analogiae parum confisus requisivit exempla ipsius usus, non difficillimum fuit indagare quod sollicitudinem levaret. Herodotus III. 25. ὁ Καμβύσης ὀργὴν ποιησάμενος ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. ubi v. Valckenarius. Alterius locutionis, χάριν ποιεῖσθαι, exemplum aliud praeter hoc Demosthenicum non habeo in promtu. Sed etiamsi hoc solum reperiatur, satis tamen superque tuetur et analogia tot similium locutionum et vero schema syntacticum, de quo, ut emendatrices scilicet prurientium Hypercriticorum manus constringeret, omnium fusissime scripsit Dorvillius ad Chariton. p. 440. ss. ed. Lips. Quanquam Marklandi culpam facias paullo leviorem, si dicas iam olim fuisse videri qui ad hasce phrases offenderent. Nam in Bekkeriana ad v. ποιεῖσθε legitur adscriptum: „ἀπονείματε αὐτῷ γρ. S. Q.“ Quod nisi interpretantis est, est temere interpolantis vulgatam. SCHAEFER.

P. 370. v. 11. πεποιηκὼς] Abest ab August. primo. REISK.

P. 370. v. 11. ποιεῖσθε] ποιεῖσθαι August. secundus. REISK.

P. 370. v. 11. ἐὰν] ἂν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 370. v. 12. ταράττειν αὐτὸν ἐᾶτε] ἐᾶτε ταράττειν αὐτόν Bekker. SCHAEFER.

P. 370. v. 15. ἐφ'] ἀφ' Paris. secundus. REISK.

P. 370. v. 15. σκοπῆτε] Vulg. σκοπεῖτε. σκοπῆτε August. primus, Bavaricus, quod praetuli. REISK.

P. 370. v. 15. ἦν — Φίλιππον] Ita distingue, ut opinor: ἦν ἡμῖν πόλεμος πρὸς Φίλιππον; Interrogative. MARKLAND.

P. 370. v. 15. ὑμῖν] Vulg. ἡμῖν. ὑμῖν August. secundus. REISK. ἡμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 370. v. 18. τούτων] τούτου margo Lutetianae sine nota codicis, qui videtur Paris. primus esse. Item August. primus. REISK.

P. 370. v. 18. ἀφεῖται] [αὐτὸν ἀφεῖται.] F. αὐτὸν ἀφίετε, aut αὐτὸς ἀφεῖται. Ac potius τὸ αὐτὸν redundat. WOLF. Excudebatur enim αὐτὸν ἀφεῖται. Lambinus praefert αὐτὸν ἀφεῖτε, quo pacto editiones Felician. et Manut. Sunt qui legunt αὐτῶν ἀφεῖται, uti Bodl. Quocunque demum modo legas, constat sensus et mens auctoris. TAYLOR. Vulg. αὐτὸν ἀφεῖται. Wolfius in farragine: „Aut αὐτὸν redundat, aut leg. αὐτὸς ἀφεῖται, aut αὐτὸν ἀφίετε, aut αὐτὸν ἄφετε.“ αὐτὸν abest a Paris. secundo et quarto, August. primo et secundo, Bavarico. ἀφεῖτε adscripsit Aldino suo Weimaran. ἀφεῖσθαι Lessingian. Sustuli αὐτόν. REISK.

P. 370. v. 20. παρέχεσθαι] παρασχέσθαι Paris. quintus, August. secundus. παρέχεσθε P. Manutius. REISK.

P. 370. v. 21. τὰ] τὰ posterius omittunt Paris. primus, quartus, sextus, August. primus et secundus, Bavaricus. REISK.

P. 370. v. 23. σὲ περὶ αὐτοῦ] περὶ αὐτοῦ σε August. primus et secundus, Bavaricus. REISK. περὶ αὐτοῦ σε Bekker. αἰτιᾶταί σε Reisk. Sed pronomen h. l. ὀρθοτονητέον. SCHAEFER.

P. 370. v. 23. μετὰ ταῦτα εἰρήνην κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides p. 424. in exemplum orationis simplicis. REISK.

P. 370. v. 25. εἰρήνην] Articulum τὴν praeponit Lessing. REISK.

P. 370. v. 25. ποιήσασθαι] ποιεῖσθαι Paris. quartus. REISK.

P. 370. v. 26. οὗτοι] αὐτοὶ index P. Manutii, Aldina Taylori. REISK.

P. 370. v. 27. τούτων] τούτου August. primus, P. Manutius: sed vulgata est in huius indice. REISK. τούτου Bekker. SCHAEFER.

P. 370. v. 27. Αἰσχίνην] F. Αἰσχίνῃ. WOLF. Ita Lambinus etiam. TAYLOR. De constructione verbi μέμφεσθαι v. Anecd. Bekk. p. 156. in. et Georgii Lecapeni Excerpta p. 71. SCHAEFER.

P. 370. v. 27. φησί] Vulg. φήσει. Et hoc dat Aldina, sed

annotator Tayloranae scripsit φησί. Correxi φησί de meo sensu. Praecedunt enim mera praesentia: ἐγκαλεῖ τις Αἰσχίνῃ; βούλεταί τις τούτου κατηγορεῖν —; — μέμφεταί τις Αἰσχίνην; REISK.

P. 370. v. 28. τὴν εἰρήνην] Vulg. εἰρήνην. Wolfius in farragine: „Malim τὴν εἰρήνην." τὴν de meo addidi. REISK. Delevit Bekker. Conf. v. 25. SCHAEFER.

P. 371. v. 1. ποιησομένους] ποιησαμένους Bavaricus, sed cum ο super α scripto. REISK.

P. 371. v. 4. ὅθεν] Id est ἐντεῦθεν, ὅπου —. *illinc, ubi* —. REISK.

P. 371. v. 4. ὅθεν —] Subaudi φαίην ἄν. SCHAEFER.

P. 371. v. 4. βουλευομένων] βουλομένων Paris. primus et quartus. REISK.

P. 371. v. 6. γε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 371. v. 6. ἀλλ' ὑπὲρ — γράφουσιν] ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινὰ, τοῖς τὰ δίκαια etc. Ita distinguendum puto et delendum γὰρ, quod constructioni officit. MARKLAND. Recte sane. Ita excuderunt Parisienses. Et in Harleiano pariter deest particula, ut oportuit. Mox, scilic. v. prox., pro γράφουσιν plurimi λέγουσιν, scilic. MSS. Ald. Felic. et Manut. Ven. item, Lind. et Regg. β. ε. TAYLOR. τοῖς γὰρ τὰ δίκαια Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius, Taylorus. Deleri tamen γὰρ vult Wolfius. REISK. Immo Marklandus. SCHAEF.

P. 371. v. 7. γράφουσιν] λέγουσιν Paris. secundus et quintus, Aldina Taylori, indices Aldi, Feliciani, P. Manutii, Venet. item et Lindenbr. E meis, Augustanis duobus et Bavarico, nihil hic annotavi: quo constat eos etiam cum lectione Lutetianae consentire. Quod in omnibus similibus locis, ad quos e meis libris nihil discrepantiae affero, censendum est, eos cum lectione Lutetianae consentire, ad quam eos exegi: quod semel dictum satis esto. REISK. λέγουσιν Bekker. Quod praestat. Deliberante populo plures orabant (ἔλεγον): qui cum perorassent, de re decreta unus aliquis scitum scribebat (ἔγραφεν). SCHAEFER.

P. 371. v. 8. ἐπὶ τοὺς ὅρκους] Id est ἐπὶ τὴν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους. REISK.

P. 371. v. 10. ἐπὶ τοῦ πολέμου] ἐπὶ, *in*, ut pag. 387, 22. ἐπὶ τῆς εἰρήνης, *in pace*. pag. 307, 9. ἐπὶ τῆς ἀποδημίας. MARKLAND. Inutile ergo erit corrigere cum Harl. Aug. et Paris. α. δ. ε. ἐν τῷ πολέμῳ. TAYLOR. ἐν τῷ πολέμῳ August. primus. REISK. Gravissime hoc additur: nam est invidiosissimum τοὺς ἐπὶ τοῦ πολέμου διασωθέντας ἀπολλύναι ἐπὶ τῆς εἰρήνης. SCHAEFER.

P. 371. v. 11. τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα] [τηλικαῦτα.] τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα Codd. Regg. β. δ. ζ. et Ven. Aug. Harl. Lind. *tanta et talia mendacia*, ut alicubi observavit Wolfius. Malim quidem, si opus sit correctione, τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα, quae saepissime quidem coniunguntur: uti infra p. 378, 19. τοσούτων καὶ τηλικούτων

ἀδικημάτων αἴτιος. et p. 379, 13. ἐπὶ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀγαθά. Ita infra p. 448, 25. τούτων οὐδὲν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων. et alibi passim. Sed et coniunguntur quoque τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα, ut exempli causa pag. 355, 2. TAYLOR. Vulg. τηλικαῦτα. Post h. v. addunt καὶ τοιαῦτα August. primus, Aldina Taylori. καὶ τοιαῦτα addidi. REISK. Cum sequatur, non ἡλίκα καὶ οἷα, sed solum ἡλίκα, videndum ne vulgata ante Reiskium scriptura praestet. SCHAEFER.

P. 371. v. 12. ἡλίκα] Post ἡλίκα addit August. secundus δέ. REISK.

P. 371. v. 12. οὐδεὶς — πώποτε] οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων (sine ἄλλος) August. primus. ἄλλος omittit etiam Paris. quartus. οὐδεὶς πώποτε ἄλλος ἀνθρώπων August. secundus, Bavaricus. REISK. οὐδεὶς πώποτ' ἄλλος ἀνθρώπων Bekker. SCHAEFER.

P. 371. v. 13. τὸ μὲν γὰρ] Pro τὸ Parisienses melius καί. TAYLOR. Vulg. καὶ μὲν γάρ. τὸ μὲν γὰρ August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina et reliquae omnes editiones. Et sic correxi. REISK.

P. 371. v. 15. ὑπὲρ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 371. v. 15. τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην] Delendum est utique vel τὴν ἀρχὴν vel τὴν πρώτην. Altera vox est enim alteri pro glossemate. Priorem inducunt Reg. δ. et Harl. TAYLOR. τὴν ἀρχὴν omittunt etiam August. primus et secundus. τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην est bona et usu contrita dictio, similis alteri contrariae, τὸ ἔσχατον τέλος. *Primum exordium* et *extremus finis* quis neget latinum esse? Et aliae quoque nullae non linguae talia ferunt. Quare incassum in talibus laboratur. REISK. Nihil miri hac in locutione. Sed insolentior videtur illa, τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην φέρειν τοῦ φενακισμοῦ, ubi Reiskius Ind. Graecit. pag. 523. φέρειν interpretatur *ferre culpam criminis*, *auferre*. Non probo. Quid Demosthenes voluerit, non obscure indicant sequentia, παρέδωκαν, ἐκδεξάμενοι. Significatur igitur curatio suscepti negotii, quod deinde alii tradas porro curandum. SCHAEFER.

P. 371. v. 17. ἤδη] Abest ab August. primo. REISK.

P. 371. v. 17. ἧκον] Vulg. ἧκε. ἧκον Paris. primus et quartus, August. primus. Correxi ἧκον, Ctesiphon puta et Aristodemus. Non enim τὰ πράγματα sunt nominativi, sed accusativi: non, *ut venerunt res ad exsecutionem*, sed, *ut hi homines*, quos dicebam, *ad exsecutionem fraudum suarum deveniebant*. REISK. ἧκεν (sic) Bekker. SCHAEFER.

P. 371. v. 17. ἐκδεξάμενοι] [δεξάμενοι.] Potius ἐκδεξάμενοι, uti praeferunt Regg. α. δ. ε. Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. δεξάμενοι. ἐκδεξάμενοι August. primus et secundus. Compositum praetuli. REISK.

P. 371. v. 18. αὐτὸν] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 371. v. 20. ὑπέχειν] γρ. ὑποσχεῖν margo Lutetianae sine auctoritate, August. primus. REISK.

P. 371. v. 20. ὢν, οἶμαι, πανοῦργος] ὢν inutile et otiosum. Natum est scilicet ex fine verbi praecedentis. MSS. Felic. et Manut. ὢν οἶμαι ὁ πανοῦργος et ὡς οἶμαι ὁ πανοῦργος. TAYLOR. Index Aldi: ὢν οἶμαι ὁ πανοῦργος. ἐν ἄλλῳ δὲ ἀντιγράφῳ (τρία γὰρ εἴχομεν) οὕτως, ὡς οἶμαι ὁ πανοῦργος. ὢν est etiam in August. primo et Bavarico, ὡς in indice P. Manutii. ὁ πανοῦργος in Bavarico. REISK. Quam parum inutile et otiosum sit ὢν, docet οἶμαι, quod vocem praeponi poscit. SCHAEFER.

P. 371. v. 21. γραμματεὺς] Reiskius hunc citans locum Ind. Graecit. p. 123.: „γραμματεὺς erat convicium usurpatum pro homine vilissima stirpe, quaestus sordidi, versuto, impuro, scelerato, audaci." Hanc vocem convicii loco fuisse non credo. Etsi enim οἱ γραμματεῖς fere erant homines de plebe, tamen eorum munus haudquaquam probrosum habebatur. Quod sicubi Demosthenes convicians adversarium vocat γραμματέα, addit quod probrum significet. Sic ὄλεθρος γραμματεὺς dicitur p. 269, 20. Suspicor igitur h. l. deletâ copulâ scribendum esse: καὶ θεοῖς ἐχθρὸς γραμματεὺς. καὶ unde nasci potuerit, dicere quid attinet? SCHAEF.

P. 371. v. 26. ὑφ' ἑαυτοῦ] ὑπ' αὐτοῦ margo Lutetianae sine auctoritate. REISK. ὑφ' αὑτοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 371. v. 27. τἀδικήματα] Sic etiam est in August. primo, tametsi contra Fabricius dicit. Semel et iterum inspexi hic loci membranas illas et cum editione Lutetiana consentire vidi. REISK.

P. 371. v. 27. καὶ εἰ] Qui accuratius scribunt, scriberent εἰ καὶ. Et ita feliciter sane optimus Cod. Harleianus. Cum autem Lysias dixit p. 854, 8. ὥστε ἄξιον ἡμῖν τὰς αὐτὰς ἐκείνοις θυσίας ποιεῖσθαι· καὶ εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα κ. τ. λ., ea res est omnino diversa. TAYLOR. Non audio. REISK. Nec magis ego audio. V. not. ad Longi Pastoral. pag. 355. Cur autem Taylorus Lysiacum illud dixerit diversum, non intelligo: nam καὶ εἰ ibi quoque est *etiamsi*. SCHAEFER.

P. 371. v. 28. γοῦν] οὖν Paris. primus. REISK.

P. 371. v. 28. ἣν δέδοικα — ἄγοντες] Disputatur, utrum ita distingui oporteret: ἣν [εἰρήνην scilicet] — δέδοικα, μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ πολλῷ, ἄγοντες. an ita: ἣν — δέδοικα, μὴ λελήθαμεν, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι, ἐπὶ πολλῷ ἄγοντες. Priorem distinctionem amplectitur cl. Marklandus, posteriorem, uti ex versione liquet, Hier. Wolfius. Quam pace viri amicissimi doctissimique amplector quoque. Pro nihilo est, quod habet Cod. Venetus [seu Ald. Tayl.] ἐπὶ πολλῷ κακῷ. TAYLOR. ἐπὶ πολλῷ, scilicet τόκῳ. *der Friede kommt uns hoch zu stehen, wir müssen ihn schwer verzinsen, hoch verinteressiren.* Veteres Scholiastae ad h. l. admonebant oportere κακῷ subaudiri: ad sententiam non male.

In Augustani primi margine adscriptum legitur λείπει κακῷ: id quod falsum est. Non id posuit orator, et ne voluit quidem quemquam id subaudire. Hodie tamen nemini vetitum est in mente sua pro metaphorica voce τόκῳ hanc simpliciorem et planiorem, κακῷ, subiicere. REISK. Marklandi distinctionem commendat similis locus p. 13, 20. Neque ego dubito praeferendam esse alteri, quam Wolfium secuti editores adsciverunt. Scilicet Orator Athenienses conditionibus tam iniquis pacem pactos, ut quae careat τῷ ἀσφαλεῖ καὶ τῷ βεβαίῳ, comparat cum hominibus, non qui omnino pecuniam fenore sumant, (id quod licet facias fructuosissime,) sed qui grandi sumant, quos metuendum sit ne fenoris gravitas mox oppressos bonis omnibus exuat. SCHAEFER.

P. 372. v. 3. τὸ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 372. v. 3. Πύλας] Post h. v. Bekkeriana bene habet signum coli: quod enim sequitur οὐ μὴν, ad antegressum v. 1. μὲν tam prope refertur, ut absonum sit plena interpunctione divelli. Sensus: Etsi pax mihi videtur infida, tamen, cuicuimodi est, nego auctorem eius habendum esse Aeschinem. SCHAEFER.

P. 372. v. 5. τοῦτόν] F. τούτους, ut v. 11. MARKLAND. Aliquanto aptior h. l. singularis: occurritur enim Aeschini pacis factae laudem sibi vindicaturo. SCHAEFER.

P. 372. v. 5. ἐποιησάμεθα τὴν εἰρήνην] [ἐποιησάμεθα.] Alii addunt τὴν εἰρήνην, quod scholion videtur. Alii εἰσηγησάμεθα [legunt scilic.]. WOLF. Ista varietas ex margine Parisinae. TAYLOR. Vulg. ἐποιησάμεθα. εἰσηγησάμεθα margo Lutetianae sine auctore. Post vocabulum hoc ἐποιησάμεθα addunt τὴν εἰρήνην idem margo et Bavaricus. REISK. τὴν εἰρήνην omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 5. ἀλλ' — πάνυ] Benenatus distinxit hoc pacto: ἀλλ'· ἄτοπον μέν ἐστιν — ἀληθὲς δὲ πάνυ· periodum istam post ἀλλ' parenthesi includens. Vide, annon praestet. TAYLOR. Non praestare docet quod sequitur γάρ. SCHAEFER.

P. 372. v. 8. αὐτῆς] [αὐτοῖς.] F. αὐτῆς, scil. εἰρήνης. Sic p. 394, 12. μηδεμίαν τούτου Φιλίππῳ χάριν ἔχειν. Et ita p. 415, 9. et in Midian. p. 566, 17. MARKLAND. Omnino recte. Et Wolfius alibi *) in ea mente est quoque. αὐτοῖς saltem erat supervacaneum post τοῖς στρατηγοῖς: et eo credo animo deesse in Harleiano nostro. TAYLOR. Vulg. αὐτοῖς. Hoc abest ab August. primo et Harl. Eius loco dat August. secundus αὐτῆς. Utrumque dat Bavaricus. Correxi αὐτῆς, pacis puta. REISK.

P. 372. v. 10. ὑμεῖς] Abest ab August. primo. REISK. Neque ego requiro. SCHAEFER.

P. 372. v. 12. εἴργετ' — λόγων] Aristides de D. C. pag. 268.

---

*) Hoc est in farragine, quam appello. REISK.

καὶ σχῆμα δὲ οὕτω γίνεται σφοδρότης, ὅταν τις ἐπιφορικοῖς χρῆται τοῖς σχήμασιν. οἷον· εἴργετε οὖν, εἴργετε αὐτὸν τῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης λόγων. REISK.

P. 372. v. 12. *εἴργετ' — αὐτὸν*] Invertit August. secundus, ut sit: *εἴργετ' οὖν αὐτὸν, εἴργετε* —. Sed vulgata est etiam apud Aristidem l. c. REISK.

P. 372. v. 14. *ἐμβιβάζετε*] *συμβιβάζετε* MSS. Ven. et Obsop. cum marg. Ask. TAYLOR. Item Aldina Taylori. REISK. *ἐμβιβάζετε* verum esse docet oppositum *εἴργετε*. SCHAEFER.

P. 372. v. 14. *οὐ γὰρ — διαβέβληται*] Citat Tiberius p. 43. SCHAEFER.

P. 372. v. 14. *ὑπὲρ τῆς εἰρήνης*] *δι' αὐτὴν εἰρήνην* Tiberius. Scripserat Technicus *διὰ τὴν εἰρήνην*. SCHAEFER.

P. 372. v. 14. *οὐ*] *οὐκ* Tiberius, quo non opus, cum vox post hanc particulam paullulum inhibeatur. De hac iteratione negativae v. Elmsleius ad Sophoclis Aiac. 970. (post Marklandi Iphigenias p. 318. ed. Dind.). SCHAEFER.

P. 372. v. 15. *διαβέβληται*] [*ἡ διαβέβληται.*] Ita Parisienses, quod non neglexit Lambinus. TAYLOR. Vulg. *ἀλλ' ἡ εἰρήνη, δι' Αἰσχίνην ἡ διαβέβληται.* Posterius *ἡ* omittunt August. primus, secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, index Lambini. Sustuli ad exemplum aliarum editionum. Sed vera haec non erat emendandi ratio. Debueram sic corrigere: *ἀλλ' ἡ εἰρήνη δι' Αἰσχίνην εἰ διαβέβληται.* hoc agitur, hoc certatur, istam pacem num Aeschinis flagitium in invidiam adduxerit. REISK. *ἡ* illud natum est ex antegresso *ν*: eoque deleto locum habemus persanatum. SCHAEF.

P. 372. v. 17. *ἀπολώλει*] Bekkerus: „*ἀπωλώλει* F. Y. r. s." V. not. ad p. 242, 10. 359, 26. SCHAEFER.

P. 372. v. 17. *τίνα*] *τίν'* Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 18. *ἡ εἰρήνη*] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 372. v. 18. *ἄδοξον*] [*ἀδόξως.*] *ἄδοξος* MSS. Ald. Felician. et Manut. Quae sequuntur, *καίτοι καὶ τούτου* — ad vocem *Φιλοκράτει*, iuxta monitum cl. Marklandi inter cancellos parentheseos sunt circumscribenda. TAYLOR. Vulg. *ἀδόξως*. *ἄδοξον* August. secundus. *ἄδοξος* August. primus, indices Ald. Bernard. et Paul. REISK. *ἄδοξος* Bekker., ita poscente ratione syntaxis Graecae. SCHAEFER.

P. 372. v. 21. *πολλῶν — οὗτος*] *πολλῶν οὗτος αἴτιός ἐστι* (sine *κακῶν*) August. primus. Aut *καὶ* est interponendum inter *πολλῶν* et *ἄλλων*, aut sic legendum: *καὶ ἄλλων πολλῶν ἐστι* —. REISK. *πολλῶν αἴτιος οὗτος* Bekker., ceteris omissis. SCHAEFER.

P. 372. v. 22. *ταῦτα*] *ταῦθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 23. *οἴομαι*] *οἶμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 25. *δὲ*] *δ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 25. δικασταὶ] Abest a Paris. quarto. Eius loco dat August. secundus Ἀθηναῖοι. REISK.

P. 372. v. 25. τοσοῦτον] τοσοῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 372. v. 26. προσάγειν] προσαγαγεῖν Paris. quartus. REISK.

P. 372. v. 26. ὑμᾶς ἀξιοῦν] Scil. προσάγειν vel τοῦτο ποιεῖν. REISK. Vid. Krügerus ad Dionysii Halicarn. Historiographica pag. 117. SCHAEFER.

P. 372. v. 27. ἀβελτηρίας] Sic per η plerique scribunt, cum ἀβελτερία sit analogum. WOLF. ἀβελτερίας Bekker. V. not. ad pag. 140, 10. 373, 13. SCHAEFER.

P. 372. v. 27. ἢ δι' εὐήθειαν] Pro scholio habuit Reiskius Ind. Graecit. p. 3. Quod nemini orationem Demosthenicam satis callenti probabit. SCHAEFER.

P. 372. v. 27. δι' ἄλλην ἄγνοιαν] Recurrit p. 373, 16. Vid. not. ad p. 367, 7. SCHAEFER.

P. 372. v. 28. αὐτῷ] [οὕτω.] Immo τούτῳ, uti optimi Reg. α. et Harl. Neque damno, quod Ven. Aug. et ζ. Regiorum habent, scilicet αὐτῷ. TAYLOR. Vulg. οὕτω. αὐτῷ August. primus, Aldina Taylori. Correxi αὐτῷ. REISK. οὕτω Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 1. ἀφεῖναι] Omisit Bekker. auctoritate boni libri. Ac facile caremus infinitivo, qui videtur ab interpretante profectus esse. V. Krügerus l. c. SCHAEFER.

P. 373. v. 1. σκήψεων] *causationum.* Infra v. 10. redundantiâ oratoriâ σκήψεις καὶ προφάσεις. SCHAEFER.

P. 373. v. 3. ἑαυτὸν] αὐτὸν Paris. primus et quartus, August. primus: sed hic sine spiritu. REISK.

P. 373. v. 5. προσέλθῃ] Subaudi πρὸς τὰ κοινά, ut p. 312, 28., s. simplicius ὑμῖν, quemadmodum p. 229, 13. dicitur προσελθεῖν τῷ δήμῳ. SCHAEFER.

P. 373. v. 5. [ἀνθρώπων]] Abest ab August. primo. Uncis inclusi, non quo vitiosum sit, sed quod nescio quid absurdiusculum sonet ἀνθρώπων — φιλανθρώπων. REISK. Recte amovit uncos Bekker. Nihil hac in locutione subabsurdi, inprimis cum φιλανθρώπων non continuo sequatur post ἀνθρώπων. SCHAEFER.

P. 373. v. 6. δέχεσθε] προσδέχεσθε Paris. primus et quartus. προσέχεσθε August. primus: nam sic ibi est, non προσδέχεσθε, quod Fabricius illinc retulit. REISK.

P. 373. v. 6. φθονερῶς] Suspicabar aliquando post φθονερῶς deesse verbum ἀπελαύνετε, *abigitis*, *repellitis modo invidentiam prodente:* id quod nunc in medio positum relinquo. REISK. Vana fuit suspicio. SCHAEFER.

P. 373. v. 7. ὑμέτερα] ὑμέτερ' Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 7. αὐτῶν] τὰ ὑμέτερα αὐτῶν est bona dictio et oratoribus adamata. Verumtamen poenitet nunc a me tum non

esse praelatum αὐτῷ in dativo singulari, quo nullo modo hic careri potest. *res vestras ei datis in manus eiusque fidei committitis.* REISK. αὐτῷ non magis opus est addi quam αὐτὸν ad δέχεσθε v. 6. et ad χειροτονεῖτε v. 7. SCHAEFER.

P. 373. v. 8. τιμηθήσεται] [τιμήσεται.] Vel τιμηθήσεται, quod solennius arbitror et magis usitatum. Tuentur editiones Felician. Manut. et Parisiens. TAYLOR. τιμήσεται Paris. sextus, August. primus, Ald. Sed vulgatam tuentur Codd. Harl. Obsop. margo Askew. Weimaran. REISK. τιμήσεται Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 8. κατὰ τοῦτο τῶν πολλῶν] τῶν πολλῶν κατὰ τοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 10. σκήψεις καὶ προφάσεις] Vid. not. ad v. 1. SCHAEFER.

P. 373. v. 12. τοῖς παισὶν αὐτῶν] [τοῖς παισὶν.] Codd. Harl. Obsop. cum margine Benen. et Askew. τοῖς παισὶν αὐτῶν, haud otiosa addita dictione, ut quidam adnotavit. TAYLOR. Vulg. τοῖς παισὶν. Post παισὶν addunt αὐτῶν margo Lutetianae sine auctore, August. primus et secundus, Weimaranus, editio P. Manutii. Addidi. REISK. Vox haec non modo non otiosa, sed maxime necessaria est. SCHAEFER.

P. 373. v. 13. ἀβελτηρίαν] ἀβελτερίαν August. primus. Secus p. 372, 27. REISK. ἀβελτερίαν Bekker. Vid. not. ad l. c. et ad p. 377, 25. SCHAEFER.

P. 373. v. 15. ἄφετε] ἄφετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 16. ἄλλην τινὰ ἄγνοιαν] [ἄλλην ἄγνοιαν.] ἄλλην τινὰ ἄγνοιαν Harl. Regg. α. ε. TAYLOR. Vulg. ἄλλην ἄγνοιαν. ἄλλην τινὰ ἄγνοιαν August. primus et secundus. Addidi τινά. REISK. Omisit Bekker. Conf. p. 372, 27. SCHAEFER.

P. 373. v. 17. λελυμασμένος] δούλου λελυμασμένου τὰ τῶν δεσποτῶν p. 1109, 27. Dinarchus p. 22. R. τῶν τὴν πατρίδα λελυμασμένων. Sed in Midiana p. 570, 20. legas: ἵππαρχος δὲ χειροτονηθεὶς λελύμανται τὸ ἱππικὸν ὑμῶν. Cuius diversitatis non aliam causam excogito quam delicatum aurium sensum, qui aliam alibi formam praeoptaret: velut λελυμαμμένος quod displiceret videtur habuisse. SCHAEFER.

P. 373. v. 18. ἐξελεγχθῇ] ἐλεγχθῇ simplex August. primus. REISK.

P. 373. v. 21. λοιποῖς] [πολλοῖς.] λοιποῖς certe praestat, quod in exemplaribus hisce inveni, scilic. Obsop. Regg. quatuor, α. β. δ. ε., in margine Ask. et editt. Felician. et Manut. Tantundem est, si legas ἄλλοις. Sed tutius est sequi fidem membranarum. TAYLOR. Vulg. πολλοῖς. λοιποῖς August. primus et secundus, Lessing. Praetuli λοιποῖς. REISK.

P. 373. v. 22. σκοπεῖτε δή] Nonne σκοπεῖτε δέ? IURIN. Praestat δή. *Iam reputate.* SCHAEFER.

P. 373. v. 22. *τὸν ἔλεγχον τὸν ὑπὲρ τουτων*] *τὸν ὑπὲρ τούτων ἔλεγχον* August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. *τὸν ὑπὲρ τούτων ἔλεγχον* Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 22. *ἔσται*] *γρ. ἐστὶ* margo Lutetianae sine auctoritate. REISK.

P. 373. v. 23. *μεθ' ὑμῶν*] Utrum *σκοπεῖτε μεθ' ὑμῶν*, an *ὡς ἔσται δίκαιος μεθ' ὑμῶν, τουτέστι βοηθούντων ὑμῶν*, *vestra opera, vobis adiuvantibus?* WOLF. Rarior et nescio an minus probanda dictio pro vulgatiore *ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν*, *vobiscum*, plane ut Latini, penes vos, tacite, secreto. REISK. Ut rarior sit dictio, tamen proba est. Sed Wolfius quod dubitavit, quis non miretur? SCHAEFER.

P. 373. v. 23. *ὑμῶν*] *ἡμῶν* habet Cod. Harl. Quam lectionem quoque agnoscit et interpretatur Scholiastes. Interpretatur quidem utramque, sed meliorem adhuc desidero interpretem. TAYLOR.

P. 373. v. 23. *ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους κ. τ. λ.*] Sensus: Necesse est Aeschines, si fraudis insons est, illa de Phocensibus, Thespiis Euboeaque vobis nuntiaverit, aut quod revera audivisset Philippum talia polliceri, aut quod Macedonis humanitatem speciosam quo non debebat sensu interpretans deceptus vanaque spe lactatus esset. SCHAEFER.

P. 373. v. 23. *ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους κ. τ. λ.*] Desiderari videntur aliqua ad supplendam orationem. Haec in editione Benenati reperies, etsi non suo loco posita. Sic itaque legi velim: *ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους τούτους τοὺς περὶ τῶν Φωκέων — καὶ τῆς Εὐβοίας Αἰσχίνην τουτονὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, εἴπερ κ. τ. λ.* Haec autem si non admittas, necessarium videtur pro *ἀκούσαντα* et *ἐλπίσαντα* rescribere *ἀκοῦσαι* et *ἐλπίσαι*. IURIN. Credo Wolfium hic errore, non consilio, recessisse a lectione omnium editorum manuscriptorumque: *ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους τούτους Αἰσχίνην τουτονὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, τοὺς περὶ τῶν Φωκέων κ. τ. λ.* Aliter cum cl. Iurino legendum est et vertendum: *Necesse est igitur hunc, si bona fide egerit, aut* audivisse *Philippum haec verba facientem de Phocensibus* etc., *aut* speravisse *haec eum facturum.* Sed sine dubio erravit prae incuria aut festinatione Wolfius. Non enim sciens prudensque tam insignem et notabilem varietatem transiliret et obmutesceret. TAYLOR. Verba *τούτους Αἰσχίνην τουτονὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν τοὺς* exciderunt ex editione Wolfii, neque correxit Taylorus, sed passus est in suam quoque editionem irrepere, tametsi a se et a Iurino animadversum. REISK. Cum verba omissa Wolfius in versione reddiderit, apparet excidisse illa per negligentiam typothetae, cuius oculos homoeoteleuton fefellisset. Quod autem Iurinus loco non suo posita in Parisiensi editione dicit, vehementer errat. SCHAEFER.

P. 373. v. 23. τουτονὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν] πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν τουτονί Bekker. SCHAEFER.

P. 373. v. 25. τῶν — τῶν] Utrumque τῶν a texto Bavarici abest, sed primum a nova manu est superscriptum. REISK.

P. 373. v. 26. καὶ τῆς Εὐβοίας] Pro istis verbis reponit Lambinus καὶ τῶν Θηβαίων. Nimirum opus est Thebanis, verum fortasse, non ut excluderentur Euboeenses. Vide supra ad p. 352, 20. TAYLOR. Talibus locis non texitur plenus catalogus, sed satis est partem commemorari. Alioqui dicas etiam Plataeis hîc opus esse. V. p. 347, 20. 375, 6. 11. SCHAEFER.

P. 373. v. 26. ἑκὼν] Deest in duobus, Reg. nimirum ε. et Harl. nostro. TAYLOR.

P. 373. v. 26. ἐξηπάτα] F. ἡμᾶς ἐξηπάτα. Sic in Leptinea: ἀλλ' οὐ δίκαιοί ἐσμεν ἀφαιρεθῆναι, εἴ τι ἐξηπατήθημεν. WOLF. Pronomine facile caremus. SCHAEFER.

P. 373. v. 27. δυοῖν θάτερον] Id est δι' ἕτερον ἐκ δυοῖν. REISK. Sed v. not. ad p. 113, 12. SCHAEFER.

P. 373. v. 27. διαῤῥήδην] Iunge cum ὑποσχομένου. SCHAEFER.

P. 373. v. 27. Φιλίππου] Φίλιππον Paris. secundus. τοῦ Φιλίππου August. primus. REISK.

P. 373. v. 28. ταῦτα πράξει —] Citat hunc locum Dionysius p. 197. Sed locus ille vehementer est corruptus. REISK.

P. 373. v. 28. ταῦτα πράξει] πράξει ταῦτα Bekker. SCHAEF.

P. 373. v. 28. πράξει καὶ ποιήσει] V. not. ad p. 245, 27. SCHAEFER.

P. 374. v. 2. οὐκ — χωρίς.] Subaudi εἰπεῖν. *Non licet Aeschini horum unum*, utrumvis, *seorsim affirmare.* Ante οὐκ ἔνεστι deesse suspicor ἀλλά, ut: ἀλλ' οὐκ ἔνεστι τούτων —. Sed ratiocinium oratoris mihi non satis est perspicuum. Philippus si aperto mendacio Aeschini imposuit, gravissima utique huic erat causa illum acerbissimo odio prosequendi. Sin autem Philippus tale quicquam ad Aeschinem praedicavit, odium debebat in Aeschinem solum recedere. Hunc decebat simplicitatem atque tarditatem suam odisse atque incusare, non Philippum culpa hac quidem in causa vacantem. REISK. Etiam in Ind. Graecit. p. 540.: „χωρίς, seorsum sumtum.“ Mire impedivit quod, nisi aliud egisset, vidisset esse longe expeditissimum. Genitivus τούτων regitur a praepositione χωρίς. Sic χωρὶς τούτων pag. 388, 15. *Praeter haec duo ne unum quidem aliud hîc locum habet. Ausser diesen zwey Fällen gibt es hierbey schlechterdings keinen dritten.* Apparet Oratoris ratiocinium esse tam perspicuum, ut luculentius veriusque cogitari non possit. SCHAEFER.

P. 374. v. 3. πάντων — αὐτῷ] Verba sic ordinat August. secundus: μισεῖν αὐτῷ πάντων ἀνθρώπων. REISK.

P. 374. v. 3. προσήκει] Malim προσῆκε, *decebat* vel *decuisset.* REISK. Praesens verum est. SCHAEFER.

P. 374. v. 7. δικαίως] δίκαιος lege, non δικαίως. WOLF. Ita contra Codd. omnium, credo, auctoritatem Wolfius. Nactus est tamen Lambinum et nescio quem in Bodleiano nostro consentientem. TAYLOR. Sic distinguunt August. primus et secundus: ἀδοξεῖ δικαίως, ἀπολωλέναι κρίνεται. Distinctio vulgata est in Bavarico. Wolfius legi vult δίκαιος, quod etiam in sua editione reddidit. Inveni idem in Lessing. quoque. Potest utique vulgata defendi et explicari. *existimatur iure merito perire, si pereat.* Nam subauditur ἐὰν ἀπόληται. Sed praefero Wolfii praeclaram coniecturam δίκαιος. Nisi si suspicabimur oratorem sic dedisse: ἀδοξεῖ δικαίως, δίκαιος ἀπολωλέναι κρίνεται. *merita laborat infamia, dignus exitio censetur.* REISK. Probo δίκαιος. V. v. 28. SCHAEFER.

P. 374. v. 7. καὶ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 8. ἐγίνετο] ἐγίγνετο Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 8. εἰσαγγελίᾳ] V. p. 1204, 17. s. SCHAEFER.

P. 374. v. 8. ὑμετέραν] [ἡμετέραν.] Puto ὑμετέραν. IURIN. Vulg. ἡμετέραν. ὑμετέραν August. primus. REISK. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 374. v. 10. πρᾳότητα καὶ εὐήθειαν] Vulg. εὐήθειαν καὶ πρᾳότητα. πρᾳότητα καὶ εὐήθειαν August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. εὐήθειαν καὶ πρᾳότητα Bekker. Thomas Mag. p. 382. s. v. Εὔηθες: — παρὰ δὲ Δημοσθένει εἰς χρηστότητος τάξιν κεῖται· τὴν ἡμετέραν εὐήθειαν καὶ φιλανθρωπίαν. ubi Codd. ὑμετέραν male spretum ab Oudendorpio. τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν πρᾳότητα τὴν ὑμετέραν p. 716, 26. Qui locus Grammatici memoriae fortasse simul obversabatur. SCHAEFER.

P. 374. v. 12. τίς δ' ἐξελέγχοντα —] Ita fere editi. Wolfius cum Aldo dederat: τί δ'; ἐξελέγχοντα —. Quo sensu, apparebit ex eius versione. TAYLOR. τί δ' ἐξελέγχον August. secundus. Etiam τί dant Bavaricus, Ald. Wolf. Sed Weimar. corrigit τίς. REISK.

P. 374. v. 12. τι] Omittit August. secundus. REISK.

P. 374. v. 12. τοῦτον] F. τοιοῦτον. MARKLAND. τούτων Harl. τινα Obsop. λέγοντά τινα τοῦτον margo exemplaris Ask. TAYLOR. τούτων August. secundus. τοῦτον necesse est ut h. l. non ad Aeschinem, sed ad Philippum referatur. *Ecquis unquam vidit audivitve Aeschinem, cum argueret mendacii et imposturae Philippum aut probrorum quicquam in eum coniiceret?* εἰπεῖν τι εἴς τινα est *obtrectare alicui, probris eum insectari.* Subauditur κακὸν vel ἐπονείδιστον vel tale quid. REISK. Mihi videtur τοῦτον ad Aeschinem referendum esse. SCHAEFER.

P. 374. v. 13. ἑώρακεν] Bekkerus: „ἑόρακεν Q. qui sic saepe." SCHAEFER.

P. 374. v. 13. *οὐδὲ εἷς*] *οὐδεὶς* margo Lutetianae sine auctoritate, August. primus, qui distinctione post *ἑώρακεν* caret. REISK.

P. 374. v. 13. *ἀλλ' ἅπαντες*] *ἀλλὰ πάντες* Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 13. *πρότερον*] *πρότεροι* Regg. *α. δ.* TAYLOR. Item August. primus. REISK. *πρότερον*, *ἢ Αἰσχίνης* scilicet. Quivis in accusandum Philippum pronior est quam Aeschines. SEAGER. *Diar. Classic.* LIV. p. 225.

P. 374. v. 15. *ὁ τυχὼν ἀεὶ*] Bekkerus: „*ἀεὶ ὁ τυχὼν* r." V. Krügeri Commentatt. post Dionysii Halic. Historiographica p. 252. SCHAEFER.

P. 374. v. 15. *οὐδεὶς οὐδὲν*] *οὐδὲν οὐδεὶς* Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 15. *οὐδὲν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 374. v. 15. *ἠδίκηται ἰδίᾳ δήπου*] Vulg. *ἰδίᾳ ἠδίκηται δήπου. ἠδίκηται ἰδίᾳ δήπου* August. primus. REISK.

P. 374. v. 16. *ἰδίᾳ*] ut Aeschines foret, si a Philippo fraude circumventus esset. SCHAEFER.

P. 374. v. 16. *ἐγὼ δὲ*] Hic iuxta scribitur in Veneto: *εἰκὸς ἂν ἦν ταῦτα λέγεσθαι παρ' αὐτοῦ.* Quae arbitror esse quasi scholion eorum, quae statim leguntur: *ἐγὼ δὲ ἐκείνους τοὺς λόγους ἐζήτουν* —. Fortasse suspicabatur, quicunque fuerit, istud *ἐζήτουν* obscurius esse dictum et indiguisse interpretamento. TAYLOR.

P. 374. v. 16. *δὲ*] *δ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 16. *ἐζήτουν*] F. *ἐζήτουν ἄν.* MARKLAND. *ἐζήτουν* etiam Bavaricus: sed margo dat *γρ. ἐξήτουν.* REISK. Crebra horum verborum confusio. V. Ind. ad Bastii Append. Epist. Crit. p. 61. s. Sed vulgata non mutanda est. Latine *requirerem.* Particulam an cum Marklando addere oporteat, ambigas: quod enim statim sequitur *εἴπερ*, satis docet qui sensus sit verbi *ἐζήτουν.* SCHAEFER.

P. 374. v. 17. *ἑαυτὸν*] *αὑτὸν* Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 18. *χρήσασθε*] Vulg. *χθρήσασθε.* Vitium hoc est typographicum, quod corrigunt omnes libri, ut par est, *χρήσασθε.* Admonuit id index Lambini quoque. Solus Bavaricus dat *χρῆσθε.* REISK. Conf. not. ad p. 277, 9. SCHAEFER.

P. 374. v. 18. *ἐξηπατήθην*] Scholiastae Hermogenis p. 148, 8. *ὁ μέντοι Δημοσθένης καὶ τὰ ἐν λόγοις κατὰ τὰς ἀντιθετικὰς ἔλυσεν, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου λέγων, ὅτι Φωκεῖς αἴτιοι τοῦ ἀπολέσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἀντεγκληματικόν. καὶ Λακεδαιμόνιοι· ὅπερ ἐστὶ μεταστατικόν. καὶ Χεῤῥόνησος σώζεται· ὅπερ ἐστὶν ἀντιστατικόν. καὶ ἐξηπατήθην· ὅπερ ἐστὶ συγγνωμονικόν.* et p. 163, 11. Porphyrius: *Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας, λέγοντος Αἰσχίνου περὶ Φωκέων, ὅτι ἠπατήθην, ὅρα, πῶς ἐκβολὴν ἐποιήσατο τοῦ χρώματος. ἔδει τοίνυν μισεῖν τὸν ἀπατήσαντα. ἀλλὰ μὴν οὐ μισεῖς. οὐκ*

ἄρα ἠπατήθης. — καὶ ὁ Δημοσθένης ἐξ ἀναιρέσεως· τούτων οὐδένα ἀκούω τῶν λόγων, οὐδὲ ὑμεῖς. REISK.

P. 374. v. 20. τὸν — ἄνθρωπον] V. not. ad p. 42, 25. SCHAEF.

P. 374. v. 22. ἐξηπάτηκε] ἐξηπάτηκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 25. ἑαυτὸν] αὑτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 26. ἐκείνῳ] Plurimi Φιλίππῳ habent, ut Regg. α. δ. Harl. Sed in Aug. non est varia lectio, sed scholiolum. Hoc rectum et quod a bono exemplari exspectassem. TAYLOR. Φιλίππῳ August. primus, quod Fabricius pro scholio habuit, cuius mentem adhuc peius accepit Taylorus referens in membranis August. esse ἐκείνῳ in texto, Φιλίππῳ pro scholio superscriptum. Sed falsus est. Nihil ibi praeter Φιλίππῳ h. l. legitur. REISK.

P. 374. v. 27. ὑμῖν] ὑμέτερος Regg. α. ε. Aug. et Harl. TAYLOR. ὑμέτερος August. primus et secundus. REISK.

P. 374. v. 27. καὶ τρὶς] Copula h. l. non est καὶ, sed respondet latino *vel. vel ter*, si fieri possit. REISK.

P. 374. v. 28. ἐκ τούτων μόνων] μόνον [adverbialiter] ἐκ τούτων August. primus. REISK.

P. 374. v. 28. μόνων] μόνον Bekker. SCHAEFER.

P. 374. v. 28. δῆλός] δῆλόν Parisienses: quibus ex ingenio suo et solertia, qualis fuerit, adiecit Lambinus ea, quae sequuntur: οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μόνον δῆλόν ἐσθ' ὅτι χρημάτων ἅπαντα εἶπεν ἐκεῖνα, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων. ἧκον etc. TAYLOR. Vulg. δῆλόν. δῆλός Bavaricus, Aldus, P. Manutius. In August. secundo (nam e primo nihil ad hunc locum in schedis meis reperio annotatum) in illo itaque est quidem δῆλο, sed hoc nihil est aliud quam δῆλος. De quo nil dubitabunt ii, qui vel parum codices graecos tractaverint. Librariis graecis in usu est terminationem ος per solum ο designare: nunquam autem terminationem ον sic designant. Praetuli δῆλος. REISK.

P. 374. v. 29. ἐκεῖνα] ἐκείνῳ MSS. Ald. Felician. et Manut. TAYLOR. ἐκείνῳ indices Ald. Bernard. Paul., quorum alius ex alio id sumsisse videtur, ambo ab Ald. REISK.

P. 374. v. 29. ἀλλ' ἧκον —] Est affectatio brevitatis in dicendo nescio an parum probanda. Bene si habet, est pro eo, quod plene sic dictum foret: ἀλλὰ καὶ ἐκ τωνδί [non ex illis solum, sed etiam ex his]. ἧκον etc. Venerat idem Lambino iam dudum in mentem; neque merebatur bonus Lambinus ideo sannam Taylori. REISK. Sannam Lambinus non merebatur: sed commentum eius non magis poterat Taylorus probare, quam nos probamus Oratorem a Reiskio affectatae brevitatis argui. SCHAEFER.

P. 374. v. 29. ἔναγχος] Abest ab August. primo. REISK.

P. 375. v. 1. αὐτῶν] Vulg. αὐτόν. αὐτῶν August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, idque praefert Wolfius in farragine. Correxi αὐτῶν. REISK.

P. 375. v. 2. τῷ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 375. v. 2. προσῆκεν] προσῆκον ἦν August. primus. REISK.

P. 375. v. 3. τούτοις;] Signum interrogationis vulgo positum post ἀνθρώπων placuit ad τούτοις revocare. REISK. Recte post ἀνθρώπων posuit Bekker. SCHAEFER.

P. 375. v. 5. τὰ ἐναντία] Num in superlativo τὰ ἐναντιώτατα? REISK. Positivus bene habet, etsi sequitur v. 12. πῶς ἂν ἐναντιώτερα —. τἀναντία Bekker. SCHAEFER.

P. 375. v. 6. ἐποίησεν] πεποίηκεν Paris. quintus. REISK.

P. 375. v. 8. ὑμῖν] ἡμῖν Regg. Codd. α. δ. ζ. Quod perinde est. In Harl. deest. Sed recte dicitur et notissima structura. Ita supra p. 352, 16. ἵνα συνδιαλλάττωσιν αὐτῷ τοὺς Ἀλεῖς πρὸς τοὺς Φαρσαλίους. TAYLOR. ἡμῖν August. primus. ὑμῖν ferri potest. vestram in gratiam, quo vobis gratificetur. Sed vereor, ne redundet et tollendum sit ut e proxime assito ὕβριν natum. REISK. Omisit Bekker. Altero illo loco Taylorus abstinere debebat. SCHAEFER.

P. 375. v. 11. τὸν — Ὀρχομενὸν] V. not. ad p. 208, 18. SCHAEFER.

P. 375. v. 12. προσεξηνδραπόδισται] Sic lege. WOLF. Aldus enim προεξηνδραπόδισται. TAYLOR. Aldinae scripturam Weimar. et Lessing. correctum eunt προσεξηνδραπόδισται. REISK. V. Weiskius de Hyperb. II. p. 29. s. SCHAEFER.

P. 375. v. 12. πῶς ἂν] πῶς οὖν Aug. Utrumque certe, πῶς ἂν οὖν, ut video placere Fabricio, qui istas membranas contulit. TAYLOR. Pro ἂν August. primus οὖν, quod utrumque copulari vult Fabricius seu Wolfius. REISK.

P. 375. v. 13. ἀντεῖπεν — διῇρε τὸ στόμα] Iunguntur etiam p. 405, 26. διάρας τὰ χείλη e Demosthene citat Libellus de Construct. Verbor. editus ab Hermanno p. 358. SCHAEFER.

P. 375. v. 15. διῇρε] διῆρε Bekker. SCHAEFER.

P. 375. v. 15. καὶ οὐχὶ — τηλικοῦτον ὂν] V. Wyttenbachii Epistola Critica p. 274. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 375. v. 16. τηλικοῦτον ὂν] Pro τηλικοῦτον ὂν m. Par. καίπερ ὂν δεινὸν. Wolfio utrumque coniungendum videbatur: καίπερ ὂν δεινὸν, τηλικοῦτον ὄν. Ut margo Paris., ita Harl. quoque, ita Cod. Aug., quo in conferendo idem Sim. Fabricio in mentem venit, quod Wolfio nostro. Demosthenes in Philipp. III. καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν. TAYLOR. γρ. καίπερ ὂν δεινὸν margo Lutetianae sine auctoritate, item August. primus: quod utrumque copulari vult Fabricius vel potius Wolfius, id quod e farragine Wolfiana constat. Non placet ambas lectiones copulari, sed alterutra sola obtineto. REISK.

P. 375. v. 16. συνεῖπε μόνος] S. τῷ Φίλιππον Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι. Hinc recte colligunt, orationem περὶ εἰρήνης

non esse habitam a Demosthene. Quid vero, si Aeschinis illa esset, siquidem is unus Thessalorum postulationi suffragatus est? Ut enim dictio non sit Aeschineae per omnia similis, tamen eosdem alias alio dicendi genere uti quid vetat? Tametsi tres tantum eas, quae illius nomine exstant, orationes scripsisse fertur. WOLF.

P. 375. v. 17. *Φιλοκράτης*] Vulg. *ὁ Φιλοκράτης*. Articulum omittunt August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 375. v. 18. *θορυβούντων*] Mox v. 22. *τοὺς θορυβοῦντας*. Quod Reiskius Ind. Graecit. p. 276. perperam interpretatur de assentientibus: quippe hic significat contrarium. V. not. ad p. 167, 4. SCHAEFER.

P. 375. v. 21. *ἐνδεικνύμενος*] V. Ind. Graecit. p. 208. et H. Stephani Thesaur. c. 3175. A. B. SCHAEFER.

P. 375. v. 21. *πρέσβεσι*] *πρέσβευσι* August. secundus. REISK. V. not. ad p. 385, 8. SCHAEFER.

P. 375. v. 21. *παρὰ*] Sic lege. WOLF. *περὶ* enim in nonnullis inscite. TAYLOR. Vulg. *περὶ*. *παρὰ* Paris. primus, secundus, quartus, sextus, August. primus et secundus, Bavaricus, P. Manutius. Hi omnes praeter P. Manutium *τοῦ* addunt eidem praepositioni. Etiam Wolfius *παρὰ* coniecit et exhibuit in sua editione. Correxi *παρὰ*. REISK.

P. 375. v. 21. *Φιλίππου*] *τοῦ Φιλίππου* Bekker. V. not. ad *παρὰ*. SCHAEFER.

P. 375. v. 23. *στρατευομένους*] F. *στρατευσομένους*. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 375. v. 23. *ὅταν — ὧν*] Ita locum distingui iubet cl. Marklandus: *ὅταν δέῃ· μέμνησθε γὰρ δήπου· αὐτὸς ὧν κ. τ. λ.* TAYLOR. Scilicet Wolfiana, omnino ab hac parte negligentissime curata, post *δέῃ* habet plenam interpunctionem, post *δήπου* hypostigmen. SCHAEFER.

P. 375. v. 23. *μέμνησθε γὰρ δήπου*] *μεμνῆσθαι γὰρ δήπουθεν* August. primus et secundus. Utrumque dat Bavaricus. *δήπου* abest a Paris. quarto. REISK.

P. 375. v. 25. *εἰ — πρέσβεων*] Adnotator in exemplari Altemps. non contentus his negativis ingeminat talem constructionem: *εἰ οὐκ εἴχομεν δεῖξαι μηδένα τῶν πρέσβεων ἔχοντα μηδέν.* Sed non est necessarium. TAYLOR. Immo soloecum est. SCHAEFER.

P. 375. v. 25. *μηδένα μηδὲν ἔχοντα*] Vulg. *μηδένα ἔχοντα μηδέν*. *μηδένα μηδὲν ἔχοντα* August. primus et secundus, Bavaricus. Aldina Taylori *μηδὲν* punctis subnotatum habet. REISK.

P. 375. v. 26. *μηδ' ἦν*] S. *τὸ πρᾶγμα οὕτω φανερόν*. WOLF. Ferri potest et debet, ut omnia dura et coacta. Verumtamen videtur omnino aliquid parum [sic] deesse, e. c. *μηδ' ἦν ἡ μισθαρνία οὕτω φανερὰ, ὥστε —*. vel sic: *μηδ' ἦν ὁ ἐκ Μακεδονίας χρυσὸς οὕτω φανερὸς, ὥστε —*. REISK. Nihil neque excidit nec sub-

audiendum est. Sed ambigas nonnihil, quomodo ἦν interpreteris. Si impersonale est (*liceret*), apparet ὥστε abundanter esse additum. Sic Sophocles Philoct. 656. ἆρ' ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν; Euripides Hippol. 702. Monk. ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. Haec interpretandi ratio num aliis probetur, ignoro: mihi, ut poëticae orationis, nisi fallor, propria, parum placet. Igitur ad ἦν ex antecedentibus repetam ὁ ἔχων. *neque esset* (inter nos versaretur), *ut eum nemo non oculis cernat*. Sophocles Electr. 1454. πάρεστ' ἆρ' ἡμῖν, ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν; SCHAEFER.

P. 375. v. 26. ἦν] ἐνῆν Paris. primus. REISK.

P. 375. v. 27. τὰ] Abest ab Ald. Sed adscripsit annotator Tayl. REISK.

P. 375. v. 27. τοιαῦτα] τοιαῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 375. v. 28. ὡμολόγει] se aurum Macedonicum habere. REISK.

P. 376. v. 1. ἐδείκνυεν] hoc aurum ostentavit. REISK.

P. 376. v. 1. πυροπωλῶν, οἰκοδομῶν κ. τ. λ.] Minucianus p. 164. εἰ Φιλοκράτης πέφηνε πυροπολῶν, ξυλλέγων (sic), τὸ χρυσίον ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καταλλαττόμενος, καὶ τούτων κοινωνῶν τῶν πραγμάτων Αἰσχίνης, εὔδηλον, ὅτι καὶ οὗτος δεδωροδόκηκεν. ἀπὸ τοῦ μέρους ἐπὶ τὸ ὅλον. Constat Technicum e memoria recitantem rem referre, non verba. REISK.

P. 376. v. 1. πυροπωλῶν] [πυροπολῶν.] Emenda πυροπωλῶν, ut habent omnes praeter Aldum, cuius in luto haerens Wolfius textum quoque nostrum inquinari fecit. Suidas v. Ἀντικαταλλαττόμενος describens hunc locum habet τυροπολῶν. Sed hoc pariter esset τυροπωλῶν, si de caseis vendendis res ageretur, quo pacto Suidam isti interpretantur. TAYLOR. Suidas in Τυροπωλῶν et in Ἀντικαταλλαττόμενος dat τυροπολῶν per geminum o et τ, *caseos vendens*. Verum Toupius Emendat. in Suid. T. I. p. 45. [p. 43. ed. Lips.] ait, in editione huius Lexicographi prima seu Mediolanensi recte legi τυροπωλῶν per ω geminum. REISK. Toupius: „Edit. Mediolan. τυροπωλῶν, quod vero proximum est. Legendum enim πυροπωλῶν." Nempe Philocrates quaestum faciebat vendendo tritico, quod a Philippo acceperat. V. p. 386, 3. SCHAEFER.

P. 376. v. 2. ξυληγῶν] Vid. Pollux VII. 29. Coniunge nostrum inferius p. 386, 3. et 426, 1. TAYLOR. Conf. Xenophont. Hellen. VI. 1. 11. ibique annotat. Schneideri. SCHAEFER.

P. 376. v. 3. καταλλαττόμενος] ἀντικαταλλαττόμενος dat Suidas hac voce, quod praefert Toupius l. c. non satis idonea, quod equidem videam, de causa. REISK. „nulla de causa" Reiskius in annotatt. SCHAEFER.

P. 376. v. 3. οὐκ ἔνι δήπου κ. τ. λ.] Ad Philocratem haec pertinent, quem cum cepisse munera contra remp. constet, co-

dem crimine et amicum eius Aeschinem teneri sit consentaneum. WOLF.

P. 376. v. 5. τοῦτον] Redit ad Philocratem. REISK.

P. 376. v. 6. ἔστιν οὖν] ἔστι τοίνυν Paris. primus et quartus. REISK.

P. 376. v. 7. ὥσθ' — βούλεσθαι] [ὥσθ' — βούλεται.] ὥσθ' — βούλεσθαι Bodl. et m. Paris. Aliter tamen reficio: ὅστις — βούλεται. Ita Harl. Obsop. cum MSS. Fel. et Man. et marg. Ask. TAYLOR. Vulg. ὥσθ' — βούλεται. Pro ὥσθ' index P. Manutii habet ὅστις, quod melius cum βούλεται convenit. βούλεσθαι margo Lutet. sine auctoritate. Praetuli βούλεσθαι ob praemissum ὥσθ'. REISK. Add. Ind. Graecit. p. 544. Ego Taylorum sequar. Exempla huius constructionis Demosthenica collegit Reiskius Ind. Graecit. p. 366. Alia ego dedi Melet. Crit. p. 71. s., e quibus nostro simillimum Xenophontis Anab. VII. 1. 28. ἔστι τις οὕτως ἄφρων, ὅτις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι; Herodotus III. 120. νῆσον — ὧδε δή τι *) ἐοῦσαν εὐπετέα χειρωθῆναι, τὴν τῶν τις ἐπιχωρίων — ἔσχε. ubi constructionem editores videri fugisse colligas e perversa post χειρωθῆναι interpunctione: neque enim illic signum interrogationis ponendum est. Xenophon Hellen. VI. 1. 15. φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν, ὡς — οὐ μάλα ἀφαμαρτάνειν. Schneiderus: „Margo Leonclav. ἀφαμαρτάνει cum Codd. B. C. D. E." Hoc verum puto, etiam ob οὐ, pro quo infinitivus poscit μή. V., ut his utar, infra p. 380, 20. 440, 8. **) Scribendum igitur: ὃς — οὐ μάλα ἀφαμαρτάνει. Theocritus XVI. 13. τίς τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ; Mirum τὸ πυσματικὸν τίς in thesi positum legi. Assentior igitur Reizio corrigenti τοιόσδ', ὅτις. V. viri summi praefat. ad Chrestomath. Graec. ***) Nec solum pronomen relativum sequitur, sed aliae etiam voces illius vice fungentes. Herodotus IV. 28. Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ — χώρη οὕτω δή τί ἐστι, ἔνθα — ἀφόρητος οἷος γίνεται κρυμός. ubi ἔνθα i. q. ἐν ῇ. Accedat, ut quam late hoc idioma diffusum sit intelligatur, Polybianum T. I. p. 318. Schw. εἰς τοιαύτην διαφορὰν καὶ καχεξίαν ἐνέπεσον —, ἐν ῇ συνέβη —. SCHAEFER.

P. 376. v. 8. κινδυνεύῃ] κινδυνεύειν Paris. primus et quartus. REISK.

---

*) De usu enclitici τὶ hac in formula v. Schweighäuseri Lexic. Herod. T. II. p. 325. a. Qui usus cum olim fugisset Boissonadum, vir eximius, ut ipse depectus veniam erroris ad Philostr. Her. p. 575., leniter admoneri, non vapulare debuit. V. Diar. Classic. LX. p. 408. ss. SCHAEFER.

**) Videtur repugnare, non repugnat, quod legimus p. 439, 27. s. οὕτω δὲ ἀτόπους τινὰς — εἶναι, ὥστε οὐκ αἰσχύνεσθαι —. Nam illic particula negans cum infinitivo ita coalescit, unam ambo ut notionem conficiant: quippe οὐκ αἰσχύνεσθαι est i. q. ἀναισχυντεῖν. Conf. not. ad p. 363, 28. SCHAEFER.

***) Egregius libellus, perpaucis ille, ut arbitror, cognitus, prodiit Lipsiae 1779. 8. SCHAEFER.

P. 376. v. 11. οἴομαι] Vulg. οἶμαι. οἴομαι Paris. quintus, August. primus. REISK. οἶμαι Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 11. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 11. ἐὰν] ἂν August. primus, margo Lutetianae sine auctoritate. REISK.

P. 376. v. 16. πρώην] πρῴην Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 16. ὅτε] ὅτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 17. Ὑπερίδης] Ὑπερείδης Bavaricus. REISK.

P. 376. v. 18. τῆς] [τῶν τῆς.] Deest inutilis illa vox [τῶν] in Codd. Lind. et Regg. α. β. δ. ε. TAYLOR. τῶν omittunt August. primus et secundus, Bavaricus. Expunxi. REISK.

P. 376. v. 20. τηλικούτων] τοιούτων Paris. primus et quartus, August. primus. REISK. τοιούτων Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 20. πρέσβεων] συμπρέσβεων Regg. α. δ. et Harl. TAYLOR. Item August. primus. REISK.

P. 376. v. 21. οὐδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι κ. τ. λ.] *nullam eius fuisse auctoritatem.* Ita interpretatur Wolfius. Ferrus: *percioche non mai egli à far questo da per se solo si sarebbe iscoperto, se non havesse havuti alcuni compagni.* Anonymus: *nusquam enim ille per se solus visus fuisset, nisi aliquos ex his adiutores habuisset.* Quod pene ridiculum est. Sensus est: *non ille palam et publice haec agere sustinuisset, nisi aliquid adiumenti socii eius occulto subministrassent.* TAYLOR. Nusquam conspici, nusquam sui copiam dare est otiari, nil agere, domi sedere, a rep. abstinere, ab actu rerum se continere. Sententia est: Philocrates si a consortibus prorsus desertus fuisset, pedem manumve non fuisse moturum, non ausurum tanto scelere committendo se luci publicae famaeque exponere, sed in tenebris ignobilis otii latitaturum. REISK. Solus Wolfius verum vidit. *futurum fuisse ut ille per se solus nihili fieret.* Plato Gorg. p. 34. ed. Heind. οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρόν. V. Heindorfius ad h. l. et Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 182. in Additam. (Miscellan. Crit. II. 1. p. 77.) nostrum locum secus intelligens, nisi forte satis habuit sensum eius utcunque reddidisse. SCHAEFER.

P. 376. v. 22. τοὺς συναγωνιζομένους] M. συναγωνιζομένους. Nisi placeat invertere ordinem: εἰ μὴ τούτων τινὰς εἶχε τοὺς συναγωνιζομένους. WOLF. Vulgaris et scriptura et ordo verborum recte habet. Sensus: *nisi collusores eius ex horum numero fuissent.* SCHAEFER.

P. 376. v. 25. τὸ πρᾶγμα αὐτὸ] τὰ πεπραγμένα αὐτὰ Codd. Regii α. δ. Aug. et Harl. TAYLOR. τὰ πεπραγμένα αὐτὰ August. primus (sic, non, ut Fabricius retulit, τὰ πεπραγμένα τὰ αὐτά). REISK.

P. 376. v. 25. πρᾶγμα] πρᾶγμ' Bekker. SCHAEFER.

P. 376. v. 26. *ἀναστὰς — πεπραγμένα*] Citant Anecd. Bekk. p. 125, 9. SCHAEFER.

P. 376. v. 27. *εἰς ὑμᾶς*] Absunt a Bavarico. REISK.

P. 376. v. 27. *ἀποφηνάσθω*] *ἀποφηνάσθω* Bekker. Sic etiam Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 377. v. 1. *ποιήσαντα*] Lege *ποιήσοντα*. TAYLOR. *ποιήσοντα* August. primus et secundus, Bavaricus. REISK. Male. *qui hoc fecerit*. SCHAEFER.

P. 377. v. 2. *ταῦτα γὰρ μνημονεύετε*] *ταῦτα γὰρ καὶ μνημονεύετε* Codd. Regii α. δ. ε. Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. *ταῦτα καὶ μνημονεύετε. ταῦτα γὰρ μνημονεύετε* Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus, Harl. Taylorus enim verum hic non retulit. Pro *καὶ* suffeci *γάρ*. REISK.

P. 377. v. 2. *ἐγὼ*] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 377. v. 5. *ἔσθ' — πρόφασις*] [*ἔσθ' ἑκάστῳ τις πρόφασις.*] Plenius, et quidem valde usitato genere loquendi, cuderunt Parisienses *ἔστιν ἑκάστῳ τις, ὡς ἔοικε, πρόφασις*. Quibus consentiunt optima exemplaria, Aug. et Harl. TAYLOR. *ὡς ἔοικε* absunt a Bavarico, Ald. Paul. quas secutus est Wolfius et hunc Taylorus. REISK. *ὡς ἔοικε* omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 377. v. 6. *ἦν*] *ἐστὶν* Paris. primus et quartus, August. primus. Et sic quoque posteriore loco h. v. REISK.

necne *), correctio nostra est necessaria. Et retinerem sane articulum ὁ, neque genus mutassem cum Appiano: ὃ μὲν ἦλθεν, —. Ad civem enim refertur, τὸν δεῖνα ἐκ τοῦ δήμου, non ad fluctum marinum. Scilic. *Alius accedit, alius abit, nemini autem remp. curae esse video*, ut recte Interpres. Vide Lipsium I. Var. Lect. 3. conferentem hunc locum Demosthenis cum alio Ciceronis. TAYLOR. κῦμα margo Lutetianae ex editt. Pauli et Bernardi videtur repetisse. Etiam Valckenaerius l. c. κῦμα praefert et ἀκατάστατον omittit. Quorum neutrum probo. Nam si vulgatae πνεῦμα hoc licet opponere, quod ventus in continente non minus quam in aequore spiret, eoque ais supervacaneum esse ἐν θαλάττῃ, multo magis idem ἐν θαλάττῃ erit supervacaneum, si [κῦμα] optetur. Ubi enim κῦμα est alias quam in mari? REISK. κῦμα probat etiam Schweighaeuserus ad Appiani l. c. T. III. pag. 804. Mihi quoque Demosthenes videtur sic aut scripsisse aut debuisse scribere. Nec placet additum ἀκατάστατον, quod vide ne fuerit interpretamentum vocis ἀσυνθετώτατον. Sed vellem haec similitudo in Codice sic scripta reperiretur: ὥσπερ ἐν θαλάττῃ κῦμα πνεύματι ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον. Populum enim aptissime comparari cum fluctu, demagogum cum vento quis non intelligit? SCHAEFER.

P. 383. v. 7. τύχοι] τύχῃ Bavaricus. REISK. Item Aristides l. c. Et sic recte Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 7. κινούμενον] Sic etiam Bavaricus, sed cum ς super extremo ν scripto. REISK.

P. 383. v. 7. κινούμενον· — μέμνηται·] κινούμενον. — μέμνηται. Reisk. et Bekker. Mutavi interpunctionem, quia haec omnia pendent a particula ὡς v. 5. SCHAEFER.

P. 383. v. 8. ἀπῆλθε] ἀπῆλθεν Bekker. Post h. v. Reisk. plene interpunxit, Bekker. habet signum coli. SCHAEFER.

P. 383. v. 8. ἀλλ' οὐδὲ] Adversativam omittit August. primus. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 8. ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται] Locum hunc citans Alexander p. 72. observat hic deesse οὐδεὶς, quod sit subaudiendum. REISK.

P. 383. v. 11. ἐν ὑμῖν] γρ. παρ' ὑμῖν Paris. primus et quintus, August. primus. REISK.

P. 383. v. 11. αὐτῷ] Non est pro nihilo, quod plurimi Codd., ut MSS. Ald. Felician. et Manut. Aug. Harl., habeant οὕτω. πράξοντας — οὕτω καὶ διοικήσαντας, οἷον ἂν αὐτῷ δοκῇ. Et pene habeo necessarium. Quaenam enim est illa, dii boni, scribendi negligentia, πράξοντας — αὐτῷ —, οἷον ἂν αὐτῷ δοκῇ· κἄνπερ αὐτῷ τοῦτο κατασκευασθῇ, —! TAYLOR. οὕτω August. primus et secundus, Lessing. index Aldi. Videtur quidem illi αὐτῷ ter intra brevissimum spatium iterato aliquid insuavitatis inesse:

*) Ecquis dubitet respexisse? Talia ambigere est Pyrrhonii, quem vel Pyrrho rideat. SCHAEFER.

verum nullum est illorum trium αὐτῷ, quo carere possit oratio. πράττειν τινὶ est penes Demosthenem *alicui studere, factum velle, studiis et commodis eius inservire.* REISK. Nec me offendit ter positum αὐτῷ: nam tales pronominum repetitiones passim reperire memini. SCHAEFER.

P. 383. v. 11. οἷον ἂν αὐτῷ δοκῇ] Pro prima voce dant ὅ, τι Paris. primus et quartus, August. primus. οἷον αὐτῷ δοκεῖ Aldi index, item P. Manutii. Omittit ἂν Bavaricus quoque ad hunc modum vitiose dans: οἷον αὐτὸς δὴ (pro δοκῇ). Quam eandem lectionem Bavarici etiam Aldina Taylori seu Venet. dat. Post δοκῇ videtur τρόπον deesse. REISK. Non deest. οἷον αὐτὸς δή Bekker. Mihi placet ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκῇ. SCHAEFER.

P. 383. v. 12. κατασκευασθῇ] παρασκευασθῇ Paris. primus. κατεσκευάσθη August. primus. REISK.

P. 383. v. 13. διαπράξεται] Melius fortasse διαπράξεσθαι. TAYLOR. Cur melius? Haec omnia unde pendeant dixi ad v. 7. extr. SCHAEFER.

P. 383. v. 15. παραχρῆμα] Vulg. καὶ παραχρῆμα. Delevi copulam. REISK. Nata est e littera antecedente. SCHAEFER.

P. 383. v. 16. τῷ] „expungendum censeo." Bekker. Multo magis hoc probandum quam Marklandi ratio ad pag. 429, 2. hoc loco mire abutentis. SCHAEFER.

P. 383. v. 17. καὶ] Abest ab August. primo et secundo, Bavarico, Aldina, Paulina. REISK.

P. 383. v. 18. παρ' ὑμῖν] παρ' ὑμῶν est hariolatio Lambini, sed inscitior. TAYLOR. non solummodo cum ad vos e legatione redisset, sed etiam, die dicta, in iudicio vestro, iussu et sententia vestra morti esse datum. V. p. 396, 20. ἐπιορκοῦντας ἐξελέγξω παρ' ὑμῖν φανερῶς, periurii manifesti coram vobis (in iudicio vestro) eos convincam. Et p. 397. ult. ὅσοι ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν, qui iudicio vestro condemnati mortis supplicium tolerarunt. Conf. p. 410. pen. August. secundus verba sic ordinat: ἐπειδὴ ἐπύθετο αὐτὸν παρ' ὑμῖν. REISK. Sed eodem ordine vulgata: ut in Augustani libri scriptura enotanda Reiskius errasse videatur. ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν ἐπύθετο αὐτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 20. τεθνεῶτα] *necatum*, rariori significatione. Conf. p. 398, 1. Sic τέθνηκεν p. 431, 26. SCHAEFER.

P. 383. v. 20. οὐδὲ — βεβαιῶσαι] [οὐδὲ τοῦ ζῆν ὄντα κύριον ἑαυτῷ βεβαιῶσαι.] S. αὐτό. Sed quid si οὐδὲ τὸ ζῆν, ut referatur ad βεβαιῶσαι? WOLF. An τὸ ζῆν, *vitam?* κύριον βεβαιῶσαι, ut κύριοι ζημιῶσαι contra Aristocratem p. 630, 16. Vide tamen p. 642. pen. eiusd. Orat. MARKLAND. Legendum opinor τοῦ τὸ ζῆν, ut sit sensus: κύριον ὄντα τοῦ βεβαιῶσαι τὸ ζῆν (*vitam*) ἑαυτῷ. IURIN. τὸ ζῆν MSS. Ital. Ven. et Harl. TAYLOR. Vulg. τοῦ ζῆν. τὸ ζῆν etiam Aldina Taylori. Copulavi utrumque, τοῦ τὸ ζῆν, ut haec sit constructio: οὐκ ὄντα κύριον τοῦ βεβαιῶσαι τὸ ζῆν ἑαυτῷ,

id est *οὐ δυνάμενον οὐδὲ τὴν ζωὴν ἑαυτῷ βεβαιῶσαι.* REISK. *τοῦ ζῆν* Bekker. Recte. *τοῦ* referendum ad *βεβαιῶσαι*: *ζῆν* autem perinde ut *πρᾶξαι* v. sq. pendet a verbo *βεβαιῶσαι.* SCHAEFER.

P. 383. v. 20. *ἑαυτῷ*] *αὑτῷ* Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 21. *μή τί γ' — πρᾶξαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 12. Plene: *μή τί γε τοῦ βεβαιῶσαι ἃ — πρᾶξαι.* Xenophon Anab. VII. 6. 17. *ἐὰν μὴ βεβαιῶ τὴν πρᾶξιν.* SCHAEFER.

P. 383. v. 21. *ὑπέσχετο*] *ὑπέσχητο* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 383. v. 22. *καὶ γάρ τοι — φίλην ἔγραψεν*] Male, opinor, haec vertit Wolfius. Vertendum: *Itaque primum quidem Amphipolim, vestram urbem, imperio suo subiecerat, quam tunc* (Timagora nempe damnato) *in sociarum et amicarum urbium catalogum retulit.* Legendum vero *ὑμετέραν* pro *ἡμετέραν.* IURIN. V. not. sq. *καὶ γάρ τοι* Iurinus recte vertit *itaque.* V. not. ad p. 125, 23. SCHAEFER.

P. 383. v. 23. *πόλιν — κατέστησεν*] F. *πάλιν ἡμετέραν δούλην κατέστησεν.* WOLF. F. *ἣν, πόλιν ἡμετέραν, δούλην κατέστησε, τότε* etc. Male Wolfius coniungit *Ἀμφίπολιν πόλιν*, et peius vertit *ἡμετέραν δούλην κατέστησεν vestro imperio denuo subiecit,* et quae sequuntur, *quam hactenus sociam suam* etc. MARKLAND. Quicquid sit in ista coniectura Wolfii, auctoritatem aliquam nacta est ex scriptis Codd. Ven. Ital. Lind. et Regg. *α. β.*, qui omnes praeferunt *πάλιν.* Sed viri doctissimi amicissimique [Marklandi] correctio est unice vera. TAYLOR. *πάλιν* cum *γρ.* Paris. primus et secundus, item August. primus a prima manu, sed postmodum *α* cultello circumrasum nescio cuius in *ο* transiit. *πάλιν* habet etiam margo Lessing. et Aldina Taylori. REISK. *πάλιν* Bekker. Sed Tiberius p. 47. ut paronomasiae exemplum ex hoc loco citat *πρῶτον μὲν Ἀμφίπολιν πόλιν ὑμετέραν.* Quod iuste aestimanti non contemnendum videbitur testimonium integritatis vulgatae scripturae. Deinde permirum mihi accidit regem Persarum dici Amphipolin, urbem Graecam, Graecorum *δούλην καταστῆσαι,* et quidem ab Atheniense dici verba faciente ad Athenienses nomen servitutis adeo exosos, ut etiam quos interdum inhumanius quam servos tractarent nomine specioso sociorum insignirent. Quae cum ita sint, et *πόλιν* unice probandum censeo neque improbo Marklandum arbitrantem relativum alio loco poni oportere. Scribam igitur: *ἣν δούλην κατέστησε, quam sibi subiecerat.* Duo commemorantur quae doceant, barbarum errorem suum agnovisse: primum, quod Atheniensium vindictam metuens Amphipolin liberaverit iugo servitutis; alterum, quod postea neminem Atheniensium donis corruperit. SCHAEFER.

P. 383. v. 23. *ὑμετέραν*] Vulg. *ἡμετέραν. ὑμετέραν* August. primus, Bavaricus, Lessing. REISK.

P. 383. v. 23. *δούλην*] Scilicet *ἑαυτῷ.* subiugavit, sibi arrogavit, praesidiis suis occupavit, urbem Graecam et paulo ante ab

semetipso liberam declaratam vobisque addictam in pace cum Antalcida facta. REISK.

P. 383. v. 25. αὐτοῦ] αὑτοῦ Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 25. ἔγραψεν] ὑπέγραψεν Paris. primus et quartus. REISK.

P. 383. v. 26. τότ'] [τοῦτ'.] F. τότ', cui mox opponitur νῦν. MARKLAND. Vulg. τοῦτ'. Praetuli τότ' ob manifestam oppositionem inter τότε ἐποίησεν ἂν et νῦν ποιήσει. REISK. Recte τοῦτ' Bekker. Oppositio enim temporum tam manifesta est, ut non opus sit etiam ἐπιῤῥήματα χρονικὰ inter se opponi. SCHAEFER.

P. 383. v. 26. ἐποίησεν ὁ Φίλιππος] ἐποίησε Φίλιππος Aldus, P. Manutius, Bavaricus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 27. εἴ] ἃ Paris. secundus et quartus. Sic margo quidem Lutetianae exhibet: sed videtur in illo ἃ aut ἂν aut potius α., hoc est nota Parisini primi latere, ipsa lectio excidisse. REISK.

P. 383. v. 27. διδόντα] δόντα August. secundus. REISK. δόντα Bekker. SCHAEFER.

P. 383. v. 27. ἴδῃ] γρ. εἰδῇ Paris. quartus, August. primus, Bavaricus: sed in huius margine est vulgata. REISK.

P. 383. v. 28. ἀκούσῃ] ἀκούῃ dat Aldina Taylori. REISK. Sic Bekker. Libris fluctuantibus huius verbi praesens praeferendum. V. mea in H. Stephani Thesauro c. 1738. C. D. SCHAEFER.

P. 383. v. 28. λέγοντας, εὐδοκιμοῦντας] Sustuli comma. λέγοντας εὐδοκιμοῦντας idem est atque εὐδοκιμοῦντας ἐν τῷ λέγειν. REISK. Recte sustulit. Sed rursus mea invexit incogitantia. De hac participiorum iunctura, egregio Graecae syntaxis idiomate, v. not. ad p. 382, 4. SCHAEFER.

P. 384. v. 1. τί καὶ — ἀναλίσκειν] Vulg. τί καὶ ποιῆσαι ζητοίη. πολλὰ ἀναλίσκειν. Distinxi aliter. τί καὶ ποιήσαι; in optativo *). *quid faceret?* ζητοίη πολλὰ ἀναλίσκειν —; *num contenderet multa impendere* —? Et ideo quoque p. 384, 2. pro βουλήσεται dedi βούλοιτο, praesertim insequente μαίνοιτο. REISK. Optativi illi tres orationem faciunt soloecam: nam quod Reiskius scripsit „praesertim insequente μαίνοιτο", non attendit huius optativi rationem esse diversissimam. Recte ποιήσῃ, ζητῇ et βούληται Bekker. V. quae nuper annotavi in quarta editione Partis prioris Herodoti Reiziani p. 430. SCHAEFER.

P. 384. v. 1. ζητοίη] ζητεῖ Paris. primus, secundus et quartus, Aldina Taylori. ζητῇ August. primus. Utrumque, scilicet ζητῇ infra, ζητεῖ supra, dat Bavaricus. REISK.

P. 384. v. 1. πολλὰ] πόλλ' Bekker. SCHAEFER.

---

*) Tamen Reiskiana habet ποιῆσαι, quod male servavi. SCHAEFER.

P. 384. v. 2. ἐλάττω] Post h. v. habet hypostigmen Bekker. SCHAEFER.

P. 384. v. 2. βούλοιτο] Vulg. βουλήσεται. βούλεται Paris. primus et sextus. βούλοιτο Paris. quartus, quintus, septimus. βούληται August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 384. v. 2. δύο] δύ' Bekker. SCHAEFER.

P. 384. v. 3. εἵλετο] Subaudi αὐτὸς, ipse sponte sua, ultro. REISK. Hoc nusquam subauditur, sed ponendum est, ubicunque sensus requirit. At hic non requirit: nam εἵλετο opponitur sequenti ἐπείσθη. SCHAEFER.

P. 384. v. 5. εὖ] De hac sede adverbii εὖ v. not. ad Dionysium Halic. de C. V. p. 112. s. SCHAEFER.

P. 384. v. 6. ἐγώ] Abest a Paris. quarto, August. primo. REISK. Mallem deletum. SCHAEFER.

P. 384. v. 7. ἦλθον] ἧκον Paris. primus et quartus, August. primus, quod Fabricius seu Wolfius, nescio cur, pro scholio habet. REISK. Magis huc inclinem, ut ἦλθον pro scholio habeam. SCHAEFER.

P. 384. v. 7. ὡς] Vulg. πρὸς. ὡς August. secundus, Bavaricus. Loco praepositionis dedi ὡς. REISK.

P. 384. v. 7. πρέσβεις] Abest ab August. primo. REISK.

P. 384. v. 8. ἠβούλετο] ἐβούλετο August. primus. Utrumque dat Bavaricus. REISK.

P. 384. v. 9. πολλά. ὡς δ' οὐκ ἐδέξαντο] [πολλά. οὐκ ἐδέξαντο.] F. πολλὰ, ἃ οὐκ ἐδέξαντο. MARKLAND. Vulg. πολλά. οὐκ ἐδέξαντο. Interposui de meo ὡς δ'. REISK. Lenior Marklandi ratio. Sed omnino nihil inserendum. Τὴν τῆς διηγήσεως ἀφέλειαν restituit Bekkerus delendo Reiskii additamento ponendaque post πρέσβεις v. 10. plena interpunctione. SCHAEFER.

P. 384. v. 9. ἐδέξαντο — ἔλαβον] Quod discrimen sit inter δέχεσθαι et λαμβάνειν, haud dixerim. REISK. Nec quisquam dixerit alius. Quod si haec deinceps posita Reiskium offenderunt, non meminerat Demosthenis orationem huiusmodi pleonasmis exuberare, velut mox v. 20. legimus ἥδεσθαι καὶ χαίρειν. SCHAEFER.

P. 384. v. 10. [καὶ δείπνῳ]] Absunt ab August. primo. καὶ δείπνῳ si feremus, erit reddendum: in convivio sacrificium publicum insecuto. Omnia sacrificia exibant in convivium et compotationem, non autem omnia convivia praecedebat sacrificium. REISK. Uncos iure amovit Bekker. Reiskium, ne poneret, admonere debebat quod continuo sequitur πίνων. SCHAEFER.

P. 384. v. 12. αἰχμάλωτα] αἰχμαλώτους August. secundus. αἰχμάλωτα, scilicet σώματα. Quamquam utique praestet hoc vocabulum addi, quia dubito, num usquam locorum αἰχμάλωτον sic nude pro αἰχμάλωτον σῶμα reperiatur. REISK. Singularem quidem

sic usurpatum legere non memini: sed pluralis exempla tam parum rara sunt, ut Reiskium hic offendi potuisse mirer. V. Schweighaeuserus ad Appian. T. III. p. 476. et Lexic. Polyb. s. v. item Boissonadus ad Philostrati Her. p. 606. Itaque paullo rectius idem Ind. Graecit. p. 21.: „Subaudi σώματα.“ Quae ratio placet et Schwebelio in Bosii Ellips. p. 460. et Lobeckio ad Phrynich. p. 378.: mihi non item. Est enim ex idiomatis Graecae linguae neutra de hominibus sic usurpare, nihil ut subaudiendum sit. Sic centies dicitur ὅμηρα de obsidibus *). Add. Ind. ad Homeri Odyss. p. 170. SCHAEFER.

P. 384. v. 12. τὰ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 384. v. 13. ἐκπώματα] ἐκπώματ' Bekker. ἐκπώματα — αὐτοῖς citant Anecd. Bekk. p. 162, 32. SCHAEFER.

P. 384. v. 13. προὔπινεν] [προὔτεινεν.] Omnino προὔπινεν, ut nuper ostendimus. TAYLOR. Vulg. προὔτεινεν. γρ. προὔπινεν Paris. primus, secundus, quartus, quintus, septimus, August. primus et secundus, Bavaricus (sed hic cum vulgata superscripta), Pannon. Opsopoei, Lessing. Harl. Lindenbr. Askew. Weimaran. editt. Felic. et P. Manut. In Lessing. adscriptum erat hoc scholium: προεδίδων. Correxi προὔπινεν. REISK. V. not. ad 380, 27. SCHAEFER.

P. 384. v. 13. ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Bekker. SCHAEFER.

P. 384. v. 15. διεωθοῦντο] διωθοῦντο Paris. primus et quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 384. v. 15. οὐδαμῇ προΐεντο ἑαυτούς] Verte: *neque se usquam prostituebant.* Incautius hic Wolfius et negligentius. TAYLOR. V. Ind. Graecit. p. 428. Vertam: *neque ulla ratione sui copiam faciebant, und liessen sich schlechterdings nicht beykommen.* SCHAEFER.

P. 384. v. 16. Φίλων] Post h. v. ponit librarius, qui August. secundum exaravit, comma. Unde patet eum id vocabulum pro nomine proprio habuisse, quod est. REISK.

P. 384. v. 17. οὐχ] [ὃν οὐχ.] Delendum puto istud ὅν. IURIN. Id tamen minus necessarium, licet in Harleiano deesse videam. TAYLOR. Abest hic articulus etiam ab August. primo et secundo, item Bavarico. Delevi, ut ἄξιον non neutrius, sed masculini generis sit. REISK.

P. 384. v. 18. ὁρῶν] Non improbo: quia tamen Philo non

---

*) Sylburgius ad Dionys. Halic. Antiquitt. Rom. II. c. 55.: „Cum ὅμηρα subaudiendum σώματα. At infra, ubi ὁμήρους dicit, subintelligi potest masculinum παῖδας, aut simile.“ Talia illi aetati condonanda: in nostrae luce etiam Ellipsios Mysterium perosae vix ferenda. SCHAEFER.

suo solius, sed collegarum quoque nomine loquitur, malim ὁρῶντες in plurali. REISK. Ego non item. Nam ἔφη — ὁρῶντες — ἥδεσθαι καὶ χαίρειν foret constructio enormis adeoque soloeca. Sed quod, finito hoc periodi membro, insequentis constructio membri a singulari transit ad pluralem, αὐτοὶ μὲν οὖν κ. τ. λ., nihil habet offensionis. SCHAEFER.

P. 384. v. 18. μεγαλοψύχως] καὶ μεγαλοψύχως August. primus. REISK.

P. 384. v. 20. ἥδεσθαι καὶ χαίρειν] V. not. ad v. 9. Abundantius etiam Aristophanes Pac. v. 291. ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι. Ridicule ob Datismum, non ob pleonasmum. SCHAEFER.

P. 384. v. 21. τὰ τῆς πόλεως — ἦν τότε] Parum differunt quae collegi Ind. ad Homeri Odyss. p. 176. SCHAEFER.

P. 384. v. 22. τὴν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 384. v. 22. φιλανθρωπίαν] φιλίαν Paris. quintus: nisi illo in codice fuerit φιλανίαν, quod est in August. primo, idem prorsus cum vulgata. REISK.

P. 384. v. 22. αὐτὸν] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 384. v. 23. προσθέντα] [προθέντα.] Male editio Benenati προσθέντα. Quod vidit et vindicavit Lambinus. Confer p. 361, 27. TAYLOR. ποθέντα cum γρ. margo Lutetianae sine auctoritate. Qua in lectione vitiosa cerno verae vestigia, quae mihi videtur esse ἀποθέντα. Wolfius προθέντα dedit in annotatt. et in farragine. Sed προσθέντα est utique in Bavarico et videtur quoque in meis reliquis fuisse, e quibus nihil ad hoc vocabulum annotavi. Et est procul dubio bona lectio. REISK. Recte προσθέντα. Philo rogavit, ut Philippus prioribus beneficiis nova adderet. SCHAEFER.

P. 384. v. 23. αὐτοῦ] [αὐτοῦ.] Scrib. αὑτοῦ. MARKLAND. Et recte. Harl. ἑαυτοῦ. Id quod voluisse credo Regg. α. δ., qui σαυτοῦ. TAYLOR. Vulg. αὐτοῦ. In Bavarico corrector spiritum lenem, qui primitus fuerat, erasum cum aspero mutavit. REISK.

P. 384. v. 25. δὲ] Sic etiam Bavaricus, sed corrector τε superscripsit. REISK. τε Bekker. Recte. καὶ — δὲ hic locum non habet. SCHAEFER.

P. 384. v. 25. σφᾶς] σφεῖς Bekker. e libro optimo. Utrumque probum: sed probabilior nominativus ut magis obnoxius mutationi. V. not. ad Sophocl. Oed. T. 958. SCHAEFER.

P. 384. v. 25. ὑπάρξειν] ὑπάρχειν August. primus. REISK.

P. 384. v. 26. καὶ γάρ τοι] I. q. δὴ, *iam*. SCHAEFER.

P. 384. v. 26. καὶ τί ἡμῖν συμβέβηκε] [καὶ τί συμβέβηκε.] Wolfius: *et quid vobis acciderit*. Immo: *et quid iis* (Thebanis) *evenerit*. IURIN. Recte fortasse. Sed nonnulli Codd. Wolfii interpretationem confirmant. MS. enim Harl. cum Aug. et editt. accu-

rationibus καὶ τί ὑμῖν συμβέβηκε. Quam lectionem neque laudo admodum, neque improbo. TAYLOR. Vulg. καὶ τί συμβέβηκε. Post τί addunt alii ἡμῖν, alii ὑμῖν: illud quidem August. primus et secundus, item Weimar., hoc autem Harl. et edit. P. Manutii. ἡμῖν addidi, quod addi oportuisse docet p. 385, 13. ἀντιθῶμεν δὴ —. REISK. Immo docet non oportuisse addi. Infra enim consideratur, quid evenerit Atheniensibus: hîc, quid Thebanis. Recte igitur pronomen omisit Bekker. τί — γέγονεν — καὶ τί συμβέβηκε est e pleonasmis orationis Demosthenicae. SCHAEFER.

P. 384. v. 27. θεάσασθε] θεάσασθαι P. Manutius solenni errore. REISK.

P. 384. v. 27. ἡλίκον ἐστὶ] *quanti momenti sit.* SCHAEFER.

P. 384. v. 28. πράγματα] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 385. v. 1. ταλαιπωρουμένοις — τῷ πολέμῳ] ταλαιπωρούμενοι τῷ μήκει τοῦ πολέμου p. 231, 15. Passowius Annot. Crit. in Anton. Diog. p. 76.: „Lexica utrumque verbum [ἐκταλαιπωρεῖν et ἐνταλαιπωρεῖν] ignorant.“ ἐνταλαιπωρεῖν habet Scapula Oxoniensis e Photio, Stephanus Londinensis ex Ioanne Chrysostomo Theodoroque Prodromo citatum. Sed in Antonio vide ne scribendum sit συνταλαιπωροῦντες, quod quomodo transierit in ἐνταλαιπωροῦντες, docet Bastii Commentat. Palaeograph. p. 714. SCHAEF.

P. 385. v. 6. Τιλφωσσαῖον] Τιλφωσσαῖον August. primus, et sic quoque idem p. 387, 8., item Bavaricus. Τιλφόσσαιον August. secundus. REISK.

P. 385. v. 6. τῶν] Omittunt August. secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius, Wolfius. Vulgata est in Harl. et Lindenbr. et nescio an in August. primo quoque, e quo nihil annotavi. REISK.

P. 385. v. 7. ὅσην] Rectius fortasse ὅσον, uti praeferunt MSS. ὁπόσην βούλονται Lindenbr. TAYLOR. Sed debuerat illos Mstos nominatim appellare. REISK. Sive ὅσην scribas seu cum Bekkero ὁπόσην, rectum est, nec rectius ὅσον. Fugit Taylorum idioma syntacticum, de quo v. Bosii Ellips. p. 274. SCHAEFER.

P. 385. v. 7. ἠβούλοντο] Vulg. ἐβούλοντο. ἠβούλοντο August. primus et secundus. REISK. βούλονται Bekker. SCHAEFER.

P. 385. v. 7. δὴ] Abest ab August. primo. REISK.

P. 385. v. 8. τοῖς δὲ — τί;] τί δὲ πρέσβεσι τοῖς τῶν Θηβαίων; τί; Cod. Venetus. TAYLOR.

P. 385. v. 8. πρέσβεσι] πρέσβευσι August. secundus. REISK. Varietas haud infrequens. V. not. ad v. 14. ad p. 375, 21. 386, 2. πρέσβευσι [al. πρεσβεῦσι] recte damnat Lobeckius ad Phrynich. p. 69. SCHAEFER.

P. 385. v. 10. Θηβαίων] Ἀθηναίων Aldina Taylori perperam. REISK.

P. 385. v. 10. τὸ] τοὺς August. secundus. Volebat nempe τοῦ dare. REISK.

P. 385. v. 12. εἰς — λόγον] *si rationem habeas —, quod attinet ad —*. V. Wyttenbachii Iulianca p. 170. s. ed. Lips., ubi etiam hic locus citatur. SCHAEFER.

P. 385. v. 12. ἀρετῆς — καὶ δόξης] Pleonasmus oratorius: nam ἀρετὴ h. l. idem quod δόξα. Eâdem redundantiâ Homerus Odyss. XIV. 402. s. οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους. V. mea in H. Stephani Thesauro c. 2192. B. SCHAEFER.

P. 385. v. 12. ἀπέδοντο] L. οὐκ ἀπέδοντο. Quod patet ex comparatione sequente. οὗτοι sunt legati Thebanorum. MARKLAND. Ni οὗτοι fortasse in Aeschinem et socios iaciatur. Quod est verisimile. TAYLOR. Aeschines puta cum sodalibus. REISK. Vere. τοῦτο δὲ — καὶ δόξης est sententia generalis, qua Demosthenes h. l. utitur, non ut laudet Thebanorum legatos iam satis laudatos, sed ut proditores patriae identidem laceret. SCHAEFER.

P. 385. v. 14. πρέσβεσι] πρέσβευσι August. secundus. Item p. 386, 10. 13. REISK. V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 385. v. 15. αὐτοῖς] Si abesset, non desiderarem. SCHAEFER.

P. 385. v. 18. κωλύσειν] κωλύειν Bavaricus (erasa vetusta lectione, quae videtur eadem cum vulgata fuisse), Venet. Lindenbr. Ald. Tayl. REISK.

P. 385. v. 18. ὑμῖν] ἡμῖν August. primus, Bavaricus. REISK.

P. 385. v. 20. ἐχθρὸν — καὶ πολέμιον] Usurpavit Orator ut idem significantia: ne putes eum cogitasse de discrimine, quod Grammatici inter haec vocabula esse statuunt. SCHAEFER.

P. 385. v. 20. ἡγήσεσθαι] [ἡγήσασθαι.] L. ἡγήσεσθαι, ut κωλύσειν. MARKLAND. Recte, ut Cod. Reg. α. et Ital. Verum in Ven. et in Lindenbr. κωλύσειν non scribitur, sed κωλύειν. TAYLOR. Vulg. ἡγήσασθαι. Correxi ἡγήσεσθαι ob praemissum κωλύσειν. REISK.

P. 385. v. 21. ἃ συνεῖπε κ. τ. λ.] Eodem modo p. 434, 27. V. Ind. Graecit. p. 478. Diversa constructione p. 387, 27. ἡ μὲν εἰρήνη —, ᾗ συνεῖπεν οὗτος. SCHAEFER.

P. 385. v. 25. τὸ τῶν συμμάχων δόγμα] *decretum de sociis*. V. not. ad p. 274, 21. SCHAEFER.

P. 385. v. 25. καὶ καλέσαι] F. καὶ μὴ καλέσαι. MARKLAND. καὶ καλέσαι nisi infitiatione *) rectum est. cum vobis persuasissem, ut iam velletis Philippi quoque legatos in concionem invitare, quo

*) Parum intelligo. Num Marklandi coniecturam subsannare voluit? Sed hoc non est gravitatis Reiskianae. SCHAEFER.

ipsis declararetis, vos decrevisse socios quoque vestros hac pacis formula complecti, neque passuros esse, ut ab ea arceantur. REISK. F. καὶ κελεῦσαι. Subaud. κυρῶσαι. De confusione horum verborum satis crebra v. mea in H. Stephani Thesauro c. 4697. A. SCHAEFER.

P. 385. v. 26. τοὺς] Abest a Paris. quarto et quinto, August. primo. REISK.

P. 385. v. 26. ἐκκρούσας — ὑστεραίαν] *re fraude in posterum diem dilata.* Hoc malo quam *iste cavillationibus eludens postridie persuasit.* WOLF. ἐκκρούσας, scilic. aut ὑμᾶς aut τὸ πρᾶγμα. REISK. V. Buttmannus Ind. ad Midian. p. 171. SCHAEFER.

P. 385. v. 27. Φιλοκράτους] Vulg. τοῦ Φιλοκράτους. τοῦ abest ab August. primo, Bavarico, Aldo, P. Manutio. Detraxi articulum. REISK.

P. 385. v. 27. ὑμᾶς] Omittunt Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Sed habent Venet. Harl. et Aldina Taylori. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 385. v. 28. ἄλλα] Abest ab August. primo. REISK. ἄλλ' Bekker. SCHAEFER.

P. 385. v. 28. δεινότερα] δεινὰ Paris. primus et quartus, August. primus. REISK.

P. 385. v. 28. ἔνεστι] Vulg. ἐστὶ. ἔνεστι August. primus et secundus, quod praetuli. REISK. ἐστι Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 2. πρέσβεσι] Bekkerus: „πρεσβεῦσι O." V. not. ad p. 385, 8. SCHAEFER.

P. 386. v. 2. τοῖς] τοῖς secundum abest a Paris. secundo. REISK.

P. 386. v. 2. πράξασι] πράξασιν Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 2. σιωπῶ πάνθ', ὅσα] [σιωπῶ, πάνθ' ὅσα.] Distinguit cl. Marklandus ita: σιωπῶ πάνθ', ὅσα. TAYLOR. Vulg. σιωπῶ, πάνθ' ὅσα. REISK.

P. 386. v. 3. ὅσα ἑωράκατε ὑμεῖς] Scilicet ἐνταῦθα, παρ' ὑμῖν, αὐτοῖς προσγενόμενα. hic, in urbe. REISK.

P. 386. v. 3. ἑωράκατε] ἑωράκαθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 3. οἰκίας, ξύλα, πυρούς] V. p. 376. in. SCHAEFER.

P. 386. v. 3. πυρούς] πύργους Paris. quartus. REISK.

P. 386. v. 3. ἀλλ' ἐν] [ἀλλ' ἃ ἐν.] τὸ ἃ redundare puto. Nec enim verbum, ad quod referri possit, sequitur aut subintelligitur. WOLF. ἀλλ' ἃ ἐν editt. Ald. et Lutet. Corrigunt nonnulli ἀλλὰ ἐν. Ita dedit Felicianus. Ita Cod. Ven., cuius lectio non recte repraesentari solet aut intelligi: ἢ ἀλλὰ ἦν. Sed exaratur, si fides sit accuratius explorantibus: ἀλλ' ἐν, ἢ ἄλλα ἐν, i. e. ἀλλὰ, *sed*, *vel* ἄλλα, *alia.* Ita nonnunquam vexantur exemplaria ex scribis emendantibus. TAYLOR. Vulg. ἀλλ' ἃ ἐν. ἀλλὰ ἐν P. Manutius. ἃ omit-

tunt August. primus et secundus, Bavaricus. *ἀλλ' ἐν, ἢ, ἄλλα ἐν* Aldina Taylori clare et perspicue scriptum exhibet. Expunxi *ἃ*. Subauditur *τί συμβέβηκεν* aut *προσγέγονεν αὐτοῖς*. REISK. Immo simplicius *γέγονεν*. Similiter Wolfius ad v. 5. SCHAEFER.

P. 386. v. 5. *χώρᾳ συμμάχων*] *συμμάχων χώρᾳ* Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 5. *γεωργίαι παμπληθεῖς*] Subaud. *ἐγένοντο*. WOLF. *γεωργίαι*, *agri*. Pausanias IV. 7. 1. *ἐλῄστευον δὲ καὶ οἱ Μεσσήνιοι τά τε ἐπιθαλάσσια τῆς Λακωνικῆς καὶ ὅσαι γεωργίαι περὶ τὸ Ταΰγετον ἦσαν.* SCHAEFER.

P. 386. v. 6. *Φιλοκράτει*] *Φιλοκράτῃ* August. secundus. REISK.

P. 386. v. 6. *τάλαντον*] *τάλαντα* Paris. secundus. REISK.

P. 386. v. 8. *ὑμετέρων*] *ἡμετέρων* August. primus et secundus. REISK.

P. 386. v. 10. *πρέσβεσι*] V. not. ad p. 385, 14. SCHAEFER.

P. 386. v. 10. *ὑμετέροις*] *ἡμετέροις* August. primus et secundus. REISK.

P. 386. v. 11. *ἐκπεμψάσῃ*] *ἐκγυμνωσάσῃ* Lessing. REISK.

P. 386. v. 11. *πόλει*] Benenatus *τῇ πόλει*. Editio sane prae caeteris harum minutiarum prodiga. TAYLOR. Vulg. *τῇ πόλει*. Articulus abest a August. primo et secundo, Bavarico, Ald. P. Manut. Detraxi. REISK.

P. 386. v. 12. *γεγενῆσθαι*] Vellem abesset: quippe parum apte respondet exadversum posito *εἰργάσθαι*. SCHAEFER.

P. 386. v. 13. *τοῖς δὲ πρέσβεσι*] *τῶν δὲ πρέσβεων* Bekker. e libro optimo. SCHAEFER.

P. 386. v. 13. *πρέσβεσι*] V. not. ad p. 385, 14. SCHAEFER.

P. 386. v. 15. *ἀποριῶν*] Proba est lectio neque temere sollicitanda. Bene, ut mihi videtur, addit Demosthenes *ἀντὶ τῶν ἐσχάτων ἀποριῶν* ad exprimendam istorum hominum subitam novamque fortunam. *Ex summa rerum omnium inopia et maxima egestate evaserunt beatissimi.* Simile est istud Terentianum initio Andriae:

Feci, e servo *ut esses libertus mihi.*

Simile etiam istud Lysiacum de caede Eratosthenis p. 7, 3. *οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι.* Ita Olynth. III. *οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι.* Ita De rebus Chersones. *τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι, καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι· ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι.* Ita Philipp. III. *ὅτι μὲν δὴ μέγας ἐκ μικροῦ καὶ ταπεινοῦ τοκαταρχὰς ὁ Φίλιππος ηὔξηται.* Ita infra p. 434. pen. *ἐξ ὧν ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν συνέβη γενέσθαι τὴν εἰρήνην.* Item p.

289, 17. et 270. ult. Ita Herodotus Erat. 32. ἐποίευν ἀντὶ *) εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους. Emphasin haec habere solent praecellentem. TAYLOR.

P. 386. v. 16. εἰργάσθαι] καθίστασθαι Mss. Ald. Felician. et Manut. TAYLOR. Indices Aldi, Bernardi, Pauli dant καθίστασθαι. REISK.

P. 386. v. 16. ταῦτ' ἀληθῆ] τἀληθῆ August. secundus. REISK.

P. 386. v. 17. τούτων] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 17. Ὀλυνθίους] Quid Olynthiis extorribus cum Phocensi agro? Puto legendum Φωκέας. Etsi Aeschines meminit Olynthii cuiusdam, quem Demosthenes corrumpere non potuerit, ut pro testimonio mentiretur. WOLF. Delendum opinor Ὀλυνθίους. MARKLAND. Ὀλυνθίων Cod. Aug. cum margine Benenati. TAYLOR. Ὀλυνθίων August. primus, margo Lutetianae sine auctoritate. REISK. Quid impedit Demosthenem usum esse testimonio Olynthiorum, quos et ipsos Macedo pessime mulcaverat? Phocensium quidem, qui abessent, testimonio uti non potuit. SCHAEFER.

P. 386. v. 20. τοιοῦτόν] Vulg. τοιοῦτό. τοιοῦτόν August. primus. REISK. τοιοῦτό Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 21. καλὴν] καλὴν lege. WOLF. Nam editio Parisina una cum Ulpiano habet καλή. Minime recte. TAYLOR. Vulg. καλή. καλὴν August. primus et secundus, P. Manutius et ex eo forsitan Weimar. Et sic quoque Wolfius in sua editione exhibuit. Sed καλὴ est in Aldina et Ulpiano. Correxi καλήν. REISK.

P. 386. v. 22. ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ κ. τ. λ.] Maximus Sophista de Insolubilibus c. 1. p. 572. ἐν μὲν οὖν προσχήματι τοῦ δοκεῖν λύειν ἄλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν ἀντικατηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐχρῶντο τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ

---

*) Inserendum esse articulum τοῦ annotatio ad Gregor. Cor. p. 38. s. mihi videbatur sic demonstrasse, neminem ut dissensurum esse crederem. Tamen refragatus est Schweighaeuserus: facile se mihi assentiri, Atticum scriptorem non neglecturum fuisse articulum; Ionicum eadem lege se adstringi non passum esse. In qua disputatione vir egregius proprium dixit dialecti Atticae quod proprium est omnium dialectorum, quippe coniunctum cum ratione syntactica linguae Graecae. Nimirum infinitivus εἶναι syntactice iunctus praepositioni ἀντὶ quid aliud est quam substantivum eo in casu positum, quem illa praepositio regit? Qui cum alius esse non possit quam genitivus, infinitivus autem nisi articulo addito flecti non patiatur, manifesto apparet nullam non dialectum poscere addi articulum τοῦ. Sophocles, ut hoc utar, cum scriberet Aiac. 554. ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος, sic non scripsit propterea quod Atticus esset, sed quod ut Graecus aliter non posset: nam qui articulum omitteret, non ionice, sed barbare loqueretur. SCHAEFER.

τοῦτο εἰρήνην ἐπράξαμεν. οὐ δυνάμενος λύειν ταύτην ὁ ῥήτωρ ἀντικατηγορῶν φάσκει· ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν, ἀντερωτήσατε αὐτὸν — ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται; ἀδυνατῶν γὰρ δεῖξαι, ὡς οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμησαν, διὰ τοῦτο οὖν, φησὶν ἀντικατηγορῶν, δῶρα εἴληφας. REISK.

P. 386. v. 23. δὴ] δὲ August. secundus. REISK.

P. 386. v. 23. ἐρωτήσατε] ἐρωτήσατ' Bekker. SCHAEFER.

P. 386. v. 23. μεμνημένοι] De hoc usu participii μεμνημένος iuncti imperativo v. Ind. ad Poët. Gnom. p. 363. s. SCHAEFER.

P. 386. v. 25. τινὸς] Abest ab August. primo. REISK.

P. 386. v. 25. πρεσβεύων] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 386. v. 25. ταύτης] ἐκ ταύτης Paris. quartus, et ita Maximus Sophista. REISK.

P. 386. v. 25. αὐτῆς] [τῆς αὐτῆς.] F. del. τῆς, ut paulo post. MARKLAND. Ita Cod. noster Harleianus. Atque ita Maximus Sophista (vid. Fabric. Biblioth. Gr. T. IX.), qui totum hunc locum laudat tali varietate: scilic. ἀντερωτήσατε — πόλεως ᾤχετο πρεσβεύων — ταύτης αὐτῆς — τε τῷ πολέμῳ (ut Regg. α. δ. ε. Ital. et Harl.) — ἔχειν στρατηγοὺς (ut Lind. et Harl.) — πόλις τῶν αὐτῆς ἀφέστηκεν. TAYLOR. Vulg. τῆς αὐτῆς. τῆς abest ab August. primo et secundo et Bavarico. Detraxi articulum. REISK.

P. 386. v. 26. τε] Post κεκρατηκέναι addunt τε Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus, Maximus Sophista. τε addidi. *a qua et Philippum aiat bello devictum esse, et cui esse bonos imperatores aiat.* REISK.

P. 386. v. 27. χρηστοὺς] καλοὺς Paris. quartus. REISK.

P. 386. v. 27. τοὺς] Omittunt August. primus et Maximus Sophista. REISK.

P. 386. v. 27. χρήματ'] F. χρήματ' ἂν. MARKLAND. Sic constructio fit soloeca: neque enim dicitur ἂν εἴληφεν, sed ἂν εἰλήφει. V. not. ad p. 251, 28. Praeterea Orator cum loquatur καταφατικῶς, particula locum non habet. Hoc enim dicitur: Probabilis causa fuit, cur dona acciperet; victus enim quid non largiatur, ut in populo victore habeat qui suorum civium iram in debellatum placet? SCHAEFER.

P. 386. v. 28. ταύτης αὐτῆς] τῆς αὐτῆς MS. Obsop. et margo Ask. TAYLOR.

P. 386. v. 28. τίνος ἕνεκα — δῶρα προσλαβὼν φαίνεται;] Facilis responsio: Non ut Philippus pacem aequam illis donis redimeret; quippe bellum prospere gesserat: sed ut civitas per Aeschinis fraudem pacem cum Philippo faceret iniquioribus etiam conditionibus, quam ob ducum culpam oportuerat. SCHAEFER.

P. 386. v. 29. ἑαυτῆς] αὐτῆς Maximus Sophista et Bavaricus. REISK.

P. 386. v. 29. *δῶρα*] *δωρεὰς* Paris. quartus, August. primus. REISK.

P. 387. v. 2. *νῦν δὲ — εἴληφεν*] Post *ἐγίγνετο* in quodam vetusto exemplari, quod Ulpianus adhibuit, ut et in Harleiano nostro, ita scribebatur: *νῦν δὲ ἡ μὲν πόλις τῶν αὑτῆς ἀφέστηκεν, οὗτος δὲ χρήματα εἴληφεν.* Addit deinde homo satis sagax, non videri hoc comma profectum esse a Demosthene. Cui lubens assentior. Eadem porro vocabula retinet Cod. Aug. ex caeteris solus. In eo tamen apponuntur exadversum p. 386, 28. ad haec verba: *ἐφ' οἷς ἡ πέμψασα πόλις τῶν αὑτῆς ἀπέστη, ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται;* cuius nimirum textus sunt vel glossa vel quaedam chrestomathia. TAYLOR. Post *ἐγίγνετο* addunt ambo Augustani, primus puta et secundus, hanc sententiam: *νῦν δὲ ἡ μὲν πόλις τῶν αὑτῆς ἀφέστηκεν, οὗτος δὲ χρήματα εἴληφεν.* Falsum est, quod hoc de loco Taylorus tradit, nescio quo auctore, non Fabricio quidem, haec verba in August. primo (nam illum solum norat) apponi exadversum versus 28. p. 386. Procedunt enimvero haec in utroque libro cum reliquis eodem continuato scripturae tenore, ut nihil hic ab aliena manu interpolatum, nihil in margine scriptum appareat. Non possum comminisci, qui testimonio tam falso et ementito Taylorum deceperit: ipsum enim commentum id esse haud opinor. Versum hunc solidum interposui. REISK. *νῦν δὲ — εἴληφεν* delevit Bekker. Haud facilis optio. Ut enim versum, si absit, nemo quisquam requirat, tamen Orator quae inprimis urget elocutionis schemata varians iterare solet. SCHAEFER.

P. 387. v. 5. *πότερ'*] *πότερον* August. primus. REISK.

P. 387. v. 6. *Φωκέας — Φωκεῖς*] Congruenter canoni, de quo v. Thomas Mag. p. 364. Quanquam alibi negligitur; nisi forte neglectus librariis imputandus est. V. not. ad p. 395, 25. SCHAEFER.

P. 387. v. 6. *κρατεῖν*] Est imperfecti pariter ac *κρατουμένοις* v. 18. SCHAEFER.

P. 387. v. 7. *εὖ*] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 387. v. 7. *εἶχον μὲν γὰρ*] Vulg. *εἶχον γάρ. εἶχον μὲν γὰρ* August. secundus. *εἶχον μέν γε* August. primus. *μὲν* addidi. REISK. *εἶχόν γε* Bekker. SCHAEFER.

P. 387. v. 8. *Τιλφωσσαῖον*] *Τιλφώσσαιον* Bavaricus. *Τιλφίσαιον* August. secundus. REISK. V. not. ad p. 385, 6. SCHAEFER.

P. 387. v. 10. *ἐν Νέωσιν*] *Νέωνα* Stephanus urbem Phocidis esse scribit, unde fiat patrium nomen *Νέωνιος*. Sed hoc plurale est, sive *οἱ Νέωνες*, sive *τὰ Νέωνα*, fortassis a nova emtione. *Εἰς νέωτα, novo* aut *altero anno*. Unde versus: *Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.* WOLF. Harpocratio v. *Νεῶσι* hunc locum citat: apud quem Androtio in plurali habet *Νεῶνας*: licet Herodotus, ut discimus ex eodem Harpocratione et Stephano Byzantino, in singu-

lari *Νεῶνα*. MSti nostri *Νεωσίνας*, *Ἐννεωσίνας*, etc., non quod librarii duplicem scripturam civitatis invenerant, ut male auguratur Valesius in Notis ad Harpocr., sed quod proclive fuerit ex his vocibus, *καὶ τοὺς ἐν Νέωσιν ἀπειλήφεσαν*, oscitanti scribae tale monstrum procudere. Sed Valesii existimationi melius esset consultum, si tota illa adnotatio deleretur. Pessime enim cepit auctoris nostri mentem in hac periodo, atque hic extra limites negotii sui divagatur, ut id palam omnibus faceret. Eius tamen meritis hoc lubenter sum condonaturus. Locus Herodoti est VIII. 32. TAYLOR. *ἐννεώσινας* Paris. quintus et septimus. *ἐννεωσιν* Bavaricus, sed sine accentu. Prima manus in Augustano primo dederat *εννεωσινας ειλήφεσαν*: deinde recentior aliquis *ἀπ* supra versum adscripsit, volens ille idem, quod in vulgato exemplo est, dare; sed per errorem *ας*, cuius loco *ἀπ* scripsit, reliquit, quod tollere debuerat. *ἐν Νεῶσι* dat Suidas v. *Νεῶσι*, ubi huius loci meminit, item Harpocration. REISK. V. Photius c. 217. SCHAEFER.

P. 387. v. 10. *αὐτῶν*] Vulg. *αὐτῶν*. *αὐτῶν* Ald. P. Manut. Bavaricus. *αὐτῷ* Paris. secundus. Mutavi spiritum lenem cum aspero. Potest lenis quoque probari, sed prout verbum *ἀπειλήφεσαν* accipitur. Sententia nimirum si haec est: Phocenses partem copiarum Thebanarum (ut *αὐτῶν* ad Thebanos redeat) apud Neonas interceperant, absciderant, circumvallaverant: recte habet lenis. Sin autem haec obtinet sententia, quae h. l. videtur obtinere debere: Phocenses iuvenes suos recuperaverant, quos Thebani apud Neonas interceperant: praestat asper. Quod porro ait, ducentos septuaginta viros a Phocensibus caesos esse, sponte sua paret viros Thebanos intelligi. REISK. Recte *αὐτῶν* Bekker. *αὐτῶν* si verum esset, in membro proximo oportuerat addi *ἐκείνων*. SCHAEFER.

P. 387. v. 10. *διακοσίους*] *τριακοσίους* margo Lutetianae sine auctoritate. REISK. Haud infrequens confusio horum numeralium. SCHAEFER.

P. 387. v. 11. *Ἡδυλείῳ*] In Cod. Augustano *σχ. ὄρος Φωκίδος*. Plura de eo consignantur ab Ulpiano et Harpocratione. TAYLOR. *Ἡδυλίῳ* August. secundus. REISK. V. Photius c. 51. SCHAEFER.

P. 387. v. 11. *εἱστήκει*] Malim *εἱστήκεισαν*. IURIN. Dubito vehementer. Scriptum est Graecanico more. Infra p. 444, 5. *ἐκρατοῦντο Θηβαῖοι καὶ μάχῃ ἥττηντο, καὶ τρόπαιον ἀπ' αὐτῶν εἱστήκει*. TAYLOR. Subaudi *αὐτοῖς κατὰ τῶν Θηβαίων*. Tropaeum a Phocensibus erectum de Thebanis stabat adhucdum salvum, neque conciderat, neque a Thebanis revulsum fuerat. REISK. Iurini coniecturam aversatur Graecitas Demosthenica. V. not. ad p. 11. 26. Weiskius ad Longin. p. 594. et Kiesslingius ad Iamblichi Vit. Pythag. p. 513. SCHAEFER.

P. 387. v. 12. *κακῶν Ἰλιάς*] Miror, cur Genethlio, antiquo

scriptori in Demosthenem, displicuerit hoc proverbium. Ulpianus: φησὶ δὲ Γενέθλιος, ὅτι ἐνήλλακται (ita lege) ἡ πτῶσις. ἔδει γὰρ εἰπεῖν Ἰλιάδος κακά. TAYLOR. Pessime Genethlius. Vid. Photius c. 82. meaque in edit. Londin. Lexici Voc. Peregrin. p. DXXIII. b. SCHAEFER.

P. 387. v. 12. ὑμῖν δὲ — τοῦ λοιποῦ] Citant Anecd. Bekk. p. 147, 18. SCHAEFER.

P. 387. v. 12. ὑμῖν δὲ — γένοιτο] Codd. alii: ὑμῖν δὲ τοιοῦτο οὐδὲν οὔτ' ἦν, οὔτε γένοιτο. alii: ὑμῖν δὲ τοιοῦτο μηδὲν οὔτ' ἦν, μήτε γένοιτο. TAYLOR.

P. 387. v. 12. τοιοῦτον] Vulg. τοιοῦτο. τοιοῦτον August. primus et secundus. τοιοῦτο οὐδὲν οὐ τὴν (sic pro οὔτ' ἦν) Aldina Taylori. REISK. τοιοῦτο Bekker. SCHAEFER.

P. 387. v. 13. οὐδὲν — γένοιτο] Vulg. οὔτ' ἦν, οὔτε γένοιτο. οὐδὲν οὔτ' ἦν, μήτε γένοιτο August. primus. οὔτ' ἦν μηδὲν, μήτε γένοιτο Paris. primus, quartus, sextus, septimus. In μήτε γένοιτο consentiunt his etiam Bavaricus, August. secundus et P. Manutius. οὐδὲν addidi. μήτε γένοιτο suffeci in locum vulgatae οὔτε γένοιτο. Nam conveniebat illud h. l. melius. Cum in modo indicativo loquuntur Graeci infitiantes aliquid, negantes factum esse, tum οὔτε usurpant: volentes autem aliquid vetare, votis avertere, deprecari, detestari, tum μήτε usurpant, ut imperativo ita proprium et consecratum, quemadmodum οὔτε indicativo est. REISK. V. Melet. Crit. p. 91. SCHAEFER.

P. 387. v. 13. μήτε] Perperam μηδὲ Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 387. v. 13. λοιποῦ] Post h. v. Bekkeriana recte habet subdistinctionem. SCHAEFER.

P. 387. v. 15. ἠδύνασθε] Vulg. ἐδύνασθε. ἠδύνασθε August. primus, secundus. REISK.

P. 387. v. 16. ἔτι] Malim τι. WOLF. Deest Harl. TAYLOR. Abest ab August. primo, secundo, Bavarico. Tametsi perquam probabile est τι correctius esse, tamen vel ipsum ἔτι quoque specie non caret. tum temporis adhuc ἄδειαν ἤγετε, licebat vobis. REISK. Recte delevit Bekker. Delendum esse ipsa eius sedes indicat: nam male disiungit arcte iungenda πάσχειν αὐτοί. SCHAEFER.

P. 387. v. 17. αὐτοὶ] αὐτὸν August. secundus. REISK.

P. 387. v. 18. τοῖς] τοῖς posterius abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 387. v. 18. τοσούτῳ] L. τοσοῦτον, ut vidi in quodam exemplari olim correctum. Atque ita MSS. optimi, Aug. et Harl. TAYLOR. τοσοῦτον August. primus et secundus. Vulgatam dat Bavaricus, sed cum ο super ω scripto. τοσούτῳ non cohaeret cum πολέμῳ, sed stat per se velut adverbiale pro κατὰ τοσοῦτον, adeo,

tantopere. REISK. τοσοῦτο Bekker. Bene. Sic v. 6. πλέον — κρατεῖν τῷ πολέμῳ. SCHAEFER.

P. 387. v. 18. καὶ τὰ] αὐτὰ August. secundus. REISK.

P. 387. v. 20. ἐγγέγονε] Non est, ut muniretur vox ea tali praeposito. Simplicius multo et melius MSS. Ven. Lind. Aug. Harl. cum duobus Paris. α. et ζ. γέγονε. TAYLOR. γέγονε August. primus, Aldina Taylori seu Venetus, Bavaricus. REISK. Bene γέγονε Bekker. Cum enim alibi ad sensum nihil intersit compositum probetur an simplex (v. Bosii Ellips. p. 149.), hic multum interest, statimque ad v. 22. videbimus, quantopere vulgata Reiskium fefellerit. SCHAEFER.

P. 387. v. 21. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 387. v. 21. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. quintus. REISK.

P. 387. v. 21. τῷ πολέμῳ] F. ἐν τῷ πολέμῳ. Pag. 371, 10. ἐπὶ τοῦ πολέμου διασωθέντας. MARKLAND. Vulgata non habet quod displiceat. *bello, per* s. *propter bellum.* SCHAEFER.

P. 387. v. 22. ἀπολωλεκέναι] Malim ἀπόλωλεν. Nam profecto ἐγγέγονε, *datum fuit, licuit,* quod fere nonnisi de re laeta et fausta et optabili dici potest, non convenit cum ἀπολωλεκέναι. Quae sententia! *Licuit reip. bona sua amittere.* Quasi ea magna sit felicitas. Nequaquam. Imo vero sententia haec est: Atheniensibus autem per pacem vel ea quoque bona perierunt, quae in ipso bello salva conservaverant. REISK. Vana et coniectura et disputatio. V. not. ad v. 20. SCHAEFER.

P. 387. v. 22. τὰ μὲν ἐκείνων] τἀκείνων μὲν Bekker. SCHAEF.

P. 387. v. 22. ἀπέδοντο] ἀπέδονθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 387. v. 23. ὑμέτερα] ἡμέτερα Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 387. v. 23. [ἀλλὰ — πολέμῳ.]] Aut haec obiectio abundare, aut refutatio eius abesse videtur. Praestiterit enim, positam non fuisse, quam non eversam. Neque enim facile bellum est sine sociorum auxiliis. Ulpianus εἰρωνείαν esse putat, quae κατ' ἀποδίωξιν refutatione indigna esse putetur. WOLF. Haec aliena esse arbitror neque huius loci. Ita connectendum et legendum existimo: ὅτι τὰ ἐκείνων μὲν οὐκ ἀπέδοντο οἱ πρέσβεις, τὰ δὲ ὑμέτερα οὗτοι πεπράκασιν. ὅτι γὰρ ταῦτα οὕτω πέπραται, καὶ ἐκ τῶν etc. πέπραται, inquam, non πέπρακται. *) Nam causale γὰρ et narratio, quae sequitur, clare evincunt, Demosthenem iam in eo esse, ut probet, venditam fuisse rempublicam. MARKLAND. Mire aestuat Ulpianus in sordibus huius κακοῦ κόμματος expurgandis. Et simile aliquid ei contigisse video ad eam, quae est De corona. Adnotarunt hic librarii in suis exemplaribus: δοκεῖ λείπειν ἐν-

*) V. Reiskius ad v. 26. SCHAEFER.

ταῦθα πολλά. Nemo autem ante praestantissimum Marklandum vidit, infaustissimum id incisum [ἀλλὰ νὴ Δία — τῷ πολέμῳ.] potius esse eliminandum. Veruntamen, ut meam exponam de ea re sententiam, vero est omnino simillimum, et talem obiectionem (vel potius talem defensionem pacis male conciliatae), scil. *socios belli diuturnitate fractos esse et defessos*, factam fuisse ab Aeschine, et a Demosthene alicubi animadversam: qua tamen in parte Orationis, neque liquet, neque fortasse unquam liquebit. Per totam enim mirum in modum omnia sunt conturbata, ut in aditu Orationis admonui, et ut, ea progrediente, planius apparebit. TAYLOR. Non mala sententia, obiectio satis valida. Nam obiectionem Aeschinis hanc esse praeter ipsam rem etiam formula νὴ Δία indicat. Cohaeret quoque apte cum praemissis. Ego vero nego, aiet, me socios ab Atheniensibus abalienasse. Ipsi sponte sua desciverunt, quia belli molestiis et sumtibus exinaniti diutius societatem sustinere non poterant. Ideo ei renunciarunt. Hactenus recte omnia. Verum non refutatur haec obiectio. Insequentia non ad eam respiciunt. Aut ergo ipse orator locum hunc inchoatum in lituris reliquit, aut refutatio huius occursionis e libris nostris nescio quo casu excidit, aut, si usquam exstat, avulsa est hypophora ab eius responsione. Interim, ut lectorem saltim de labe commonefacerem, haec verba uncis inclusi. Etiam in margine Meermann. adscriptum hic reperi λείπει. REISK.

P. 387. v. 25. φήσει] φησὶ August. primus et secundus, Bavaricus, sed hic cum vulgata superscripta. REISK.

P. 387. v. 26. πέπρακται] πέπρακται tuebor et servabo. Haec ita, ut aio, acta esse vel evenisse — id est, socios vestros ab Aeschine et Philocrate cum reliquis conspiratis Philippo proditos et venditos esse — id praeter iam dicta melius adhuc e mox dicendis discetis. REISK. Haec Reiskius in annotatt. In variet. lection. scripsit haec: „πέπραται, *vendita sunt*, coniecit Marklandus, non improbabiliter. Sed et vulgata bene stare potest.“ SCHAEFER.

P. 387. v. 26. ἐπιλοίπων] ὑπολοίπων Paris. quartus, August. primus et secundus, Aldina Taylori. REISK.

P. 387. v. 27. ἐπειδὴ — τοὺς ὅρκους] Negotium condendae pacis Athenis cum legatis Philippi illuc missis et conscribendarum conditionum et, brevis ut sim, quaecunque Athenis condici et peragi hoc in negotio poterant, omnia peracta et finita cum essent, ut nihil restaret praeter ipsius Philippi testificationem sui assensus seu ratihabitionem, et legati Philippi cum ab urbe iam profecti essent cum exemplo formulae pacis a nobis iuratis fide atque religione nostra confirmato. τοὺς ὅρκους λαβόντες, scilicet παρ' ἡμῶν. REISK.

P. 387. v. 27. αὕτη] [αὐτὴ.] F. αὕτη, *haec*. WOLF. F. αὕτη. MARKLAND. Vulg. αὐτή. αὐτοῦ τοῦ Φιλοκράτους August. secundus. REISK.

P. 387. v. 28. ἀπήρκεσαν] ἀπέπλευσαν habet MS. Aug. loco scholii aut glossae. TAYLOR. ἀπῄεσαν August. secundus. In texto primi est vulgata, sed in margine adscriptum est scholium, quod Taylorus putavit in ipso texto esse scriptum loco scholii aut glossae: quasi scholium idem sit atque glossa. REISK. V. p. 392, 15. 21. SCHAEFER.

P. 388. v. 1. γε] δὲ August. secundus. A primo plane abest. REISK.

P. 388. v. 3. δὴ] Abest a Paris. quarto, August. primo et secundo. REISK.

P. 388. v. 3. ἀγαθὰ ὑμῖν ἤμελλεν] Vulg. ἔμελλεν ἡμῖν ἀγαθά. ἤμελλεν August. primus. ἀγαθὰ ἡμῖν ἔμελλεν Bavaricus, Aldus, P. Manutius. Eundem tenet ordinem verborum August. secundus, nisi quod ὑμῖν dat. REISK. ἀγαθὰ ἡμῖν ἤμελλεν Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 5. ἡμᾶς] Vulg. ὑμᾶς. ἡμᾶς Felic. Praetuli ἡμᾶς. prodebam ad vos verbis, me aequum censere, ut nos legati quam primum per mare proficisceremur in Macedoniam, et hos quoque, Aeschinem caeterosque conscios, hortabar, ut id amputata omni mora facerent. Cohaerent inter se, non ἠξίουν ἡμᾶς, sed ἡμᾶς πλεῖν, id est ἔλεγον ἐγὼ, φαίνεσθαι ἐμοὶ ἄξιον ἡμᾶς (τοὺς ᾑρημένους πρέσβεις) πλεῖν —. REISK. ὑμᾶς Bekker. Bene. Reiskii ratio constructionem facit scabram. *petebam a vobis veniam proficiscendi* —. SCHAEFER.

P. 388. v. 6. Ἑλλησπόντου] Ἑλλήσποντον Aldina Taylori. REISK.

P. 388. v. 6. ἐᾶσαι] [ἐᾶσθαι.] F. ἐᾶσαι. MARKLAND. Ita editi a Benenato et Feliciano. Et ita sine litura Obsop. Cant. Harl. et margo exempl. Ask. TAYLOR. ἐᾶσθαι Aldus, unde accepit Wolfius. REISK.

P. 388. v. 7. τι] τὸ τι videtur παρέλκειν, cum μηδὲν antecedat. WOLF. Abest ab August. primo. Non redundat, sed cohaeret cum μηδέν. Creberrime usurpatur haec dictio μηδέν τι pro ἁπλῶς μηδέν. Per tmesin solummodo ista h. l. a se avulsa sunt. REISK. τι iure delevit Bekker. Tanta enim intercapedine τι a μηδέν nusquam dirimitur. SCHAEFER.

P. 388. v. 8. ὅσα] ὅσ' Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 10. μελλήσασιν] [ἀμελήσασιν.] μελλήσασιν Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. ἀμελήσασιν. μελλήσασιν August. primus et secundus. Praetuli μελλήσασιν. iis, si qui cunctati essent neque satis festinassent tabulas foederis obsignandas et religione iurisiurandi confirmandas curare. REISK. ἀμελήσασιν Bekker. Quod mihi quoque videtur praeferendum. Orator omnino detrimenta intelligit, quae talibus in negotiis e negligentia, ad quam etiam cunctatio referenda, nasci solent. SCHAEFER.

P. 388. v. 10. πώποτε] πώποθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 11. ἐγκαταληφθέντων] [ἐγκαταλειφθέντων.] τῶν προειμένων καὶ ἠμελημένων. Postea coniunge ἠθέλησε πολεμεῖν ἐξαρχῆς. WOLF. ἐγκαταληφθέντων maluit Lambinus. Nae ille aliquoties truculentus est Criticus praeter aequum modumque. TAYLOR. Correxi ἐγκαταληφθέντων (a λαμβάνειν). quae interea, dum de pace agitur et pax coalescit, occupantur ab altera parte contrahentium. REISK. Bene ἐγκαταλειφθέντων Bekker., i. e. προεθέντων. Bonorum quae quis ipse neglexit damnum patientius fert: ut nolit propterea descendere ad novas inimicitias. SCHAEFER.

P. 388. v. 12. ἐξ ἀρχῆς] Quaero, an significet *denuo* et coniungendum sit cum ἠθέλησε πολεμεῖν, *denuo bellum gerere voluit.* Ita sumendum videtur apud Aeschinem π. παραπρ. pag. 338. ult. καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἰσχύσαντος —. *atque iterum, denuo viribus aucto*, scilic. populo vel statu populari. MARKLAND. Recte: et corrige Wolfii versionem ad normam Etruscae: *vorra per qualche rimanente* di nuovo *guerregiare.* TAYLOR. Sic etiam Wolfius intellexit. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 388. v. 12. ἠθέλησε] ἐθελῆσαι Paris. quartus, August. primus. REISK.

P. 388. v. 12. προλαβόντες] λαβόντες simplex dat August. secundus. REISK.

P. 388. v. 12. ἔχουσι] Hinc illud in foederibus: ὁ ἔχων ἐχέτω. WOLF. ἔχουσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 16. ἡμῶν] ὑμῶν Paris. quartus. REISK.

P. 388. v. 17. ψήφισμα] ψήφισμ' Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 17. αὐτὸν] αὐτὰ Paris. quintus. REISK.

P. 388. v. 17. ἐξορκωσάντων] ὀρκωσάντων simplex dat August. primus. REISK.

P. 388. v. 17. τῶν] Abest a Paris. primo, quarto, quinto, septimo, August. primo et secundo, Bavarico. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 18. ἀποδώσειν] Subaudi αὐτὸν, Philippum. REISK.

P. 388. v. 18. ἐκείνου] [τούτου.] Satagunt MSti in substituendo ἐκείνου, Aug. nempe, Harl. et ex Regiis α. δ. ε. η. Deest in Lindenbr. TAYLOR. Vulg. τούτου. ἐκείνου August. primus et secundus. Praetuli ἐκείνου, quod idem ad Philippum redit. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 8. Δερκύλλος] Δερκύλος Bavaricus. Δέρκυλλος antepenacute August. secundus. REISK. Recte Δερκύλος Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 10. Φεραῖς] Fuit qui Πέλλῃ scribendum censeret, iure adversante Weiskio de Hyperb. III. p. 4. V. p. 390, 27. SCHAEFER.

P. 396. v. 12. ἐκέλευσεν] ἐκέλευεν August. primus et secundus. REISK.

P. 396. v. 12. ἀπαγγέλλειν] [ἐπαγγέλλειν.] Legendum ἀπαγγέλλειν. Ita Ald. Manut. Bodl. Felic. Harl. Aug. etc. Vide supra ad p. 340, 11. TAYLOR. Vulg. ἐπαγγέλλειν. ἀπαγγέλλειν August. primus et secundus, Bavaricus. Correxi ἀπαγγέλλειν. *mihi renunciare.* REISK.

P. 396. v. 12. αὐτὸν μεμνῆσθαι] αὐτὸν redit ad τὸν παῖδα. mandabat puero meo, non solum ut nunc mihi factum hoc referret, sed ipse quoque (puer) meminisset, quo testari de eo posset,

si fiat aliquando, ut testimonium ipsi hac de re dicendum sit. REISK.

P. 396. v. 13. οὑτοσὶ] Vulg. οὗτος. οὑτοσὶ Paris. primus, August. primus et secundus. Sed primus verba sic ordinat: ὁ βδελυρὸς καὶ ἀναιδὴς οὑτοσί. REISK. Eodem ordine Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 15. παρὰ] Sic lege. WOLF. περὶ enim nonnulli admodum insincere. TAYLOR. περὶ Aldus, quod corrigit Wolfius in annotatt. REISK.

P. 396. v. 16. ταῦτα] ταῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 16. συγγραψάμενος — μαρτυρήσω] Haec intelligenda sunt de testimonio, quod actor ipse magno suo periculo perhibet in sua causa. Ὁ κατὰ συγγραφὴν μαρτυρῶν, inquit Ulpianus ad locum, ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατηγορίᾳ καθίστησιν. Et rursus: ὁ μαρτυρίαν συγγραψάμενος ἐδίδου ἑαυτὸν ὑπεύθυνον τῷ καταμαρτυρηθέντι. Bene est, et addit: ἐπεὶ ἄτοπον ἦν τὸν αὐτὸν κατηγορεῖν καὶ μαρτυρεῖν, ἔδωκεν ὑμῖν μεθόδους, προσθεὶς, καὶ εἰπὼν, καὶ συγγραψάμενος. Eiusmodi testimonium videtur in scripta referri et obsignari, (ideoque fieri dicitur κατὰ συγγραφὴν,) ut adversarius, quandocunque vellet, litem falsi testimonii intendere posset adversario: et idcirco bene addit Scholiastes noster — ὑπεύθυνον καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον. Singularis haec iurisprudentiae Atticae formula non adeo silente pede praeteriri debuit ab iis, qui iurisprudentiam Atticam illustrare voluerunt. TAYLOR.

P. 396. v. 18. καλῶ] Est futurum. SCHAEFER.

P. 396. v. 18. δυοῖν] δυεῖν Bavaricus. REISK.

P. 396. v. 21. παρ' ὑμῖν] V. not. ad p. 383, 18. SCHAEFER.

P. 396. v. 21. φανερῶς] προφανῶς Paris. quintus et septimus. REISK.

P. 396. v. 23. Οἵοις μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Apparet legatos aspere Demostheni respondisse. WOLF. Immo intelligendum quidquid molestiae in illo itinere Demostheni collegae exhibuerunt. Conf. p. 400, 8. SCHAEFER.

P. 396. v. 23. μὲν τοίνυν] μέντοι νῦν August. primus, quod negat Fabricius seu Wolfius sibi placere. REISK.

P. 396. v. 23. κατὰ] Abest ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. Videturque praepositio profecta a manu interpretantis. *per totum itineris illius tempus*. SCHAEFER.

P. 396. v. 24. ἅπασαν *)] πᾶσαν Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 24. συνειχόμην] Vulg. συνεσχόμην. συνειχόμην Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK.

---

*) Corrige vitium typotheticum. SCHAEFER.

P. 396. v. 24. ἑωράκατε] Bekkerus: „ἑοράκατε F. qui sic tantum non ubique: ἑοράκατε Y. Q." SCHAEFER.

P. 396. v. 24. οἴεσθε ποιεῖν ἐκεῖ] οἴεσθ' ἐκεῖ ποιεῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 25. ὄντος] [ὄντας.] Cod. optimus Aug. habet ὄντος. Tu dispicias. TAYLOR. Vulg. ὄντας. ὄντος August. primus et secundus. Praetuli ὄντος. Nil interest. REISK. ὄντας Bekker. Quod praestat: nam satius est locum proxime ad legatos referri. SCHAEF.

P. 396. v. 26. τοιαῦτα] ταῦτα Bavaricus. REISK.

P. 396. v. 26. τοιαῦτα ποιοῦσι] Wolfius: *ista designent.* Potius: *ita faciant.* IURIN.

P. 396. v. 26. ποιοῦσι] ποιοῦσιν Bekker. SCHAEFER.

P. 396. v. 26. συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι κ. τ. λ.] Citant h. l. Hermogenes p. 68. et 417. Syrianus ad Hermogenem p. 169, 13. παράδειγμα δὲ τοῦ προτέρου [scil. τὴν δευτερολογίαν interdum esse brevem ante dictorum recapitulationem] Δημοσθένης ἐν τῷ π. παραπρ. ἐν ᾧ φησί· συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἐξ ἀρχῆς. ἐπέδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα, ἀλλὰ φενακίσαντα ὑμᾶς. ἕως οὐκοῦν ταῦτα ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ [p. 397, 12.], ταῦτα ἀπέδειξα. Marcellinus p. 174. διάφοροι δὲ αἱ τῶν ἀνακεφαλαιώσεων μέθοδοι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. καὶ γὰρ ἢ ἀπὸ πλάσματος κέχρηνται, ὡς Ὑπερίδης — ἢ ἀπὸ τῆς αἰτίας, ὡς παρὰ Πλάτωνι ἐν Φαίδρῳ — ἢ ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας, ὡς πρότερον ἐπαγγειλάμενοι ἐν κεφαλαίῳ τὰ ἐπαγγελθέντα πληροῦν ἐθέλομεν, ὡς ἔχομεν ἐν τῷ παραπρεσβείας· συλλογίσασθαι δὲ βούλομαι τὰ κατηγορηθέντα ἐξ ἀρχῆς, ἵνα, ὅσα ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς. etc. Scholiastes ad Aristotelis Rhetorica p. 3. a versu 32. Apsines p. 706. fine: ζητεῖται δὲ, εἰ ἐπὶ τέλους τῇ ἀνακεφαλαιώσει δεῖ χρῆσθαι τῶν λόγων, ἢ χώραν οὐκ ἔχει μίαν, ἀλλὰ πολλαχῶς ἡ χρῆσις αὐτῆς γίνεται. ἔνιοι μὲν οὖν εἰσιν ἐπὶ τέλους αὐτῇ κεχρημένοι, ὡς καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ Δημάδου Ὑπερείδης, καὶ Δημοσθένης, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους καὶ Τιμοκράτους. ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ μέσον που τοῦ λόγου ἐχρήσαντο τῇ ἐπαναμνήσει, τουτέστι τῇ ἐπανακεφαλαιώσει *), ὡς ἀμέλει καὶ αὐτὸς Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρ. etc. REISK.

P. 396. v. 27. ἀπ' ἀρχῆς] ἐξ ἀρχῆς Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus. REISK. Sic etiam Syrianus et Marcellinus ll. cc. SCHAEFER.

P. 396. v. 27. ὅσα] ἃ August. primus. REISK.

P. 396. v. 28. δείξω πεποιηκώς] Elegans Graecismus, φαίνωμαι πεποιηκώς, etsi δείξω ἐμαυτὸν πεποιηκότα crebrius est. Latine dicendum esset ἐμαυτὸν πεποιηκέναι. Multa enim Graecorum verba feruntur in nominativum aut accusativum participii, ubi

*) Adde Lexicis. SCHAEFER.

Latini accusativum cum infinitivo ponunt. WOLF. V. Elmsleius ad Euripid. Med. 535. *) SCHAEFER.

P. 396. v. 28. πεποιηκώς] πεποιηκέναι Cod. Reg. δ. TAYLOR. Bekkerus: „πεποιηκότα ἐμαυτόν γρ. S. Q." Sunt interpretamenta illius idiomatis. SCHAEFER.

P. 396. v. 28. ἐπέδειξα] ἀπέδειξα Paris. quartus, August. secundus. REISK.

P. 397. v. 4. προκαταληφθέντας] [καταληφθέντας.] Vel potius προκαταληφθέντας, ut repraesentant Codd. Regg. δ. η. et Harl. TAYLOR. Vulg. καταληφθέντας. προκαταληφθέντας August. primus et secundus. καταλειφθέντας Bavaricus. Praetuli προκαταληφθέντας. REISK. καταληφθέντας Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 5. τῇ — τῶν συμμάχων — εἰρήνῃ] formulae pacis, quae socios nostros complecteretur. SCHAEFER.

P. 397. v. 6. συναγορεύσαντα] συναγορεύοντα August. secundus. REISK.

P. 397. v. 7. βούλησθε] ἐβούλεσθε Paris. septimus. βούλεσθε August. primus et secundus. βούλοισθε Bavaricus. REISK. Recte βούλοισθε Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 8. δύναισθε] δύνησθε August. primus et secundus. REISK.

P. 397. v. 10. πάντα καὶ πεπρακότα] Vulg. πάντα, πεπρακότα. πάντα καὶ πεπρακότα August. secundus. καὶ addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 11. ταῦτα] ταῦθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 12. ταῦτα καὶ ἐπέδειξα] καὶ de meo addidi. REISK. ταῦτ' ἐπέδειξα Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 12. ἐπέδειξα] ἀπέδειξα Paris. primus et quartus. ὑπέδειξα August. secundus. REISK.

P. 397. v. 13. ἐστιν] ἐσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 13. μέλλων] Abest ab August. secundo, qui sic dat: ἔσθ' ὁ λόγος. REISK.

P. 397. v. 13. οὑτοσὶ] Abest a Paris. quarto, August. primo et secundo. REISK. Si quis delendum censeat, vix repugnem. SCHAEFER.

P. 397. v. 16. τοῦ δήμου] τὰ τοῦ δήμου Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 18. ἑαλωκέναι] Uno fere ore MSti ἡλωκέναι, Regg. δ. η. Harl. Ask. Lind. et Obsop. TAYLOR. ἡλωκέναι August. primus. REISK. ἡλωκέναι Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 21. ἱκανά ἐστιν αὐτὸν] Vulg. ἐσθ' ἱκανὰ αὐτὸν.

*) Quod v. 727. vir egregius eodem modo interpretatur, vereor ut omnes sit assentientes habiturus. SCHAEFER.

ἱκανά ἐστιν αὐτὸν August. primus. REISK. *ἔσθ' ἱκανὰ αὐτὸν* Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 23. *ἐπιδεῖξαι*] *ἀποδεῖξαι* Paris. quartus. REISK.

P. 397. v. 27. *ἐστὶν*] *ἔστ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 397. v. 28. *καὶ*] *καὶ* prius abest ab August. secundo. REISK.

P. 397. v. 28. *τὰ τείχη*] V. Weiskius de Hyperb. III. p. 11. et not. ad p. 390, 3. SCHAEFER.

P. 397. v. 28. *μωρία*] [*μυρία.*] Non bene conveniunt *μυρία ἂν εἴη λέγειν* — *ὅσοι κ. τ. λ.* Tum supervacanea sunt illa in fine periodi, *οὐ χαλεπὸν δεῖξαι.* Neque interea bene opponuntur *καὶ ὅσοι* — *οἳ δὲ* —. ubi Cod. Lind. *ὡς δὲ χρήματα* —. Quod Harl. habet, pro nihilo est, *εἰ δὲ χρήματα κ. τ. λ.* Locus certe praefractus et mendosus. TAYLOR. Vulg. *μυρία.* Correxi *μωρία* de meo sensu. supervacaneum sit eoque maiorem in modum stultum contendere in eo verbis operose docendo, quod nemo omnium ignorat et quod nemo in dubium vocat. REISK. *μυρί'* Bekker. Reiskii commentum ut nemini possit placere, tamen indignum est quod procaci lingua exagitetur: qualem nonneminis sannam qua decebat nota inussi ad p. 300, 12. Sensus: copiosissima oratione posset demonstrari, si tempus pateretur. Cetera huius loci, quae Taylorum tam male habuerunt, ut praefractum mendosumque diceret, Reiskius errorem illum suum cumulatissime pensans *σοφώτατα* expedivit. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 397. v. 28. *καὶ*] Cohaeret, non cum *μωρία ἂν εἴη λέγειν,* sed cum insequentibus *οὐ χαλεπὸν δεῖξαι.* Praeterea quoque difficile non est docere, quot legatorum vestrorum ob similia crimina aut capite aut aere luerint. REISK. Recte: *aut* capite *aut* aere luerint. Locus enim ad dialecticam *) subtilitatem exactus completusque sic habet: *ὅσοι διὰ ταῦτα οἳ μὲν* **) *ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν, οἳ δὲ χρήματα πάμπολλ' ὠφλήκασιν.* De qua constructione v. quae nuper annotavi ad Porsoni Hecub. p. 84. sq. SCHAEFER.

P. 398. v. 1. *ταῦτα*] *ταῦτ'* Bekker. *τοιαῦτα* si Codex offerret, acciperem. SCHAEFER.

P. 398. v. 1. *ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν*] *παρ' ὑμῖν τεθνεῶτα* p. 383, 18., ubi v. not. SCHAEFER.

P. 398. v. 1. *χρήματα*] Vulg. *ὅτι χρήματα.* *ὅτι* abest ab August. primo et secundo, item Bavarico. Sustuli. REISK.

P. 398. v. 2. *Ἐργόφιλος*] V. Harpocration p. 75. ed. Lips. et Photius c. 16. SCHAEFER.

---

*) V. Ind. ad Porsoni Hecub. p. 111. b. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

**) Sic, non *ὅσοι οἱ μὲν διὰ ταῦτα* —, quo ordine complevit Meierus de Bon. Damnat. p. 194. SCHAEFER

P. 398. v. 2. *Κηφισόδοτος*] V. Harpocration p. 104. et Photius c. 121. SCHAEFER.

P. 398. v. 2. *Τιμόμαχος*] V. Ind. Histor. p. 601. SCHAEFER.

P. 398. v. 3. *ποτε*] *τότε* August. primus et secundus. REISK.

P. 398. v. 3. *Ἐργοκλῆς*] Vide cl. Valesium ad Harpocrat. in hac voce. TAYLOR. V. Photius c. 16. et Meierus de Bon. Damnat. p. 194. SCHAEFER.

P. 398. v. 3. *ὀλίγου*] *ὀλίγῳ* August. primus. REISK.

P. 398. v. 5. *βεβλαφέναι*] *βεβλάφασι* August. secundus. REISK.

P. 398. v. 7. *προεωρᾶσθε*] *προεώρασθε* Bavaricus. *προεωράθητε* Weimaranus. REISK.

P. 398. v. 8. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* August. secundus, Aldus. Sed Weimaran. corrigit, ut vulg. REISK.

P. 398. v. 8. *ἐνοχλῇ*] *ὀχλῇ* Aldus. Sed vulgatam compositam dat Aldina Taylori. REISK.

P. 398. v. 8. *λυπῇ*] *ὑπῇ* August. secundus. *αὐτῇ* August. primus. REISK.

P. 398. v. 8. *εἶτα — ψηφίζεσθε*] Effectus negligentiae et cessationis hic describitur. WOLF.

P. 398. v. 8. *τηνάλλως*] *τὴν ἄλλως* Bekker. SCHAEFER.

P. 398. v. 10. *ἀποδοῦναι δὲ*] [*ἀποδοῦναι μὲν.*] *μὲν* deerat, credo, in omnibus. Unde erat quod scriberet Wolfius: „Ante *ἀποδοῦναι* aut aliquid deest, aut legendum *ἀποδοῦναι μὲν.*" id quod exhibuit. *ἀποδοῦναι δὲ* editi a Feliciano, Manutio et Benenato. TAYLOR. Wolfius et ex eo Taylorus dedere *ἀποδοῦναι μὲν.* *ἀποδοῦναι δὲ* Aldus primus ediderat. *δὲ* ter iteratum magnam habet et vim et elegantiam. Verba haec, ut loci e psephismatibus excepti, materialiter accipienda sunt, h. e. non ut oratoris ipsius oratio, sed tamquam ab ipso assimulatione repetita ex ore plebis ita stomachantis atque frementis: *ἀποδοῦναι δὲ — μὴ μετέχειν δὲ — ἐπανορθώσασθαι δὲ* —. Vos vero, legati, (vobis dicimus,) attendite, ut Philippus Cersoblepten rursus societati nostrae adscribat et ad iurisiurandi communionem admittat. Vos vero cavete, ut Philippus a rebus Amphictyonicis excludatur. Vos vero cavete, ut formula pacis corrigatur. Mirifice locum hunc et usum particulae *δὲ* illustrat alter adhuc clarior atque festivior adeo p. 582, 1. *οὐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν; τὸν δὲ βάσκανον!* [*Je, über den Racker!*] *τὸν δὲ ὄλεθρον! τοῦτον δὲ ὑβρίζειν;* [*Der sollte sich noch dürfen mausig machen?*] *ἀναπνεῖν δέ;* [*Dem sollte man nicht den Mund stopfen?*] REISK. Reiskius sibi ipse adversatur. Si enim haec materialiter intelligi oportet, ut oportet, nulla est particulae *δὲ* ter positae nec vis neque elegantia: ut frustra comparetur alter ille locus, in quo vernacule vertendo bonus Reiskius morem antiquum obtinet, nihil ille gratiae ab Oratore initurus, si Graecus ad nos reversus germaniceque doctus convicia sua his

vilissimae plebeculae sordibus deturpata legeret. Excellens fuit Reiskii acumen, admirabilis doctrina: sed iudicio (elegantiae enim defectum tali ingenio facile condonaveris) sane quam velles illum paullo plus valuisse. SCHAEFER.

P. 398. v. 10. τὸν] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 388. v. 11. Ἀμφικτύοσιν] Bekkerus: „ἀμφικτυόσιν O. k. r. s. u.“ Eandem accentus diversitatem enotavit ad p. 276, 18. 347, 12. V. Sylburgius Ind. ad Etymolog. M. s. v. SCHAEFER.

P. 398. v. 12. ψηφισμάτων] ψηφισάντων August. primus. REISK.

P. 398. v. 13. οὗτος] αὐτὸς Paris. primus et quartus. REISK.

P. 398. v. 13. νῦν δ' — ψευδόμενος.] Hermogenes p. 180. γίνεται δὲ [ἡ περίοδος] καὶ ἐκ συμπλοκῆς δύο ἀδικημάτων. οἷον· νῦν δὲ, ἃ μὲν πλεύσασιν ἦν σώζειν, βαδίζειν κελεύων ἀπολώλεκεν οὗτος, ἃ δ' εἰποῦσι τἀληθῆ, ψευδόμενος. REISK.

P. 398. v. 15. κελεύων] κωλύων nonnullis placere video; et meo exemplari, nescio a qua manu, adhaesit. Sed certe praeter rem, ut praeter membranas. Opponuntur voces πλεύσασι et βαδίζειν. *quae potuissent conservari*, si navibus essent profecti, *ea omnia perdidit, dum effecit*, ut pedibus iter facerent. Nihil certius. Vide, quod ad historiam attinet huius rei, pag. 388, 6. et 15. et demum 389, 26. Opponuntur saepe hae duae locutiones. Ita pag. 392, 26. τηνικαῦτα οὔτ' ἐπείγεσθαι βαδίζουσιν, οὔτε πλεῖν αὐτοῖς ἐπῄει. Atque ita bis laudat hunc locum Hermogenes de Invent. T. IV. p. 180. 181. TAYLOR.

P. 398. v. 15. ἀπολώλεκεν] Lege, ut Regii α. δ., ἀπολώλεκεν οὗτος. Aeschines scilicet. Ita Hermogenes loco nuper laudato: νῦν δ' ἃ μὲν πλεύσασιν ἦν σῶσαι, βαδίζειν κελεύων ἀπολώλεκεν οὗτος, ἃ δ' εἰποῦσι τἀληθῆ, ψευδόμενος. TAYLOR.

P. 398. v. 16. ἀγανακτήσει τοίνυν — εὐθύνας ὑφέξει.] Hermogenes p. 139. λείπει δὲ πολλάκις ἡ πρότασις οὐδὲν βλάπτουσα τὴν ὑποφοράν. κόσμος γάρ ἐστι τοῦ λόγου καὶ πλέον οὐδὲν πολλάκις. ἔσθ' ὅτε γὰρ καὶ θεωρίας ἐνδείγματα καλλίστης ἐμφανίζουσιν ἥ τε πρότασις καὶ ἡ ἀντιπρότασις, εἰ τῆς ἑρμηνείας τοῖς ὀνόμασι προσέχοιμεν, ἐξ ὧν τὸ εἶδος τῆς ὑποφορᾶς ὅπως διασύρεται καὶ δείκνυται θεωροῦμεν. οἷον· ἀγανακτήσει τοίνυν αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων [in Aldina legitur τῶν ἐνταῦθα πολιτευομένων] λόγων εὐθύνας ὑφέξει. εἰ μὲν γὰρ ἔλεγε· πυνθάνομαι τοίνυν αὐτὸν, περιάγοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγειν ἃ καὶ νῦν ἴσως πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖ ἀγανακτῶν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει· μετὰ προτάσεως ἔκειτο. ἐν οἷς γὰρ λόγοις ἐλπίζεται ἡ ὑποφορὰ, τοῦτό ἐστιν ἡ πρότασις. τὸ δὲ λέγειν, ὅτι ἀγανακτήσει νῦν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει, τοῦτό ἐστιν ἡ ὑποφορά. REISK.

P. 398. v. 18. ἐγὼ δ' — παραλείψω] Scholiastes Hermogenis

p. 154, 39. τεχνικὸν δὲ τὸ συμπλέκειν καὶ συνεισάγειν τὸ ἔγκλημα τῇ μεταλήψει, ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας πεποίηκε. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου λέγοντος· ἔξεστι λέγειν, ἃ βούλεταί τις, καὶ ὡς οὐ δεῖ λόγων εὐθύνας ὑπέχειν· ἐπάγει τὴν μετάληψιν ὁ ῥήτωρ· ἐγὼ δὲ, ὅτι πάντες ἂν εἰκότως ὧν λέγουσιν ὑπέχοιεν εὐθύνας, εἴπερ ἐπ' ἀργυρίῳ τι λέγοιεν, ἐάσω. REISK.

P. 398. v. 18. εἰκότως ἂν] ἂν εἰκότως Bekker. Sic etiam Scholiastes Hermogenis l. c. SCHAEFER.

P. 398. v. 18. ἂν] August. primus omittit. REISK.

P. 398. v. 20. ὑπέχοιεν] γρ. ὑπόσχοιεν Paris. primus, secundus, quintus, septimus, August. primus: et idem voluit quoque August. secundus, tametsi mendose dedit ὑπόσχειεν. REISK.

P. 398. v. 21. ἰδιώτης ὢν] Vertit Wolfius: *ut homo rerum imperitus*. At si animum advertisset, opponi inter se verba ἰδιώτης et πρεσβευτὴς, transtulisset *privatus cum esset*, vel *cum nullo publico munere fungeretur*. IURIN.

P. 398. v. 22. ἀκριβολογήσησθε] ἀκριβολογήσασθε Lambin. ἀκριβῶς λογίσησθε vel λογίσασθε plurimi Codd. Quod rectius fortasse in Aug. et Ital. rationem habet scholii et interpretationis. TAYLOR. ἀκριβῶς λογίσασθε Paris. primus. ἀκριβῶς λογίσησθε August. primus. Quod Wolfius pro scholio habet. De Aug. fallitur Taylorus: in eius enim texto sic est, ut inde retuli. Quod idem in Aldina Taylori reperi, scilic. ἀκριβῶς λογίσησθε. ἀκριβολογήσησθε bonum et probum duco, alterum, ἀκριβῶς λογίσασθε, scholium istius. Saepissime oratores Attici coniunctivum pro imperativo usurpant, ambosque modos inter se alternis usurpant. REISK.

P. 398. v. 22. ἀλλ'] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 398. v. 23. ἐξεπίτηδες] Simplex ἐπίτηδες dant August. primus et secundus. REISK. ἐπίτηδες Bekker. SCHAEFER.

P. 398. v. 23. ἐξηπάτηκεν] ἐξηπάτησεν Paris. primus et septimus, August. primus et secundus. REISK.

P. 398. v. 24. ἀνάσχησθε] F. addendum λέγοντος. WOLF. Legendum puto ἀνάσχησθε λέγοντος. IURIN. Ita Lambinus restituit quoque. TAYLOR. Post ἀνάσχησθε addendum esse λέγοντος mihi dudum venerat in mentem, cum viderem idem in mentem venisse Wolfio, Lambino, Iurino. Veruntamen non addendum, sed solummodo subaudiendum est λέγοντος. V. indicem. REISK. S. v. λέγειν p. 324. Conf. Bosii Ellips. p. 246. s. SCHAEFER.

P. 398. v. 25. πρέσβεων ἢ λόγων] πρεσβευτῶν ἢ λόγον August. primus, cum quo de πρεσβευτῶν etiam secundus consentit. REISK.

P. 398. v. 26. τριήρων] Bekkerus: τριηρῶν Y. O. u." SCHAEF.

P. 398. v. 26. οὐδὲ τόπων] Absunt a Paulina. REISK.

P. 398. v. 27. *οὐδ' — χρόνων*] Distinguendum: — *οὐδ' ἀκροπόλεως κύριοι· οὐδεὶς γὰρ πρέσβεσι ταῦτα ἐγχειρίζει· ἀλλὰ λόγων καὶ χρόνων.* MARKLAND.

P. 398. v. 27. *ἀκροπόλεων*] Vulg. *ἀκροπόλεως. ἀκροπόλεων* August. primus et secundus. Correxi *ἀκροπόλεων*, in plurali. REISK.

P. 398. v. 28. *οὖν*] *τοίνυν* Paris. quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 399. v. 3. *καὶ*] *καὶ* primum abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 399. v. 6. *οἷς γάρ ἐστιν κ. τ. λ.*] Hermogenes p. 144. *καὶ γὰρ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, ἐνεύθυνός ἐστιν ὁ πρεσβευτὴς, φησὶν,* [recitavi verba, ut emendanda mihi videntur,] *ἐπὶ λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνος. καὶ πρῶτον* [scilicet *ἐγχείρημα*, argumentum,] *ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ πράγματος· οὐδὲν γὰρ πρᾶγμα ἀνεύθυνον, ᾧ πρόσεστιν ἀδίκημα. εἶτα ἀπὸ τοῦ προσώπου· ὅτι καὶ ῥήτωρ ἀνεύθυνος ἐπὶ λόγοις οὐκ ἂν εἴη. ἕκαστος γὰρ, ὧν ἐστι κύριος, τούτων τὰς εὐθύνας δίδωσιν. εἶτα ἀπὸ τοῦ τόπου· ὅτι καὶ ἐν δημοκρατίᾳ οὐδεὶς ἀνεύθυνος ἐν λόγοις. οἷς γάρ ἐστιν ἐν λόγοις ἡ πολιτεία, πῶς, ἂν οὗτοι μὴ ὦσιν ἀληθεῖς, ἀσφαλῶς ἐστι πολιτεύεσθαι; καὶ καθάπαξ, ὡς ἔφημεν, πάντα τὰ κεφάλαια οὕτω καὶ ἀνασκευασθήσεται καὶ κατασκευασθήσεται.* REISK.

P. 399. v. 6. *ἐστιν ἐν λόγοις ἡ πολιτεία*] Vulg. *ἐστιν ἡ πολιτεία ἐν λόγοις. ἔστ' ἐν λόγοις ἡ πολιτεία* August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK. *ἐστ' ἐν λόγοις ἡ πολιτεία* Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 7. *μὴ*] *γρ. εἰ μὴ* margo Altemps. Sed recte se habent vulgata. *ἂν*, id est *ἐὰν*, ut solet dici. TAYLOR.

P. 399. v. 7. *ἔστι*] *ἔνεστι* plurimi: sunt vero ex Regg. *α. δ. ε. η.* Harl. et Aug. Alicubi deprehendi Wolfium adnotantem *ἔτ' ἔστι.* TAYLOR. *ἔνεστι* August. primus. Wolfius adnotat in farragine *ἔτ' ἔστι.* REISK.

P. 399. v. 8. *καὶ*] Abest a Paris. quarto. REISK.

P. 399. v. 9. *κινδυνεύσεται*] Vulg. *κινδυνεύσετε. κινδυνεύσεται* August. primus, Aldina Taylori. Utrumque dat Bavaricus, sed *ε* super diphthongo a nova manu. Praetuli *κινδυνεύσεται*, scilicet *ἡ πολιτεία*, quod praecessit. *non in discrimen adducetur? non in periculo versabitur?* REISK. Recte *κινδυνεύσετε* Bekker. Malim enim *κινδυνεύσεται* imputare scribis saepissime confundentibus *ε* et *αι*, quam ut genuinum passive intelligere: nam active nusquam dicitur *κινδυνεύσομαι.* SCHAEFER.

P. 399. v. 10. *παρελέσθαι*] *ἀναβάλλεσθαι* Paris. quartus. REISK.

P. 399. v. 11. *γε*] Abest ab August. primo et secundo. *δὲ* Bavaricus, quae videtur repetitio ex insequente *δεῖ* esse. REISK.

Bekkerus: „γε om. k. r. s." Malim deletum. οὐδ' ὀλίγου δεῖ autem est i. q. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. SCHAEFER.

P. 399. v. 11. γὰρ] μὲν Paris. secundus. Forte fuit ibi μὲν γὰρ, ut est in Bavarico. REISK. μὲν γὰρ Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 11. πολιτείαις] Raro usu h. l. dicitur de oligarchia et tyrannide. SCHAEFER.

P. 399. v. 11. ἐξ ἐπιτάγματος] V. Wyttenbachii Iulianea p. 179. s. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 399. v. 12. γίνεται] γίγνεται Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 12. ὑμῖν] Forte παρ' ὑμῖν. WOLF. *in farrag.* ὑμῖν sic nudum et merum ferri utique atque defendi potest: malim tamen παρ' ὑμῖν, *apud vos.* REISK.

P. 399. v. 12. περὶ — ἀκοῦσαι] τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι περὶ πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 13. καὶ] καὶ secundum abest ab August. secundo. REISK.

P. 399. v. 15. προγεγραμμένον] [προσγεγραμμένον.] S. τῷ νόμῳ, ut opinor. Videtur esse clausula de senatu habendo de caduceatoribus et legatis. WOLF. F. προγεγραμμένον, *praescriptum.* MARKLAND. Lege προγεγραμμένον. Vid. Vales. ad Harpocrat. v. Κυρία ἐκκλησία, qui etiam confirmat emendationem istam auctoritate Ulpiani. Adi etiam celeberrimum Hemsterhusium ad Luciani Necyomant. §. 19. πρόγραμμα, inquit Scholiastes, est τὸ προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας, ὥστε βουλεύσασθαι, ἢ περὶ τοῦ πέμψαι πρέσβεις, ἢ, πρέσβεων ἡκόντων, μαθεῖν ὅ τι λέγουσιν. Hanc necessariam lectionem reperit in suis Codicibus optimus Budaeus, qui ita locum vertit: *Apud vos autem rem ipsam curiae innotescere moris est, deque ea re SC. fieri, idque tum demum, cum* aut *de mittendis legatis vestris* aut *audiendis aliorum* concionis edicta proscripta sunt, *non semper. Deinde concione advocata, id quod tum solenne est fieri, cum praescriptis legum congruit e re nata, oratoribus videndum est, ut, cum consilia sua utilia commodaque reip. in medium adtulerint, dicendi quoque facultate iis praevaleant, qui e diametro in medium allatis pugnantia, vel imprudentia ipsi lapsi, vel ducti improbitate, tueantur.* προγεγραμμένον excusum denique a Parisiensibus sine litura, nihil contra nitentibus membranis. Ita quoque Harleianus noster. TAYLOR. προσγεγραμμένον Meermann. Aldus, P. Manutius. Cum in Wolfiana esset προσγεγραμμένον, correxit Marklandus προγεγραμμένον. Et sic quoque legendum statuit Taylorus. Annotator Weimaranus quoque correxit ad modum vulgatae, scilicet προγεγραμμένον. Sententia est: tum demum, cum tabula publice fixa ante denunciatum fuerit, eam concionem esse habendam in gratiam sive fetialium sive legatorum ad vos aliunde de pace conciliandа aut de rebus repetundis missorum. REISK.

P. 399. v. 16. ὅταν — καθήκῃ] De statis concionibus loquitur. Nam supra facta est mentio etiam συγκλήτου ἐκκλησίας. Nota τὸ καθήκῃ, ἀντὶ τοῦ προσήκῃ. Hinc Stoicorum καθῆκον. WOLF.

P. 399. v. 21. ἂν] ἂν posterius abest a Bavarico. REISK. Delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 22. ὁ δὴ τοὺς χρόνους κ. τ. λ.] Similis omnino locutio Marci Euangelistae IX. 37. καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. MARKLAND.

P. 399. v. 22. δὴ] δὲ Bavaricus. REISK.

P. 399. v. 22. τῆς] Articulus τῆς non cohaeret cum χρόνους, sed cum ἀναιρῶν. qui eiusmodi reip., qualis nostra [vestra] est, tempora eripit opportuna. REISK. V. p. 398, 28. s. 399, 9. s. SCHAEF.

P. 399. v. 22. οἷα] [οἵας.] οἷα Lambini est coniectura. Ita Cant. Ita Ital. Quid si τῆς οἵαπερ ἡμῶν πολιτείας? TAYLOR. Vulg. οἵας. οἷα August. primus et secundus. Correxi οἷα (in nominativo). REISK. οἵας vide ne genuinum sit, ita tamen, ut quod sequitur ἐστι deleas. Est attractionis exemplum, quod fuerunt qui sic interpretarentur, ut adscriberent οἷα παρ' ὑμῖν ἐστι. V. Bosii Ellips. p. 479. SCHAEFER.

P. 399. v. 22. ὑμῖν] Vulg. ἡμῖν. ὑμῖν August. primus et secundus. Correxi ὑμῖν. REISK. ἡμῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 399. v. 23. οὗτος] κύκλος Cod. Reg. α. Qui quid sibi velit, nescio. Tantumdem intelligo, cum Wolfius adnotavit, id esse scholium. TAYLOR. Ad vocabulum οὗτος adscriptum est in margine Lutetianae κύκλος e Paris. primo. Non ea est varia lectio pro isto pronomine, sed est annotatio rhetorica significans, figuram a rhetoribus κύκλος appellatam hic obtinere. Etiam in Bavarico huic ipsi loco aliisque centenis hoc vocabulum est adscriptum, ut neque dubito, in Paris. primo quoque saepius idem fuisse in margine annotatum: ut mirer, cur hic demum id censuerit Lambinus annotandum. Scatent Bavarici margines eiusmodi annotationibus rhetoricis: σημείωσαι, ὡραῖον, ἐπίκρισις, κατασκευὴ, τὸ σχῆμα ὑποσιώπησις, μετάβασις ἐπὶ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ σχῆμα κατὰ παράληψιν, τὸ πρῶτον vel δεύτερον μέλος τοῦ δυνατοῦ, ἀντιστροφὴ, τὸ δυνατὸν κεφάλαιον, παραβολὴ, ἐντεῦθεν ὁ ἐπίλογος — et alia eiusmodi centena. Videtur Wolfius h. l. verum sensisse, sed mentem suam obscurius exposuisse. REISK. Haec scripsit in variet. lection. In annotatt. haec: „κύκλος, quod in quibusdam codicibus repertum est, non admodum arduum est explanatu. Supersunt codices Demosthenici, cuiusmodi est Bavaricus, quorum margines conscripti sunt notulis rhetoricis figuram vel argumentum cuiusque loci indicantibus, ut τὸ δυνατὸν, τὸ συμφέρον, τὸ δίκαιον, μετάληψις. Eiusmodi notula est quoque κύκλος, *hic est circulus*." SCHAEFER.

P. 399. v. 26. Οἱ ταράττοντες — τὴν πόλιν] μιμητικῶς. WOLF.

Wolfius non recte cepit. Haec non sunt verba ipsius Demosthenis, sed adversariorum, ab eo *μιμητικῶς* vel *τεχνικῶς* prolata. Ut in Midiana p. 564, 8. *Ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, ἡμεῖς οἱ πλούσιοι.* MARKLAND. Haec materialiter sunt accipienda: sunt enim verba ipsa adversariorum et malevolorum sic vociferantium relata. REISK.

P. 399. v. 27. *ἐγὼ — ἐρῶ*] *λόγον μὲν οὐδένα ἔγωγε ἐρῶ* August. secundus. REISK.

P. 399. v. 28. *τὰς*] *τὰς* posterius abest ab August. secundo. REISK.

P. 400. v. 1. *ἵν' εἰδῆθ' — φενακίζων ὑμᾶς*] Citant Anecd. Bekk. p. 28, 18. SCHAEFER.

P. 400. v. 1. *ὅτι*] Omittit August. secundus sic dans: *ἵν' εἰδῆτε τὸ ψυχρὸν* —. REISK.

P. 400. v. 1. *τὸ ψυχρὸν — φενακίζων ὑμᾶς*] Qu. *τῷ ψυχρῷ τούτῳ ὀνόματι, τῷ, Ἄχρι κόρου, παρελήλυθ'* etc. Ista, *Ἄχρι κόρου*, videntur esse verba Philippi ex epistolis eius desumta, in quibus promiserat, se satis facturum esse Atheniensibus *ἄχρι κόρου*, *usque ad satietatem*. *ἐκεῖνος* est Philippus. MARKLAND. Budaeus interpretatur: *ut intelligatis, Aeschinem in impostura vobis factitanda etiam verbum illud, quod frigide et scurriliter dici solet*, *ad satietatem usque exsuperasse.* Interpres Etruscus: *accioche veggiate*, *che questa promessa fredda*, *la quale hoggi ci è venuta a noia*, *egli no ce l'ha osservata ingannandoci.* TAYLOR.

P. 400. v. 1. *τὸ ψυχρὸν τοῦτο ὄνομα*] Euergetae puta, benefactoris, quo aut Aeschines Philippum, aut Philippus ipse semet in suis ad S. P. Q. A. epistolis ornaverat multoties. REISK.

P. 400. v. 1. *τὸ*] *τὸ* posterius omittunt Anecd. Bekk. SCHAEF.

P. 400. v. 2. *παρελήλυθεν*] Vulg. *παρελήλυθ'*. *παρελήλυθεν* Aldina Taylori, August. primus et secundus. *praeteriit*, de auriga aut de telo ultra metam evectis, id est, debilitavit, eo aut Aeschines Philippum aut Philippus sese reddidit indignum, prout nempe v. *ἐκεῖνος* ad hunc illumve trahis. V. p. 401, 4. et ibi ad versum 6. a nobis scripta. REISK. Add. Ind. Graecit. p. 386. extr. *παρελήλυθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 2. *ἐκεῖνος*] Omittunt Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 400. v. 2. *φενακίζων ὑμᾶς*] *ἡμᾶς φενακίζων* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 400. v. 3. *ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ*] [*Ἐπιστολή*.] *Ἐπιστολαί*, ut excudebat Benenatus atque ut promisit Demosthenes p. 399, 28. Ita denique Codd. Aug. et Ital. TAYLOR. *Ἐπιστολή* in singulari Aldus, P. Manutius. Et sic librarius August. primi quoque scripserat initio, sed deinde radendo correxit ad modum vulgatae. Aldinae lectionem retulit Wolfius in editione sua. REISK.

P. 400. v. 3. *ΦΙΛΙΠΠΟΥ*] Post h. v. in duobus Codd. Bekk.

additur: προοίμιον καὶ εἰσβολὴ τῆς παρεκβάσεως. Conf. p. 401, 11. SCHAEFER.

P. 400. v. 5. *Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ κ. τ. λ.*] Citat h. l. Apsines p. 700. ad finem: ἐνίοτε καὶ συνεισάγονται ταῖς ἀντιθέσεσιν αἱ λύσεις. οἷον ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας· Οὕτω τοίνυν πολλὰ καὶ δεινὰ [nota ordinem verborum] καὶ πάντα καθ᾽ ὑμῶν πεπρεσβευκὼς περιϊὼν λέγει· Τί δ᾽ ἂν εἴποις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖς τῶν συμπρέσβεων. ναί. πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ ἐπρέσβευσαν. Sic edidit Aldus. Sine dubio aut invenit Apsines in suo Demosthenis codice hanc lectionem, aut e memoria recitans ei de suo largitus est, non inficetam illam quidem neque cuius Demosthenem pudere debeat: ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖ; Hic desinit hypophora seu obiectio adversarii. *De Demosthene autem quid statuas, amice, qui collegas legationis accusat?* Iam: Κατηγορεῖς τῶν συμπρέσβεων; Haec est prosopopoeia eius, ad quem ista interrogatio, respondentis, sed orationem dirigentis, non ad Aeschinem aliumve Demosthenis inimicum, sed ad Demosthenem ipsum. *Quid audio? quid ais, Demosthene? Tune tuos collegas accusas? Naí. Accuso enimvero*, respondet Demosthenes, *et id merito quidem: multis enim et gravibus criminibus legationem suam corruperunt.* REISK. Parum probabiliter. SCHAEFER.

P. 400. v. 5. *Οὕτω — πεπρεσβευκὼς*] Quid hoc? καὶ πολλὰ καὶ πάντα. Necesse est, ut sit aliquid huiusmodi: Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ δεινὰ πάντα καθ᾽ ὑμῶν πεπρεσβευκώς. TAYLOR. Sententia loci haec est: Quamquam itaque Aeschines legatione sua res peregit 1) turpes easque tam turpes atque demonstravi, 2) numero permultas, 3) earumque nullam, quae e re vestra esset, sed cunctas in fraudem vestram, tamen dictitat etc. REISK. *αἰσχρὰ καὶ πολλὰ* ne confundas cum pervulgatissimo illo, *πολλὰ καὶ αἰσχρά. tam turpia, eaque et multa et omnia* —. SCHAEFER.

P. 400. v. 6. *εἴποι τις*] εἴποις August. primus et secundus. REISK. Item Apsines l. c. et Codd. Bekk. melioris notae: ut praeferendum videatur. SCHAEFER.

P. 400. v. 7. *νὴ Δία — εἴτε μή*] *Hercle accuso, velim, nolim.* SCHAEFER.

P. 400. v. 7. *Δία*] Δί᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 7. *γε*] γ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 8. *μὲν*] Videtur deesse γὰρ post μέν. MARKLAND. Ne credas. V. not. ad v. 11. SCHAEFER.

P. 400. v. 8. *ἐπιβεβουλευμένος*] Idem voluit August. secundus, tametsi dedit ἐπιβουλευμένος. Nihil enim frequentius est librariis graecis, quam ut augmentum perfecti passivi omittant, quod ipsis e dialecto nova graeca adhaerescit. Solent e. c. dicere Φρυγία κατακαυμένη pro κατακεκαυμένη. Et sic in aliis centenis. ἐπιβουλευόμενος Paris. septimus. REISK.

P. 400. v. 10. *δυεῖν*] Vulg. *δυοῖν*. *δυεῖν* Bavaricus. REISK. *δυοῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 10. *αἱρέσεως οὔσης*] Vulg. *αἱρέσεων οὐσῶν*. *αἱρέσεως* August. primus, insequente tamen *οὐσῶν*. *αἱρέσεως οὔσης* August. secundus, Meermann. margo, P. Manutius, quod praetuli. REISK. Pluralis placet. *duabus conditionibus propositis*. Singularem si Demosthenes maluisset, erat, opinor, scripturus: *δυεῖν* (s. *δυοῖν*) *δὲ θατέρου αἱρέσεως οὔσης*. SCHAEFER.

P. 400. v. 10. *τοιούτων — πεπραγμένων*] Vulg. *τοιούτων τῶν πεπραγμένων ὄντων*. *τοιούτων ὄντων τῶν πεπραγμένων* August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 400. v. 11. *ἐγὼ δ'*] F. *ἔγωγ'*. MARKLAND. Pungit Wolfius post *κατηγορεῖν*. Deinde procedit: *ἐγὼ δ' οὐδὲ κ. τ. λ.* TAYLOR. Post *κατηγορεῖν* plene interpungendum. Et sic interpunxit Bekker. Quod cum Marklandum fugisset, male et v. 8. *γὰρ* inserendum et hîc *ἔγωγ'* legendum esse opinatus est. SCHAEFER.

P. 400. v. 11. *ἐγὼ δ' — τὰ βέλτιστα.*] Hermogenes: *καὶ πάλιν, ὃ δὴ καὶ βίαιόν ἐστι διαφερόντως, ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας, οἷον· ἐγὼ δὲ οὐδὲ συμπεπρεσβευκέναι φημί σοι· πρεσβεύειν μέντοι σὲ μὲν πολλὰ καὶ δεινά, ἐμαυτὸν δὲ ὑπὲρ τούτων τὰ βέλτιστα.* Quod si par censebimus esse, ut cola inter se paria sint et sententiae utrinque plenae atque secum congruentes, post *πολλὰ καὶ δεινὰ* inseri debent aut *ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν* aut *κατὰ τούτων*, *contra hos Athenienses*. REISK.

P. 400. v. 12. *φημὶ σοί*] *φημί σοι* Reisk. et Bekker. SCHAEF.

P. 400. v. 13. *τουτωνὶ*] *τούτων* August. secundus. *τουτονὶ* Aldus. REISK.

P. 400. v. 15. *σοὶ*] *σοι* Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 16. *ταῦτα ἐπράττετε*] An *ταὐτά*, *eadem*? Infra p. 408, 5. MARKLAND. *ὑμεῖς γὰρ ταὐτὰ ἐπράττετε, καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ἤρεσκε* Cod. Ital. TAYLOR. Pro primo et secundo *) *ταῦτα* mavult Marklandus *ταὐτά*. Quam coniecturam ab Italico confirmari ait Taylorus. Vulgatam dederat antiqua manus in Bavarico, nova id, quod Marklandus suasit. REISK. *ταῦτ' ἐπράττετε* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 16. *ταὶ ταῦτα — ἤρεσκε*] *καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ἤρεσκε* lege. WOLF. Legebatur enim insulse: *καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ταῦτα ἤρεσκε*. TAYLOR. Vulg. *καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ταῦτα ἤρεσκε*. Posterius *ταῦτα* abest ab August. primo et secundo, Bavarico, Aldina, Paulina, et delendum censuit Wolfius quoque. Expunxi. REISK.

P. 400. v. 16. *ἅπασιν*] *πᾶσιν* Bekker. SCHAEFER.

---

*) Sed Marklandus tantum pro primo videtur maluisse. SCHAEFER.

P. 400. v. 16. *ἤρεσκε*] *ἤρεσκεν* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 17. *τράπεζαι*] *τράπεζα* Bekker. e duobus Codd. Singularis in tali argumento solennis est. Nemo non meminerit Homerici versus passim lecti in Odyssea: *ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ξενίη τε τράπεζα.* Euripides Hec. 787. P. *κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί.* SCHAEFER.

P. 400. v. 17. *τραγῳδεῖ*] V. not. ad p. 229, 18. SCHAEFER.

P. 400. v. 18. *τούτων*] salis puta communis mensaeque convivalis, h. e. iurium convictus mutui. REISK.

P. 400. v. 20. *οἱ*] Omittit August. secundus. REISK.

P. 400. v. 21. *κοινῇ*] *καὶ νυνὶ* margo Lutetianae sine auctoritate. Unde fictitiam lectionem Wolfius per errorem a se commentus est in farragine hanc: *καὶ γὰρ νυνὶ κοινῇ.* REISK.

P. 400. v. 22. *συσπένδουσι*] *συσπένδουσιν* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 22. *τοῦτο*] *ταῦτα* Paris. quartus et septimus, August. primus et secundus. REISK. *ταῦθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 23. *ἀλλ' ἐὰν — δηλοῦσι*] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 16. SCHAEFER.

P. 400. v. 23. *αὐτῶν*] *αὑτῶν* Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 400. v. 25. *δηλοῦσι*] *δηλοῦσιν* Bekker. Sic Anecd. Bekk. SCHAEFER.

P. 400. v. 25. *καὶ ἡ βουλὴ δὲ*] Vulg. *καὶ ἡ βουλή*. Post *βουλὴ* addit *δὲ* Paris. quartus. Sed August. primus et secundus sic exhibent: — *δηλοῦσιν. ἡ βουλὴ τὰ αὐτὰ* —. *δὲ* addidi. REISK. *ἡ βουλὴ δέ*, deletâ copulâ, Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 25. *τὰ αὐτὰ ταῦτα*] Subaudi *εἴωθε ποιεῖν*. REISK. *ταὐτὰ ταῦτα* Bekker. Ab aliis haec formula expletur subaudiendo praepositionem *κατά*. Frustra: reliquae enim orationi, ut alia eiusdemmodi neutra, sic interseritur, nihil ut subaudiri oporteat. Valet autem idem quod *ὡσαύτως οὕτως*. Ceterum post *ταῦτα* non interpungendum: quippe haec formula cum sequentibus coalescit. SCHAEFER.

P. 400. v. 25. *ταῦτα*] Abest a Paris. quarto. REISK.

P. 400. v. 25. *εἰσιτήρια*] Locum hunc confer cum iis, quae habet Suidas: *Εἰσιτήρια, ἡμέρα ἑορτῆς, ἐν ᾗ οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ πάντες προΐασιν, οὕτως ἐκαλεῖτο. ταύτην δὲ τὴν ἡμέραν πρώτην τοῦ ἔτους Ἀθηναῖοι νενομίκασι. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας· ἡ βουλὴ τὰ εἰσιτήρια ἔθυσεν. συνεστιάθησαν δὲ καὶ τῶν ἐκοινώνησαν οἱ στρατηγοί, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν αἱ ἀρχαὶ πᾶσαι.* Emendandus est ex textu Demosthenis. Nescio, unde arripuerit hanc glossam Suidas, certe non verbis mendosiorem, quam re et doctrina insinceram. Quanto rectius alii, ut Ulpianus ad Midianam, interpretantur de sacris, quae senatus facit religione antiqua, antequam consilium caperetur et coeptum esset agi. Vide doctissi-

mum Valesium ad Harpocrat. p. 343. et in Excerptis Peiresc. p. 90. Photii Lexic. MS. *) Casaubonum ad Theophrasti Charact. p. 153. H. Stephani Thesaur. L. Gr. T. I. col. 1138. et Petitum denique ad LL. Attic. p. 275. TAYLOR. εἰς εἰτήρια (sic cum leni in media voce) August. primus. εἰσιτητήρια August. secundus, magis id quidem ad analogiam grammaticam. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 187, 22. 245, 20. et Pierson. ad Moer. p. 222. SCHAEFER.

P. 400. v. 26. συνειστιάθη] συνεστιάθη August. primus. REISK. V. locum Suidae citatum ad v. 25. SCHAEFER.

P. 400. v. 26. σπονδῶν, ἱερῶν ἐκοινώνησεν] Vulg. σπονδῶν ἱερῶν ἐκοινώνησαν (in plurali). Distinxi post σπονδῶν commate ponendo et ἐκοινώνησεν in singulari ex August. primo dedi: redit enim ad βουλή. σπονδῶν, ἱερῶν est asyndetum pro σπονδῶν καὶ ἱερῶν. REISK.

P. 400. v. 26. ἐκοινώνησεν — σχεδὸν] Vulg. ἐκοινώνησαν οἱ στρατηγοί. σχεδὸν —. August. primus sic dat: ἐκοινώνησεν. οἱ στρατηγοὶ, σχεδὸν —: quae melior utique est interpunctio. REISK. Post ἐκοινώνησεν plene interpungunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 400. v. 26. οἱ στρατηγοὶ — πᾶσαι.] Ad hos nominativos subaudienda sunt praemissa omnia: συνθύουσι, συνδειπνοῦσι, συνεστιῶνται, κοινωνοῦσι σπονδῶν καὶ ἱερῶν. REISK.

P. 400. v. 27. πᾶσαι] ἅπασαι August. secundus. REISK.

P. 400. v. 27. διὰ ταῦτα] Absunt ab August. secundo. REISK.

P. 400. v. 28. αὐτῶν] Vulg. αὐτῶν. ἑαυτῶν August. secundus, Aldina Taylori. August. primus pro more suo accentum **) hic omisit. REISK. ἑαυτῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 1. κατηγόρει] κατηγορεῖ Bavaricus. REISK.

P. 401. v. 2. Θάῤῥηκος] Θάῤῥητος Paris. quintus. REISK.

P. 401. v. 2. συσσεσιτηκώς] [συσσεσιτευκώς.] [ut Ald.] σιτεύειν est *saginare*, ut σιτευτὸς μόσχος. A σιτεῖν vero fit συσσιτεῖν, unde συσσίτια. Quare cum Feliciano lego συσσεσιτηκώς. Et v. 6. τῆς πατρίδος. Et v. 9. ὡς Φίλιππον. Et v. 12. Ὄλυνθον. Et v. 15. ἑστιῶν δ' αὐτούς. Et ibid. τοὺς νενικηκότας. Et v. 20. ἃ δ' ἂν αὐτός. Et p. 402, 5. ἀφ' ἧς. Et v. 11. καίτοι τῶν. ***) WOLF. συσσεσιτευτώς] Id est συμπρυτανεύσας. Nam, ut dixit supra, οἱ πρυτάνεις θύουσιν ἑκάστοτε κοινῇ καὶ συνδειπνοῦσιν ἀλλήλοις. PALMER. συσσεσιτηκώς est lectio omnium fere Codd. a συσσιτέω. Nam σιτεύω alia plane res est. TAYLOR. Vulg. συσσεσιτευκώς. συσσεσιτηκώς Paris. primus, secundus, quartus, septimus, August. primus et

---

*) Ubinam? Integriorem Photium penes Taylorum fuisse nemo credet. SCHAEFER.

**) *Spiritum*, opinor, scribere voluit. SCHAEFER.

***) Quae, plurima saltem, menda erant typothetarum. TAYLOR.

secundus, Bavaricus, P. Mauutius. In August. primo dederat quidem librarius primus συσσεσιτικώς, (quasi a σιτίζω,) sed postmodum venit alius aliquis, qui iota illud in η mutavit. Correxi συσσεσιτηκώς. REISK.

P. 401. v. 3. Ἀδειμάντου] Ἀδιμάντου August. primus. Ἀδαμάντου August. secundus. REISK.

P. 401. v. 3. πότεροι — Αἰσχίνη;] Verba sic ordinant August. primus et secundus: πότερον οὖν τοὺς ἅλας παρέβαινον καὶ τὰς σπονδάς, Αἰσχίνη; Sed e primo solummodo πότερον (adverbiale) enotavi. REISK. Etiam Bekkerus παρέβαινον post ἅλας posuit. SCHAEFER.

P. 401. v. 4. καὶ οἱ παραπρεσβεύοντες] Vulg. καὶ παραπρεσβεύοντες. καὶ οἱ παραπρεσβεύοντες August. primus et secundus, Bavaricus, Aldus. οἱ addidi. REISK.

P. 401. v. 5. οἱ δωροδοκοῦντες] Delendum οἱ. MARKLAND. E contra Aldus ingeminavit articulum: οἱ προδιδόντες καὶ οἱ παραπρεσβεύοντες καὶ οἱ δωροδοκοῦντες. TAYLOR. P. Manutius nempe medium articulum omisit. Unde nata est illa dubitatio. REISK.

P. 401. v. 5. δωροδοκοῦντες] Vulg. δωροκοῦντες. Vitium hoc est typographicum editionis Lutetianae. Correctius dant omnes libri δωροδοκοῦντες. REISK.

P. 401. v. 6. δηλονότι] Punge leviter post istam vocem, et rem ita concipias mecum. Scilic. πότεροι παραβαίνουσι; — οἱ ἀδικοῦντες δηλονότι. Et quid παραβαίνουσι? Nimirum τὰς ὅλης γε κ. τ. λ. TAYLOR. Rectius non interpungitur. SCHAEFER.

P. 401. v. 6. τῆς πατρίδος] Sic est in Aldina et Paulina. Wolfius tamen cum ita corrigat [ad v. 2.], necesse est in alia quapiam editione vetustiore, Herwagiana forsitan, aliud quid legi. REISK.

P. 401. v. 6. σπονδάς] Subaudi παραβαίνουσι. migrant sacra, h. e. vim et validitatem eorum frangunt, eorum communione semet ipsi excludunt, iure fructum eorum percipiendi se defraudant. V. p. 400, 2. παρελήλυθεν. REISK. Subaudiendum παρέβαινον. SCHAEFER.

P. 401. v. 7. καὶ] Abest ab August. primo et secundo, item Bavarico et Aldina Taylori seu Veneto. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 7. εἰδῆτε] εἰδῆθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 8. πώποτε] Vulg. ποτὲ. πώποτε August. primus et secundus, quod praetuli. REISK. πώποτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 8. ἐληλυθότων] ἐλθόντων August. secundus. REISK.

P. 401. v. 8. ὡς] In margine Lutetianae ad hanc praepositionem vel ad hoc adverbium sic annotatum est: πρός. εἰς ζ. πρὸς dat Bavaricus, sed cum ὡς superscripto. πρὸς item Aldina Taylori. REISK.

P. 401. v. 10. *καὶ πάντων*] Idem est atque *ἅπαξ ἁπάντων*. omnino omnium, qui unquam ad Philippum venere sive publice sive privatim. REISK. Bekkerus: „*καὶ* ante *πάντων* omittit O.“ Recte, ut opinor. SCHAEFER.

P. 401. v. 10. *καὶ πονηρότατοι*] Absunt ab August. primo et secundo. REISK.

P. 401. v. 11. *ἔξω τι τῆς πρεσβείας*] V. p. 407, 15. SCHAEF.

P. 401. v. 11. *τι*] Abest a Bavarico. REISK.

P. 401. v. 11. *πρεσβείας*] *παραπρεσβείας* Paris. primus et quartus. REISK.

P. 401. v. 11. *ταυτησί*] *ταύτης* Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 12. *ἐπειδὴ γὰρ — οὐδὲν ἐπαγγέλλεται*] Citat Rufus p. 82. SCHAEFER.

P. 401. v. 12. *ἐπειδὴ*] *ἐπεὶ* Rufus. SCHAEFER.

P. 401. v. 12. *Ὀλύμπια*] *Ὀλύνθια* malebat Marklandus. Sed recte vulgatam tuetur Taylorus cum aliis ex argumentis, tum ex auctoritate Hermogenis locum hunc citantis in libello *περὶ μεθόδου*. *Ὀλύμπια* non sunt h. l. illi celeberrimi Pisae in Elide in honorem Iovis Olympii agitati ludi, sed alii Macedonici apud Pellam. REISK. V. Ind. Graecit. p. 359. et not. sq. SCHAEFER.

P. 401. v. 15. *ἑστιῶν δ' αὐτοὺς κ. τ. λ.*] Pulcherrima sane historia et digna, quae Demosthenis oratione posteritati consecraretur. *) Attigit etiam Libanius Declam. XIV. *ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ποιῆσαί τι παραπλήσιον· ἀφεῖναι γὰρ αὐτὰς Σατύρῳ τῷ τῆς κωμῳδίας ὑποκριτῇ*. Geminam plane adiungo ex scriptore incerto apud Suidam v. *Ἐπαγγέλλει*. *Ὁ δὲ βασιλεὺς φιλοφρόνως δέχεται αὐτὸν, καὶ κελεύει θαῤῥεῖν, καὶ εἴ τι θέλει ἐπαγγέλλειν* (id erat *αἰτεῖσθαι*, *aliquid postulare*, ut hic). *ὁ δὲ δεῖται ὑπὲρ Μονάτου τοῦ Πρaατου, ὃς ἦν λ̄ ἔτη ἐν σκότῳ καθειργμένος*. Adi Harpocrat. et Suid. v. *Ὅτι ξένους κ. τ. λ.* Apud hunc in v. *Φωκίων* legitur ex Arcana Historia, quod sequitur: *Ὁ δὲ περὶ Σατύρου φησὶν ὁ Δημοσθένης ἕνεκα τῶν Ἀπολλοφάνους θυγατέρων, τοῦτο εἰς Φωκίωνα τινὲς ἀναφέρουσι καί φασιν, ὅτι λαβὼν αὐτὰς εἰς Ἀθήνας ἤγαγε καὶ ἐξέδωκε*. Postremo adiungam Hermogenem in aureo libello *περὶ μεθόδου δεινότητος* cap. *περὶ ἀντιθέτου*. *Τοῦτο δὲ τὸ ἀντίθετον ὁ Δημοσθένης ἐποίησε κακόηθες, τὸ μὲν πρᾶγμα ἀληθὲς λαμβάνων, τὸ δὲ ἀντικείμενον ψευδὲς ὄν· ὡς ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας εἰσάγει συμπόσιον Φιλίππου καὶ τῶν Ὀλύμπια νενικηκότων, καὶ διάλογον Σατύρου τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ. οὕτω δὲ ψυχαγωγεῖ τοὺς ἀκούοντας, ὥστε οἴεσθαι ἐν συμποσίῳ εἶναι. εἶτα ἀντιτίθησι συμπόσιον ἕτερον ὡς γενόμενον Αἰσχίνῃ, ψευδόμενος, μηδέποτε γενόμε-*

*) Profecto est tanquam gemma fulgentissima huius orationis. SCHAEF.

νον, ἵνα ἐψυχαγωγημένοι διὰ τῶν προτέρων λόγων οἱ δικασταὶ πιστεύωσι καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις, ὡς ὁμοίως ἀληθέσι. Quod cum historiolam hanc plurimi attigerunt, alii de humanitate Philippi solliciti, alii artificium admirati Demosthenis, ideo tamen prae caeteris Hermogenem adductum esse volui, ut lectionem illam v. 12. *Ὀλύμπια* simul stabiliret. Philippus sc. ob partam victoriam laetabundus et res Olynthi prospere gestas convivio excepit, ut narrat iste scriptor, eos, qui nuper Olympia vicerunt. Et percommode sane accidit, ut Olympia celebrarentur eodem anno, quo Philippus Olynthum obsidione cepit, scilicet Olymp. CVIII. 1. Minus igitur necessaria est, elegantissima licet, coniectura viri nunquam satis laudandi, qui pro *Ὀλύμπια* reponit *Ὀλύνθια, ludos ob captam Olynthum.* TAYLOR. Utitur hoc loco etiam Tiberius cap. de Antitheto p. 35. Add. Photius p. 258. s. Ceterum *Ὀλύμπια* Rufus quoque tuetur l. c. Quod autem Taylorus Olympia de ludis qui proprie Olympici dicuntur intellexit, quis non demiretur, cum ipsa huius loci verba alia omnia doceant? SCHAEF.

P. 401. v. 15. *στεφανῶν τοὺς νενικηκότας*] Locum hunc adducit et explicat Harpocrat. in v. *Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας.* TAYLOR. V. Photius c. 396. extr. SCHAEFER.

P. 401. v. 16. *ἤρετο — ἐπαγγέλλεται*] Rufus l. c. memoriter sic scripta citat: *Σάτυρον τουτονὶ τὸν κωμικὸν εἶδεν ὑποκριτὴν, ὃς οὐδὲν ἐπαγγέλλεται.* SCHAEFER.

P. 401. v. 16. *Σάτυρον τουτονὶ*] Ob pronomen *ἀναφορικῶς*, non *δεικτικῶς*, usurpatum citat haec verba Apollonius Dyscolus apud Bastium ad Gregor. Corinth. p. 72. (De Pronom. p. 75. ed. Bekk.) Conf. Photius c. 338. ex hoc loco citans *ἤρετο — ὑποκριτήν.* SCHAEFER.

P. 401. v. 16. *τί δὴ*] *τί δήποτε* Paris. primus. REISK. Non displicet. SCHAEFER.

P. 401. v. 17. *ἐπαγγέλλεται*] Harpocrat. v. *Ἐπαγγελία* consulatur, item Ulpianus ad hanc vocem, et quae ego produxi ad initium Orationis [Apparat. T. II. p. 412.]. Cod. Aug. scholion conservavit, scilicet: *ἐπαγγέλλεται*] *αἰτεῖ.* TAYLOR. *ἐπαγγέλλεται* est utique in August. primi texto, non *αἰτεῖ*, quod contra colligi queat ex oratione Sim. Fabricii. In margine adscriptum est scholium hoc breve: *ἀντὶ τοῦ αἰτεῖ.* Et hoc idem scholium reperi quoque in Lessing. margine. REISK.

P. 401. v. 17. *αὐτῷ*] *ἑαυτῷ* Aldina Taylori. REISK. *ἑαυτῷ* Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 17. *μικροψυχίαν*] V. not. ad p. 414, 15. SCHAEF.

P. 401. v. 17. *ἤ τίνα πρὸς αὐτὸν*] Vulg. *ἢ πρὸς αὐτόν. ἤ τίνα πρὸς αὐτὸν* August. secundus. REISK. Bene *ἢ πρὸς αὐτὸν* Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 18. *ἀηδίαν*] V. Ind. Graecit. pag. 14. *ἀηδὲς ἐμοὶ καὶ τούτῳ γέγονεν — οὐδέν* p. 411, 11. SCHAEFER.

P. 401. v. 18. ἐνεωρακὼς] Simplicius et rectius ἑωρακὼς, ut plurimi, scilic. Reg. δ. Harl. Obsop. Aug. et Ask. TAYLOR. Simplex ἑωρακὼς dant Bavaricus, August. primus et secundus. REISK. Simplex non fuit cur Taylorus praeferret. Herodotus III. 53. ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων οὐκ ἐ ν ε ώ ρ α. — Bekkerus:
ω
,,ἐνεορακὼς Y. — ἑορακὼς F. ἑορακὼς Q." μικρογραφούμενον etiam alibi suis e libris enotavit, e. c. pag. 341, 3. 374, 13. Atque ἐνεορακὼς scripsit hunc locum citans Elmsleius ad Sophocl. Aiac. 278. (post Marklandi Iphigen. p. 304. ed. Dind.). SCHAEFER.

P. 401. v. 18. εἴη] Bekkerus: ,,quod vulg. addunt εἴη, omisi cum S." εἴη si a mala manu accessit, vellem haec in Codd. sic scripta legerentur: — ἐπαγγέλλεται, τίνα ἐν ἑαυτῷ ἢ μικροψυχίαν ἢ πρὸς αὐτὸν ἀηδίαν ἐνεωρακώς. Ceterum Reiskius post εἴη, Bekkerus post ἐνεωρακώς signum interrogationis posuit. SCHAEFER.

P. 401. v. 18. δή] Vulg. δέ. δή August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 401. v. 21. αὐτὸς] Vulg. αὐτοὺς. αὐτὸς Paris. quintus, August. primus et secundus, Bavaricus, Weimar. P. Manut. Lessing. margo. Correxi αὐτὸς. REISK.

P. 401. v. 21. ῥᾴστα — πάντων] Satis longa intercapedo disiungit quae syntactice cohaerent. ῥᾴστα πάντων δοῦναι propterea dicuntur, quia puellae erant ipsius Philippi mancipia ideoque non redimendae a domino solutis λύτροις. V. p. 402, 1. SCHAEF.

P. 401. v. 22. δεδοικέναι] δέδοικε Bekker. e duobus Codd. SCHAEFER.

P. 401. v. 23. νεανιευσαμένου] Anecd. Bekk. p. 52, 17. Νεανιεύσασθαι: ὑψηλόν τι καὶ ἐλευθέριον φρονῆσαι. Dicitur h. l. de pollicitatione magnifica. Similiter p. 536, 26. οὐδ' ἐνεανιεύσατο τοιοῦτον οὐδέν. SCHAEFER.

P. 401. v. 25. αὐτόν φασιν] φασὶν αὐτὸν Bekker. SCHAEFER.

P. 401. v. 26. Πυδναῖος] Vulg. Πυκναῖος. Correxi Πυδναῖος. REISK.

P. 401. v. 28. οὔσας] ὄντα Bekker. e libro optimo, schemate syntactico satis pervulgato, quod interpretantes in vulgarem formam converterunt. V. not. ad p. 348, 22. SCHAEFER.

P. 401. v. 28. νῦν] τοίνυν Paris. secundus et margo Bavarici, item Aldina Taylori. REISK. τοίνυν Bekker. SCHAEFER.

P. 402. v. 2. ταύτας — δός μοι] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 6. SCHAEFER.

P. 402. v. 2. σε] Abest a Bavarico, sed a nova manu est superscriptum. REISK.

P. 402. v. 3. οἵαν μοι δώσεις δωρεὰν] quam mihi caram futuram, et quanti a me faciendam, et quem ad usum conversuro.

Coniectabam aliquando οἵαν οἵῳ μοι δώσεις δωρεὰν, mihi quanto viro, quam probo et pio et sancto, non sordido, non illiberali, non scelerato, qui non eas in lupanari prostituet, sed honeste dotatas dignis matrimoniis *). REISK. Futilis fuit coniectura, in quam Reiskius non incidisset, si vim vocis οἵαν magis expendisset. Sensus: cuiusmodi donum, quam parum ad rem augendam profuturum mihi daturus sis, ut quod opes meas non modo non augeat, sed adeo minuat. SCHAEFER.

P. 402. v. 3. δωρεὰν — ἀφ' ἧς] Corrupte postrema vox in Ald. Totum comma, si Lambini coniecturam et plurimorum Codd. additamentum admiseris, ita plenius erit concipiendum, scilicet: — δωρεὰν, ἐὰν ἄρα δῷς· τοιαύτης, ἀφ' ἧς ἐγὼ κερδανῶ μὲν οὐδὲν, ἐὰν λάβω, προῖκα δὲ κ. τ. λ. Vid. Var. Lect. In nonnullis ἐὰν λάβω pro ἐὰν ἄρα δῷς. TAYLOR. Post δῷς addi vult Lambinus τοιαύτης. REISK. Syntaxis posceret τοιαύτην. Sed non opus tale quid addi, cum facile subaudiatur. SCHAEFER.

P. 402. v. 5. ἀφ' ἧς] Sic corrigunt vitiosum ἀφ' εἷς, quod est in Aldina, Weimaranus et Wolfius. In aliis libris est ἐφ' ἧς. Unde colligo, praeter vulgatam in libris vetustis olim fuisse hanc quoque lectionem: ἐφ' ᾗ (in dativo). REISK. Aldinae vitium correxit Wolfius ad p. 401, 2. SCHAEFER.

P. 402. v. 5. οὐδὲν, ἐὰν λάβω] Vulg. οὐδὲν. Post οὐδὲν addunt ἐὰν (vel ἂν) λάβω Paris. quartus, septimus, August. primus et secundus, Bavaricus, (sed in hoc erant ista duo vocabula punctis supra et infra notata a nova manu ut delenda,) item Weimaranus. „In nonnullis“ ait Taylorus „ἐὰν λάβω pro ἐὰν ἄρα δῷς“ designans indicem P. Manutii. Haec duo vocabula addidi. REISK. Mallem non addidisset. SCHAEFER.

P. 402. v. 6. δὲ] δὴ P. Manutius. REISK.

P. 402. v. 8. θόρυβον καὶ ἔπαινον] Bekkerus: „ἔπαινον καὶ θόρυβον F. Q. O. t. u. v.“ Hoc ordine citat H. Stephanus Thes. c. 7240. D. Sed vulgatus ordo praestat: nam κρότος et θόρυβος ut affinia melius iunguntur. θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον, ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες, ἐποιήσατε p. 519, 10. SCHAEFER.

P. 402. v. 10. παθεῖν τι] V. mea in H. Stephani Thesauro c. 7244. A. SCHAEFER.

P. 402. v. 11. Ἀλέξανδρον] Plures erant eo nomine. Harpocrat. v. Ἀλέξανδρος: Ἕτερος Ἀλέξανδρος καὶ αὐτὸς Μακεδόνων βασιλεὺς, ἀδελφὸς Φιλίππου πρεσβύτερος, περὶ οὗ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας φησί· καίτοι τῶν ἀποκτεινάντων Ἀλέξανδρον ἦν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Φιλίππου οὗτος Ἀπολλοφάνης. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 375, 21. — τὸν Ἀλέξανδρον Bekker. SCHAEF.

P. 402. v. 12. τὸν Φιλίππου] Vulg. τοῦ Φιλίππου. τὸν Φιλίππου August. primus, quod dedi. REISK.

P. 402. v. 12. ἐξετάσωμεν] ἐξετάσομεν August. primus. REISK.

*) Videtur deesse *locabit*. SCHAEFER.

P. 402. v. 13. τοῦτο] Vulg. τούτου. τοῦτο Paris. quartus et septimus, August. primus et secundus, Aldina Taylori. Malui τοῦτο. Nam opponitur *hoc* convivium alii ab Aeschine agitato. REISK.

P. 402. v. 13. τὸ] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 402. v. 13. τούτων] Malim τούτῳ, huic Aeschini, aut τούτοις, his, Aeschini et eius fraterculis. REISK. Praestat τούτων: quippe opponitur ei τοῦ Σατύρου. SCHAEFER.

P. 402. v. 15. εἰ — ὅμοιον] Subaud. ἐστί. Vid. Bosii Ellips. p. 605. SCHAEFER.

P. 402. v. 15. παραπλήσιον — καὶ ὅμοιον] ὁμοίως καὶ παραπλησίως p. 36, 1. V. H. Stephani Thesaur. c. 7415. SCHAEFER.

P. 402. v. 16. κληθέντες — Φαιδίμου] Citat h. l. Pollux 6, 8. REISK.

P. 402. v. 16. τὸν Φαιδίμου] Vulg. τοῦ Φαιδίμου. τὸν Φαιδίμου August. primus et Pollux, quod praetuli. REISK. Pollux habet τοῦ Φαιδίμου. SCHAEFER.

P. 402. v. 17. Φαιδίμου] Xenophon in recensione XXX Tyrannorum Φαιδρίαν, non Φαίδιμον, ponit. PALMER. Dixi in Vita Lysiae. Notabile est, quod conservarentur haec verba a Polluce VIII. 1. κληθέντες γὰρ οὗτοι πρὸς Ξενόφρονα τὸν υἱὸν τοῦ Φαιδίμου. TAYLOR.

P. 402. v. 17. δὲ] δ' Bekker. SCHAEFER.

P. 402. v. 18. ἐπειδὴ δὲ ἧκον εἰς τὸ πίνειν κ. τ. λ.] Locum hunc confert cum simili Ciceronis in Verrinis Victorius XIV. Var. Lect. 14. Non poenitebit elegantem istum Criticum consulere. TAYLOR.

P. 402. v. 18. ἧκον] γρ. ἦλθον Paris. secundus. REISK.

P. 402. v. 20. ἐλευθέραν] Atqui fuit mancipium. Malim igitur ἐλευθέριον, nisi, quae lenior etiam mutatio est, praeferas ἐλευθερίαν. V. Dorvillius ad Chariton. p. 251. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 402. v. 20. τέλος] Numero vincunt MSti, qui ἔργον loco τοῦ τέλος habent, scilicet ex Regiis α. β. δ. ε. η. Lind. Ital. Harl. et MSS. Ald. Felic. et Manut. TAYLOR. ἔργον August. primus, secundus, Bavaricus, indices Ald. Bern. et Paul. Ald. Tayl. REISK. Recte ἔργον Bekker. Non tantum exitus compotationis ostendit honestam esse mulierem, sed totum negotium, ex quo introducta est. SCHAEFER.

P. 402. v. 20. ἐδήλωσε] ἐδήλωσεν Bekker. SCHAEFER.

P. 402. v. 21. οὑτωσὶ] οὑτωσὶ lege. [Nam Ald. οὑτοσί.] Et p. 403, 2. καὶ μιαρῶν ὄντων, ut referatur ad Phrynonem et Aeschinem. Sin placet μικρῶν, significat ebrios facile concitari. WOLF. οὑτωσί, *indifferenter, nullo consilio, sine dolo*, ὡς ἔτυχεν. Vid. not. ad Midianam p. 553, 13. H. Stephani *Conformité du*

lang. Franç. avec le Grec p. 86. D. Chrysostom. ad Ioann. IV. 6. TAYLOR. Sic corrigunt Lessing. et Weimaran., cum Aldus dedisset οὑτοσὶ. REISK. Iunge οὑτωσὶ ἡσυχῇ, *sic paullulum*, scilicet ut decebat honestam mulierem. SCHAEFER.

P. 402. v. 21. ἠνάγκαζον] Post τρώγειν posuit Bekker.: quae sedes aptior est. *cogebant, opinor, hi:* nam nisi coacta fuisset, ne tetigisset quidem nec vinum nec tragemata. SCHAEFER.

P. 402. v. 21. τρώγειν] *tragematis vesci:* nam coena iam finita erat. V. Anecd. Bekk. p. 114, 14. SCHAEFER.

P. 402. v. 22. μοὶ δοκεῖν] μοι δοκεῖν Reisk. μοι δοκεῖ Bekker. SCHAEFER.

P. 402. v. 22. δοκεῖν] Post h. v. videtur deesse ἔτι σωφρονοῦντες vel tale quid, 1) quo sit, quod insequenti ὡς δὲ — διεθερμαίνοντο opponatur, 2) quia alias, sine tali supplemento, illa dictio, μοι δοκεῖν, *ut mihi videbatur*, frigida et sensu cassa sit futura, ut nescias, quid illuc in medium proiecta sibi velit. REISK. Nihil deest. V. not. ad ἠνάγκαζον v. 21. SCHAEFER.

P. 402. v. 25. ἀδημονούσης] Consule Ulpianum ad locum, item Maussaci not. ad Harpocrat. pag. 16. TAYLOR. Anecd. Bekk. p. 341, 25. Ἀδημονούσης: ἀπορούσης. Quod hinc sumtum esse quis dubitet? SCHAEFER.

P. 402. v. 27. ἐχθρῶν, τῶν ἀλιτηρίων] Vulg. ἐχθρῶν τε καὶ ἀλιτηρίων. Pro τε καὶ unum articulum τῶν dant August. primus et secundus. Praetuli ἐχθρῶν, τῶν ἀλιτηρίων tanquam fortius et ardentius atque cum istorum iracundia et stomacho convenientius. REISK.

P. 402. v. 28. Κάλει παῖδα, — Ἱμάντα τις φερέτω.] Scilicet hae voces tum resonabant. *Voca tu tortorem*, clamabat alius: alius, *Scuticam afferto quis.* μιμητικῶς haec pronunciantur. REISK.

P. 403. v. 1. ἧκεν] ἦλθεν Paris. primus, quartus, quintus, August. primus et secundus. REISK.

P. 403. v. 1. ῥυτῆρα] V. Anecd. Bekk. p. 299, 28. SCHAEFER.

P. 403. v. 2. μικρῶν] μιαρῶν cum Wolfio [ad p. 402, 21.], quod iam vidimus, habent etiam marg. Benenati et Bodl. Videamus interpretem Etruscum: *E quantunque fosse* leggieri la cagione *che gli moveva ad ira, nondimeno perche eglino haveano bevuto, poscia che ella hebbe detto non so che, e che hebbe pianto* —. Hoc cum secundis curis Wolfii atque eius interpretatione consentit. Et credo ad sensum auctoris pertinere. Interea, si bene se habeat illa versio Italica, leves illae causae, quae stomachum movebant temulentis illis et petulantibus, erant, quod mulier infelix prae impatientia aliquid inconsulto dixerit et suam fortunam sit conquesta. Fuerint igitur, quae effutiverit, huiusmodi, qualia comminiscebatur Ulpianus: „*Haeccine ab Atheniensibus perpetior! Immo cum Scythis dego, non cum legatis istius urbis, quae*

humanitatis laude semper florebat." Hinc illae irae. Pergo. Immo non dixit solummodo, sed illacrymavit. Quid? an illud quoque bilem moverit? an lacrymae? Exspectaret lector: *Dixit aliquid, quod animos hominum perculit, quod offensionem ferre videbatur.* Anne hoc εἰπούσης τι καὶ διακρουσάσης ἐκείνης, ut in uno exemplari Reg. η. scribitur? TAYLOR. μιαρῶν margo Lutetianae sine auctore, qui forte Wolfius est. Sententia est: Cum mulier haec fortasse nonnulla liberius dixisset, quam ferre possent, quos ut temulentos minima quaeque res, vel innocentissima, tamen exacerbaret, servumque a se repulisset, qui vim afferret, vestem destringeret, flagra expediret —. REISK.

P. 403. v. 2. εἰπούσης — πολλάς] Locum hunc citat σχ. Aristophan. Acharn. 319. TAYLOR.

P. 403. v. 3. διακρουσάσης] Vulg. δακρυσάσης. διακρουσάσης Paris. septimus, August. primus. Hoc praetuli, nisi quod uno offendor, quod Graeci, quoad memini, malunt huius verbi medium quam activum usurpare. Placeret utique magis διακρουσαμένης. REISK. δακρυσάσης tuetur Scholiastes Aristophanis beneque restituit Bekker. Hoc enim multo efficacius ad auditorum misericordiam movendam iramque in Aeschinem acuendam. SCHAEF.

P. 403. v. 3. περιῤῥήξας — πολλάς] Citant Anecd. Bekk. p. 159, 7. SCHAEFER.

P. 403. v. 3. χιτωνίσκον] χιτῶνα Scholiastes Aristophanis. V. Stoeberus ad Thom. Mag. p. 638. SCHAEFER.

P. 403. v. 4. πολλάς] πληγὰς scilicet. Ellipsis est singularis, sed non infrequens. Hinc pendet ioculare istud Phrynes, scorti non incelebris: *Μαστιγίου δέ τινος μειρακιευομένου πρὸς αὐτὴν καὶ φαμένου πολλαῖς συμπεπλέχθαι, καθ' ὑπόκρισιν ἐσκυθρώπασεν· ἐπερωτήσαντος δὲ τὴν αἰτίαν, Ὀργίζομαί σοι, εἶπεν, ὅτι πολλὰς ἔχεις.* Athenaeus l. 13. p. m. 289. Caeterum de hoc loco vide Suidam v. Φοινικίδα et Thomam Mag. v. Ξαίνω [p. 638.], ubi dedit immemor orationis: Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου· ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. TAYLOR. Add. Thomas Mag. p. 359. SCHAEFER.

P. 403. v. 4. αὐτῆς] Vulg. αὐτῆς. αὑτῆς P. Manutius, Bavaricus. REISK.

P. 403. v. 5. τραύματος] Vulg. πράγματος. τραύματος August. secundus, Weimaranus, index P. Manutii. Correxi τραύματος. *e vulneratione, sauciatione, cruentatione sui corporis.* REISK. πράγματος Bekker. Quod et aptius huic loco est, (nam illae πολλαὶ ῥητορικώτερον, opinor, dictae corpus vix ἐτραυμάτισαν,) et librorum plerorumque auctoritate nititur. Conf. p. 402, 23. Passim autem duo haec substantiva confunduntur. Vid. not. ad Gregor. Corinth. p. 491. et *Notices et Extraits d. Manuscr.* T. V. p. 661. SCHAEFER.

P. 403. v. 7. εἰ μὴ — παροινουμένη] Plenius in membranis: εἰ μὴ ἐκεῖνος ἀφείλετο αὐτήν, καὶ ἀπώλετ' ἂν παροινουμένη. TAYLOR.

P. 403. v. 7. ἀφείλετο αὐτὴν] Vulg. ἀφείλετο. Post h. v. addunt αὐτὴν Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. Aberrarunt hic, ut alias saepe factum est, quod non miror, in digerendis schedulis Wolfianis, operae Herwagii ad v. 25. referentes id, quod huc erat referendum. Addidi αὐτήν, non quo sine eo non constaret oratio, quod facile subaudiatur, sed quod sic plenior atque planior fit. REISK. Omisit Bekker. SCHAEF.

P. 403. v. 7. καὶ ἀπώλετ'] Vulg. ἀπώλετ'. καὶ ἀπώλετ' P. Manutius. καὶ e Feliciana *) addidi, non quo copula esset, quae esset importuna, sed quo significet *vel, adeo*, et significationem intendat. Nisi eam Iatrocles eripuisset, vel perisset, aut perisset utique, h. e. non solum contumelias illas corpore tolerasset, verum etiam animam ipsam quoque emisisset. REISK. Particulam omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 8. τουτουΐ] τούτου Paris. primus, August. primus et secundus. REISK.

P. 403. v. 10. περὶ] παρὰ Paris. quartus cum γρ. REISK.

P. 403. v. 11. καὶ Διόφαντος — ἀναγκάσω] Citant Anecd. Bekk. p. 156. s., ubi editum est Διόφαντον, fortasse typothetae errore. SCHAEFER.

P. 403. v. 11. ὑμῖν] ἡμῖν Paris. primus, August. secundus. REISK.

P. 403. v. 11. ἀπήγγειλεν] Vulg. ἀπήγγειλλεν. Melius ἀπήγγειλεν dat P. Manutius cum aliis libris. REISK. ἀπήγγελλεν Anecd. Bekk. l. c. SCHAEFER.

P. 403. v. 11. μαρτυρεῖν αὐτὸν] Vulg. αὐτὸν μαρτυρεῖν. Invertunt August. primus, Bavaricus, Ald. P. Manut. REISK.

P. 403. v. 13. καὶ τοιαῦτα συνειδὼς κ. τ. λ.] Citat hunc locum Hermogenes p. 346. REISK.

P. 403. v. 13. ἑαυτῷ] αὑτῷ Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 13. ἀκάθαρτος] κατάρατος Cod. Reg. η. Vulgatam tuetur Hermogenes p. 346. iterumque p. 347. TAYLOR.

P. 403. v. 15. αὐτῷ] [αὐτῷ.] Lege αὑτῷ. MARKLAND. αὑτῷ cum aspero dat Bavaricus. REISK. αὐτῷ Reisk. αὑτῷ Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 15. αὑτῷ βίον] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 403. v. 16. λαμπρᾷ] μακρᾷ Hermogenes p. 245, 24. REISK. V. not. ad p. 405, 16. SCHAEFER.

---

*) Scilicet exemplari Manutianae. SCHAEFER.

P. 403. v. 16. φωνῇ;] Post φωνῇ Bekkerus posuit signum coli: quae interpunctio auget gravitatem orationis. SCHAEFER.

P. 403. v. 17. ἀποπνίγομαι. οὐκ — τὸ μὲν] Sic distinctum dat hunc locum August. primus: ἀποπνίγομαι οὐκ ἴσασιν οὗτοι. + τὸ μὲν —. Exhibui tamen in mea editione vulgatam distinguendi rationem. REISK. Neque alia probari potest. SCHAEFER.

P. 403. v. 17. οὐκ ἴσασιν οὗτοι κ. τ. λ.] Citat Minucianus p. 162. REISK. Dionis Cassii imitationem huius loci indicavit Dobreeus ad Aristophan. Plut. 1062. SCHAEFER.

P. 403. v. 17. τὰς βίβλους] in quibus formulae perscriptae essent initiationum, incantationum, exorcismorum, quibus valetudines e corporibus aegrorum expellerentur. REISK. V. pag. 313, 15. Sola intelliguntur carmina initiationum. SCHAEFER.

P. 403. v. 18. ἀναγινώσκοντα] ἀναγιγνώσκοντα Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 18. θιάσοις] Harpocrat. in v. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. θίασός ἐστι τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν. TAYLOR. V. not. ad p. 313, 23., ubi Orator acerbo sarcasmo τοὺς καλοὺς θιάσους dicit. Nec lenius hic: ἐν θιάσοις καὶ μεθύουσιν ἀνθρώποις καλινδούμενον. SCHAEFER.

P. 403. v. 20. καλινδούμενον] Post h. v. Reiskius et Bekkerus signum interrogationis posuerunt. SCHAEFER.

P. 403. v. 21. δυεῖν] Vulg. δυοῖν. δυεῖν Bavaricus. REISK. δυοῖν Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 21. ἢ] καὶ Paris. septimus, August. primus et secundus. REISK.

P. 403. v. 22. ὄντα] Post h. v. rursus signum interrogationis in Reiskiana et Bekkeriana. SCHAEFER.

P. 403. v. 22. ἐν] Abest a Bavarico. REISK.

P. 403. v. 23. ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον] Respexit Pollux III. 111. ἄνθρωπος ἀγαπητῶς — διατρεφόμενος Dio Cassius. V. Dobreeus l. c. ad v. 17. παρατρεφόμενον positum significanter. V. Ind. Graecit. p. 384. Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1040. s. et Wyttenbachii Animadvers. in Plutarchi Mor. p. 13. C. ἀγαπητῶς παρατρεφόμενος perperam vertentis *qui libenter alieno se cibo alit.* Nam ἀγαπητῶς est *vix*, *aegre*, ut recte interpretatur Reiskius Ind. Graecit. p. 4. extr. Addito μόλις, eadem significatione dicitur ἀγαπητῶς καὶ μόλις, de quo v. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 169. SCHAEFER.

P. 403. v. 25. βεβίωκας;] Melius sine interrogatione: nam redditivum est. ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον; ὃν οὐ βεβίωκας scilicet. Nam ὅ γε βεβιωμένος σοι τοιοῦτον ὢν φαίνεται. Sic enim et illud corrigendum ex Parisiensibus et Augustano. TAYLOR. Post βεβίωκας hypostigmen, post φαίνεται signum interrogationis posuit Bekker. Taylori interpunctio non probanda. SCHAEFER.

P. 403. v. 25. ὢν] Abest a Bavarico, Ald. P. Manut. Ut editum hic est ab operis Benenati, sic est in membranis August. primi. Ut turbatum quid sit in schedis Fabricii ab operis Herwagii, necesse est. REISK.

P. 403. v. 26. ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐξουσίας.] Post ἐξουσίας pono notam interrogationis. ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐξουσίας; Scilicet ἐρεῖς. *Eam igitur vitae partem referes, in qua tam licenter grassatus es?* Hic exemplum statim subditurus erat Demosthenes, Timarchi historiam. Sed subito abrumpit et in alium magis opportunum locum reiicit. οὗτος ἄλλον ἔκρινε παρ' ὑμῖν ἐπὶ πορνείᾳ — ἀλλὰ μήπω ταῦτα. ἀλλὰ τὰς κ. τ. λ. MARKLAND. Recte haec omnia: et improbanda omnino Wolfii conversio. Liquet enim, eum locum hunc non intellexisse. ἐξουσία hic non significat auctoritatem aut ius, sed iniuriam potius et audaciam ad omne nefas paratissimam. Ita exeunte hac oratione: εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς, ἧσπερ νῦν, ἐξουσίας καὶ ἀσελγείας μενεῖ. Et p. 428, 22. γέλως — εἰ μὴ τὴν ἄγαν ταύτην ἐξουσίαν σχήσετε νῦν ὑμεῖς. TAYLOR. Subauditur ὁρᾶτε. Et τὰ τῆς ἐξουσίας (scilicet ἔργα) idem est atque τὴν ἐξουσίαν. Idem est atque si dixisset: ἀλλὰ γὰρ ὁρᾶτε καὶ θαυμάζετε τὴν ἐξουσίαν τἀνθρώπου. Sed spectate atque miramini mecum arrogantiam et confidentiam hominis Timarchum pro impuro et flagitioso accusantis, quasi fiduciam hanc conscientia vitae honeste sancteque actae meruisset. *Seht mir einmal an, was er sich für Dinge heraus nimmt.* REISK. Post ἐξουσίας Reiskius posuit novitium signum exclamationis. SCHAEFER.

P. 403. v. 26. παρ' ὑμῖν] V. not. ad p. 383, 18. SCHAEFER.

P. 403. v. 27. ἀλλὰ μήπω ταῦτα] Absunt haec ab August. primo. REISK.

P. 404. v. 3. τί] τι Bekker., accentu, ut videtur, inter imprimendum eliso. SCHAEFER.

P. 404. v. 3. κακὸν] κακῶν Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 404. v. 3. ἔνι; — δωροδόκος] Nimis abrupta et hiulca haec mihi videtur oratio. Num sic legendum est: ἔνι, εἰ δωροδόκος —. *a quibus ecquod unum malum vel probrum inest* *), *si insunt istaec, munerum helluo, adulator* etc. REISK. Sane abrupta est oratio: nimis abruptam et hiulcam quaeque laboret defectu non dixerim. δωροδόκος — δεινότατα inclusi lineolis, ne quem fugeret τὸ ἑξῆς. SCHAEFER.

P. 404. v. 6. πάντα] πάντ' Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 6. πάντα ἔνεστι τὰ δεινότατα] [πάντα ἔνεστι τὰ λεγόμενα.] Wolfius vertit lectionem, non a se receptam, sed quae

---

*) F. *abest.* SCHAEFER.

reperitur in membranis vetustis, Regg. scilicet β. δ. Harl. Obsop. Ital. Ask. et editis sanioribus, τὰ δεινότατα. TAYLOR. Vulg. πάντα ἔνεστι τὰ λεγόμενα. πάντα δεινότατα Bavaricus, caeteris omissis. Etiam in aliis est δεινότατα pro λεγόμενα, ut in August. primo et secundo et margine Lessing. Coniungit utramque lectionem Weimar. τὰ δεινότατα λεγόμενα, non male. Postremo vocabulo in mendo cubanti [λεγόμενα] sufleci v. δεινότατα. Interim e prava scriptione colligo, loci huius geminam lectionem olim in libris circumambulasse, alteram τὰ δεινότατα, alteram τὰ ψεγόμενα, *quaecunque vitio dantur*, per ψ. REISK. πάντα δεινότατα Bavarici unice placet: eodemque ducunt duo Codd. Bekk. omittentes ἔνεστι. *omnia pessima.* Genuinae huic scripturae interpretandi ergo alius adscripsit ἔνεστι, alius τὰ λεγόμενα, *quae a Demosthene hic dicuntur*, scilicet δωροδόκος — προδότης. SCHAEFER.

P. 404. v. 6. ἓν οὐδ᾽ ὁτιοῦν] ἓν γὰρ οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἔνι τούτων — p. 643, 15. Ad verbum *nihil ne quidlibet quidem*, h. e. *plane nihil.* Nam vis negativae non tantum ad sequentem vocem pertinet, sed etiam ad antecedentem reflectitur *). Geminum simillimumque est εἷς οὐδ᾽ εἷς. Ad verbum *nullus ne unus quidem*, h. e. *plane nullus.* Sic autem scribi oportet, non, ut vulgo fit, εἷς οὐδείς. **) In Thucydide II. 51. rectam scribendi rationem plures Codices praeeunt, vellemque vir egregius, qui Historicum nobis nuper dedit pulchre expolitum, secutus esset quos nominare vix attinet, quando de Bekkero loquimur, κηπωροὺς μάλα καίριον εἰπόντας. SCHAEFER.

P. 404. v. 11. ἄλλο] ἄλλ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 12. ἄρα] ἄρ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 12. κατηγορῶ] κατηγορεῖ Paris. quartus. REISK.

P. 404. v. 13. ταῦτά] F. ταὐτά, *eadem.* MARKLAND. Non opus. V. not. ad p. 299, 17. SCHAEFER.

P. 404. v. 13. ἔπειτα] ἔπειτ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 15. δὲ] δ᾽ Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 16. ἐμοῦ μέντοι τις κατηγορία] Lambinus, argumento non intellecto, locum inquinat legendo ἐμοῦ μέντοι τίς κατηγορεῖ; licet ea lectio et scholia quoque occupaverit. Sensus est: Sit verum in me crimen; illi tamen in eo nullum est praesidium. Hoc est certissimum. TAYLOR. Videtur Lambinus eam lectionem

---

*) Eodem modo intelligenda quae congessi in Bosii Ellips. pag. 777. SCHAEFER.

**) Euripides Alc. 79. ἀλλ᾽ οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδείς. Scrib. οὐδ᾽ εἷς. *neque amicorum ullus, ne unus quidem.* Pusillum negotium cum Criticos fugisset, vide quos in simpulo fluctus excitaverint. SCHAEFER.

tantum commemorare, non commendare voluisse. Sententia est: Aequa et legitima defensio ista non est; verumtamen est artificium iudices aliquantisper ludendi atque morandi, cum reus actoris personam sibi induit, h. e. crimina in se intorta in accusatorem retorquet. REISK.

P. 404. v. 18. τὰ δὲ πράγματα] Scilicet τὰ ὑπὸ τούτου διεφθαρμένα. Nisi malis legere τὰ δὲ τούτου πράγματα, aut τὰ σὰ δὲ πράγματα. *tua vero causa nil eo fit melior.* REISK. τὰ πράγματα i. q. τὰ πεπραγμένα v. 15. nihilque nec subaudiendum neque addendum. SCHAEFER.

P. 404. v. 18. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Rescribendum videtur: οὐδέν· πολλοῦ γε δεῖ. vel: οὔ· πολλοῦ γε δεῖ. IURIN. V. not. ad pag. 100, 10. 370, 2. SCHAEFER.

P. 404. v. 19. οἴομαί] οἶμαί Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 19. μοι] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 404. v. 19. ἀμφότερα] ἀμφότερ' Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 20. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 404. v. 21. ἐστὶν] ἔσται Paris. quartus. REISK.

P. 404. v. 21. [φεύξεται]] Abest ab August. primo. Nullus cum dubitarem post ἀπολογία e praemissis tacite repeti seu subaudiri debere ἐπιδεῖξαι, ideo φεύξεται uncis inclusi. Idem est ac si dixisset: καὶ ἐπιδεῖξαι, ἥτις ἐστὶν ἡ δικαία ὁδὸς τῆς ἀπολογίας. *et docere, quae sit vera atque legitima sui purgandi ratio.* REISK. Recte omisit ineptissimum emblema Bekker. Notabilis autem constructio τὴν δικαίαν ἥτις ἐστὶν ἀπολογία pro vulgari τὴν δικαίαν ἀπολογίαν ἥτις ἐστίν. SCHAEFER.

P. 404. v. 22. κατηγορημένα] κατηγορούμενα Paris. quartus et septimus. REISK.

P. 404. v. 23. δύναιτ' ἂν οὗτος ποιῆσαι] Non ποιῆσαι, sed εἰπεῖν Codd. praestantiores, idque rectius. Sunt autem Aug. Harl. cum Regio δ. TAYLOR. δύναται εἰπεῖν Paris. quartus, August. primus, Harl., probante Tayloro. Etiam August. secundus dat δύναται. ποιῆσαι, id est δεῖξαι. Gemina fuit olim in libris h. l. lectio, altera ποιῆσαι, altera εἰπεῖν. REISK. εἰπεῖν videtur interpretantis esse. Saepe ponitur ποιεῖν, ne antecedens verbum repeti oporteat. SCHAEFER.

P. 404. v. 25. δήπου] Abest ab August. primo et secundo REISK.

P. 404. v. 25. ἀπολωλέναι] ἀπολωλεκέναι Aldina Taylori. REISK.

P. 404. v. 28. ἀνώμοτον εἶναι τὴν εἰρήνην] Intelligi puto tempus, quo Philippi ἡ ὅρκωσις per fraudem τῶν παραπρεσβευόντων tantisper differebatur, dum summa rerum pessum iret. Aliter interpretatur Weiskius de Hyperb. II. p. 42. SCHAEFER.

P. 405. v. 1. ὡς συμφέροντα καὶ γενησόμενα] Iterum hallucinatur Lambinus, qui legit ὡς συμφέροντα γενησόμενα, deleta coniunctione, *in rem vestram futura*. Sensus est: *Haec renunciavit Aeschines, ut quae essent et utilia, et quae certissime erant eventura*. TAYLOR. Dubium est, utrum deleat Lambinus, an solummodo commemoret, a libris nescio quibus καὶ abesse. Saepe fecit nimia brevitas, cui Lambinus in adornando indice suo studuit, ut nunc ignoremus, quid ab ipso profectum, quid e libris petitum sit et e quibus. REISK.

P. 405. v. 5. τούτοις μηδενὸς] τούτων οὐδενὸς Harl. οὐδενὸς etiam Reg. δ. Fortasse vulgata recte se habet. *cum iis* [legatis scilicet] *in nulla re communicavi*. TAYLOR. οὐδενὸς August. primus et secundus, Bavaricus. REISK. οὐδενὸς Bekker. Neque alterum patitur proprietas linguae Graecae. SCHAEFER.

P. 405. v. 5. βούλεσθε] βούλεσθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 6. τἄλλα] τἄλλ' Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 7. αὐτοὺς] ὅπως αὐτοὺς Paris. quartus, si recte annotatum est. Sed videtur potius ad ὡς v. 8. referendum esse. REISK.

P. 405. v. 8. τουτουσὶ] τούτους August. secundus. REISK.

P. 405. v. 8. ὡς] ὅτι August. primus et secundus, Aldina Taylori. REISK. ὅτι Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 10. ἐφ' ὑμῖν] Forte ἐφ' ὑμᾶς. τουτέστιν, ἐπὶ τῇ βλάβῃ ὑμῶν. ἐφ' ὑμῖν vero significat ἐν τῇ ἐξουσίᾳ ὑμῶν. WOLF. ἐφ' ὑμᾶς. MARKLAND. ἐφ' ὑμῖν recte habet. *in fraudem*, *in pestem vestram*. Vide Indicem [p. 228. in.]. REISK. Mox corrig. θεάσασθε. SCHAEFER.

P. 405. v. 12. ὀλιγωρίας καὶ ἀναιδείας] ἀναιδείας καὶ ὀλιγωρίας Bekker. e duobus Codd. melioris notae. Quorum auctoritas nisi esset, nemo non praeferret ordinem Reiskianum: nam ἀναιδείας fortius est. Conf. not. ad p. 286, 21. SCHAEFER.

P. 405. v. 13. οὐδ' — ἁμαρτὼν] V. Ind. Graecit. p. 30. in. Est superlatio rem gravissime significans. *ne aberrante quidem linguâ*. Philocratis foeditas et impudentia adeo est in ore vulgi, ut, si quaeras, quis sit omnium foedissimus et impudentissimus, lingua, vel si titubet, nomen eius edere cogatur. SCHAEFER.

P. 405. v. 13. ὑμῶν] Arcte cohaeret cum ἄλλον. Idem est ac si dixisset: οὐδένα ἄλλον ἐκ τοῦ ὑμετέρου πλήθους. Nemo alium quempiam vestrum, id est e vestro numero, appellet quam Philocratem, ne si erret quidem, aliud agens, aliud cogitans, lingua mentem praecurrente hunc appellet, volens alium appellare, h. e. nemo unquam alium praeter Philocratem edet neque volet edere. REISK. Ego vero iungo οὐδεὶς ὑμῶν, ita volente adeoque poscente Demosthene. Qui si iunxisset ὑμῶν ἄλλον, quid aliud quam dixisset in corona esse βδελυροὺς καὶ ἀναιδεῖς, quorum βδε-

λυρώτατος καὶ ἀναιδέστατος sit Philocrates? Quae futura erat permira captatio aurae popularis. SCHAEFER.

P. 405. v. 15. ἂν] Abest a Bavarico, Ald. P. Manut. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 15. τίνα δὲ] Repete φήσαιτ' ἄν. SCHAEFER.

P. 405. v. 16. ἂν] Iunge cum infinitivo εἰπεῖν. SCHAEFER.

P. 405. v. 16. λαμπρᾷ τῇ φωνῇ] [τῇ φωνῇ.] Lege λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. Quod deerat in aliquibus: sed non oportuit. Restituerunt optimi, Harl. et Aug., cum edit. Lutet. Modo p. 403, 15. καὶ τὸν βεβιωμένον αὐτῷ βίον αὐτίκα δὴ μάλα ἐρεῖ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. ubi Hermogenes invenerat in suis Codd. μακρᾷ τῇ φωνῇ. Nimirum ex multis locis hic est unus, in quibus *Demosthenes dicit, voce dulci et clara fuisse Aeschinem:* verbis utor Ciceronis in Oratore §. 18. Sic in sequentibus pag. 408, 17. μηδέ γε εἰ καλὸν καὶ μέγα οὗτος φθέγγεται, μηδ' εἰ φαῦλον ἐγώ. Vide orationem hanc exeuntem p. 449, 20. p. 380, 1. p. 415, 15. Iis, quae ex Cicerone attulimus, adde Ulpianum in σχ. ad auctorem nostrum p. 449, 26. ἔστι γὰρ εὐφωνότατος Αἰσχίνης, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ πολλάκις ὁ Δημοσθένης. Similia pene habet Plinius II. Epist. 3. TAYLOR. λαμπρᾷ abest a Bavarico, Ald. P. Manut. Wolf. Tayl. Sed restitui iubet Taylorus, quod sit in August. primo et Harl. REISK. Omisit Bekker. Conf. Interprett. ad Plinii l. c. SCHAEFER.

P. 405. v. 18. ὄχλους] [ὅρκους.] F. ὄχλους, ut e Plutarcho apparet. WOLF. ὅρκους habuit Aldus, credo, solus. TAYLOR. ὄχλους corrigit Weimaranus, forsitan ex editione Feliciani aut P. Manutii, quae sic dant. δειλὸν πρὸς τοὺς ὄχλους, id est δειλὸν προσιέναι πρὸς τοὺς ὄχλους, timidum adire ad conciones plebis miscellaneae easque expostulationibus, convicio, iurgio obtundere. Servandum esse ὄχλους docent insequentia: οὐδὲν γὰρ πώποτ' —. Alias per se bona est dictio δειλὸς πρὸς τοὺς ὅρκους, nisi quod ab hoc loco est aliena, significans pudentem et religiosum sanctumque virum, qui ad iurandum raro et cunctabundus et invitus neque nisi a summa necessitate coactus accedat, metu ne vel imprudens peieret. Improbi autem et audaces ad iurandum vel mercede ducti vel levitate impulsi temere procurrunt pensi non facientes, etiamsi caput suum atrocissimis diris innectant. REISK. ὄχλους invidiosius dictum. Nec Demosthenes hoc vocabulo usurus erat, si e sua ipsius persona nunc loqueretur: sed refert vocem adversariorum. SCHAEFER.

P. 405. v. 18. φασὶν εἶναι] Vulg. φασίν. Post φασὶν addunt εἶναι Paris. primus et secundus, August. primus et secundus, Bavaricus, Aldina Taylori seu Venetus. Addidi. REISK.

P. 405. v. 20. βεβίασμαι] ἐβιασάμην Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. REISK. Hoc paullo magis congruit antecedenti ἠνώχλησα. Sed praestat βεβίασμαι ut reconditius. Sic v. 7. ἠναντίωμαι sequitur post ἀντεῖπον. Nec putan-

dum hoc modo misceri tempora diversa: quippe aoristus induit naturam perfecti. SCHAEFER.

P. 405. v. 21. περὶ τούτων] sive *his de rebus*, sive potius *his de hominibus*. REISK.

P. 405. v. 22. τουτουσὶ] Vulg. τούτους. τουτουσὶ August. secundus. REISK. τούτους Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 23. χρήματα] χρήματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 25. τὰ πράγματα πεπράκασι] πεπράκασι τὰ πράγματα Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 26. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 26. ἀλλ' οὐδ' ἔδειξεν] [οὐδ' ἔδειξεν.] Quid hoc? Harl. Cod. habet ἀλλ' ἔδειξεν. *se ipsum, ut sorex, suo indicio prodidit.* Non negligenda sane lectio. TAYLOR. Vulg. οὐδ' ἔδειξεν. ἀλλ' de meo addidi vel potius ex Harleiano adscitum ad vulgatam applicui. *non os modo non diduxit, sed ne prodiit quidem in conspectum, ne obtulit quidem se vobis.* REISK. ἀλλ' omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 405. v. 27. πάντων] Abest ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. Conf. v. 11. s. SCHAEFER.

P. 406. v. 1. καὶ οὐδὲν] Vulg. καί. Huius particulae loco fuit οὐδὲν in Paris. quarto, si recte assequor mentem eius, qui variantes margini Lutetianae allevit. Addidi οὐδὲν. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 2. ἐστι] Abest a Paris. quarto, August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 2. τὸ συνειδέναι] F. τὸ γὰρ συνειδέναι. MARKLAND. Deceptus est a vulgari interpungendi ratione, quae haec est: — ἀσθενές. τὸ συνειδέναι — πράγματα, τοῦτο —. REISK. Fugit igitur Anglum τοὐναντίον hic esse *e contrario*. Perversam illam interpunctionem sequitur etiam Wyttenbachius hunc locum citans Animadvers. in Plutarchi Mor. p. 88. C. SCHAEFER.

P. 406. v. 3. ἑαυτοῖς] αὑτοῖς Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 5. τοῦτο — ποιεῖ] Plutarchus T. VI. pag. 327. s. R. ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὥς ὁ Δημοσθένης φησὶν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ. Eundem hunc locum, ut videtur, respiciens p. 628. τοῦτο τὸ ψεῦδος — ἄγχει, τὴν παῤῥησίαν ἀφαιρεῖται. SCHAEFER.

P. 406. v. 5. ἀποστρέφει] ἀποστρέφεται Aldina Taylori. REISK.

P. 406. v. 5. ἐμφράττει] ἀμφράντει August. secundus. In quo geminum cum insit vitium, posterius natum videtur e non intellecta portentosa sigla, qua librarii graeci ττ exarant, quam verbis declarare non licet, illi tenent, qui graecos codices vel parum triverunt. Accedit ea ad speciem γ cum τ compositi. REISK. Conf. Bastii Commentat. Palaeogr. p. 735. SCHAEFER.

P. 406. v. 6. τὸ — τελευταῖον — πρώην] τὰ τελευταῖα πρώην p. 308, 13. τὰ τελευταῖα — ἔναγχος p. 403, 22. SCHAEFER.

P. 406. v. 7. ἴστε — ὅτ'] V. not. ad Porsoni Hecub. p. 13. et Ind. p. 119. s. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 406. v. 7. [καὶ]] Omittunt August. primus et secundus, Bavaricus, Ald. P. Manut. Aut delendum est καὶ, quod plurimi codices omittunt, aut addendum est αὐτοὶ. vosmet ipsi nostis perinde ut ego. REISK. Recte omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 7. πρώην] πρῴην Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 8. Ἰοὺ ἰού] Conf. p. 784, 19. SCHAEFER.

P. 406. v. 10. καίτοι ταῦτα μέν] F. καὶ τὰ τοιαῦθ', ἃ μέν —. MARKLAND. Fallitur. Sensus loci: Atqui haec, quae mihi tunc minatus est, scilic. ἡ εἰσαγγελία καὶ ἡ γραφή, sunt longi temporis multaeque operae; poteratque me, nisi culpae sibi conscius esset, continuo vel tribus verbis prosternere. SCHAEFER.

P. 406. v. 10. μακρῶν] F. τραγικῶν pro μακρῶν. Suspicor, insignem aliquam depravationem his verbis subesse. MARKLAND. Vana erat istaec suspicio. οἱ μακροὶ καὶ πολλοὶ ἀγῶνες καὶ λόγοι respiciunt ad oppositum ei atque contrarium, tria verba, quae heri emtum de catasta mancipium Thracicum, graece loqui nondum doctum, facile pronunciet. REISK.

P. 406. v. 11. δύο] δύ' Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 11. ἢ] καὶ August. secundus. REISK.

P. 406. v. 12. ἐχθὲς] χθὲς Aldina Taylori. REISK.

P. 406. v. 12. ἐωνημένος] ἑωνημένος cum aspero Aldus et P. Manutius. REISK.

P. 406. v. 12. δυνηθείη] ἠδυνήθη August. primus et secundus. Item P. Manutius in texto: sed in indice dat vulgatam. REISK. ἠδυνήθη Bekker. Recte: nam Orator quod in Piraeo accidit spectat, non universe loquitur. SCHAEFER.

P. 406. v. 13. ταῦτ'] [ταῦτα.] F. ταὐτά, ex p. 408, 6. et p. 410, 5. MARKLAND. Hoc si omnes libri haberent, scribi oporteret ταὐτα. SCHAEFER.

P. 406. v. 15. [ἢ μετειληφώς]] Absunt a Bavarico. Ut tollenda uncis inclusi. ἢ statim indicat sive variam lectionem sive scholium. Varie scriptum olim fuit in vetustis libris, in aliis simplex εἰληφώς, in aliis μετειληφώς. Alii significabant, solum Demosthenem largitione corruptum esse, de Aeschine tacentes: alii cum illo hunc quoque corruptelae communionem fatentem inducebant. Illi: Demosthenes accepit munera, non ego. Hi: Accepi ego equidem munera, at non solus, sed iste quoque mecum una. REISK. Scribam αὐτὸς μετειληφώς. Compositum enim congruit antegresso ὧν αὐτὸς κοινωνὸς γέγονε, non item simplex. SCHAEFER.

P. 406. v. 15. οὐδὲν οὔτ' εἶπεν οὔτ' ἐφθέγξατο] Vulg. οὐδὲν

εἶπεν, οὐδ' ἐφθέγξατο. οὐδὲν οὔτ' εἶπεν, οὔτ' ἐφθέγξατο August. secundus. οὔτ' εἶπεν, non praedicabat de se planis, disertis verbis: οὔτ' ἐφθέγξατο, neque mussabat. REISK. φθέγγεσθαι nusquam significat *mussare*. εἶπεν et ἐφθέγξατο sunt synonyma: synonyma autem non patiuntur iungi per iteratum οὔτε. Igitur unice probandum quod ante Reiskium ediderant: οὐδὲν εἶπεν οὐδ' ἐφθέγξατο. Et sic Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 17. διὰ τί;] Absunt a Paris. quarto. REISK.

P. 406. v. 17. αὐτῷ] ἑαυτῷ August. secundus. αὐτῇ P. Manutius. REISK.

P. 406. v. 18. δοῦλος — τούτων] servus erat horum verborum vel probrorum et criminum: Χρήματα εἴληφας. Προδότης εἶ. Haec verba ei velut dominus imperitabant saevus et immitis, cui obloqui non licet. His verbis occurrere, audacter responsare, confutare conscius sui flagitii Aeschines reformidabat, ut servus asperum herum devitat, quem a se laesum novit. REISK. Immo: in haec ei verba non magis quidquam quam mancipio in dominum licebat, h. e. haec in me iactare reformidabat ut δοῦλος ἀπαῤῥησίαστος, cui ἡ γλῶττα δέδεται: nam si in me iactaret, suo se gladio iugulaturus erat. E contrario κἂν ἐχθὲς ἐωνημένος ἄνθρωπος foret δεσπότης τῶν ῥημάτων τούτων. V. v. 11. s. SCHAEFER.

P. 406. v. 18. ῥημάτων] χρημάτων ἴσ. γρ. margo Altemps. TAYLOR. Futilis coniectura. SCHAEFER.

P. 406. v. 18. προσήει] προσήοι Ald. P. Manut. Sed correxit Lessing. ad modum vulgatae. REISK.

P. 406. v. 20. ἐπελαμβάνετο — συνειδέναι] Citant Anecd. Bekk. p. 141, 12., ubi pro τὸ perperam τῷ. SCHAEFER.

P. 406. v. 20. ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτῆς] [ἐπέλαμπε γὰρ αὐτοῖς.] F. αὐτῷ. Nam de solo nunc Aeschine loquitur. Felician. ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτοῖς. WOLF. αὐτοῖς] F. αὐτῇ, scilic. διανοίᾳ, vel αὐτῆς. MARKLAND. ἐπελαμβάνετο plurimi praeter Felicianum: immo omnes, arbitror. Et in totidem fere αὐτῆς. ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτῆς τὸ συνειδέναι. Italus: *perioche la facea tirare in dietro la conscienza.* TAYLOR. Vulg. ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτῆς. αὐτοῖς Ald. Bern. et Paul. ἐπέλαμπε γὰρ αὐτοῖς dedit Wolfius, nescio unde. Si suo arbitratu, insigne id et flagitiosum est stuprum. Nihil hic e meis libris annotavi: unde colligo eos cum vulgata, h. e. cum Paris. consentire. Vulgatam enim ubique appello eam, quae in Parisina editione legitur. αὐτῆς, scilicet τῆς διανοίας. reprehendebat, castigabat, compescebat animum obloqui gestientem neque hiscere sinebat conscientia culpae contractae. REISK.

P. 406. v. 21. ἄλλα] Abest ab August. primo et secundo. REISK. ἀλλ' Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 21. ἄττα] Ita Parisienses cum spiritu leni. Credo, tum adspirandum esse, cum significat ὅσα: quam significationem

produxit Harpocrat. ex hac oratione. Confer p. 424, 12. p. 438, 25. Vid. Suid. Etymol. M. c. 167, 35. TAYLOR. Spiritum lenem super ἄττα ipse, quod mireris, August. primus dat, qui alias plerumque spiritus omittit. REISK.

P. 406. v. 21. οὐδεὶς] An οὐδὲν. MARKLAND. Ita scribitur in margine Benenati. TAYLOR. οὐδὲν margo Lutetianae tacito auctore. REISK.

P. 406. v. 22. ὃ τοίνυν — ἔργον ἤδη· βουλομένου γὰρ —] V. Reizius de Accent. Inclinat. p. 97. ss. ed. Wolf., ubi gravis est error notandus Reizii, levior, sed tamen error, Fr. A. Wolfii. Et Reizius quidem in Isocratis Paneg. c. 35. extr. vulgatam olim scripturam ὅτ' ἄν mutando in ὅτι ἄν locum fecit truncum sensuque cassum. Cum enim in Reiziana scriptura ἄν sit i. q. ἐάν, apparet periodo membrum deesse, quod ad ὅτι referatur. Sed ὅτ' ἄν illud veterum librorum quid aliud est quam ὅταν *)? quomodo si scribas, nihil amplius desideres. Plena enim oratio est: τοῦτ' ἔστιν, ὅταν —. V. quae nuper annotavi ad Porsoni Hecub. p. 13. s. Hoc non vidisse admirabilis virum intelligentiae quis non miretur? Excusabilior Wolfii error Reizianam disputationem inepte accommodantis ad duo loca, alterum Platonis Sympos. p. 220. in. HSt., Luciani alterum T. IX. p. 183. Bip.: quae loca sunt generis diversissimi. SCHAEFER.

P. 406. v. 23. ἤδη] Abest a Bavarico. REISK. Omisit Bekker. Adverbium tuetur simillimus locus Midianae p. 540, 10. ὃ δ' οὖν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη. SCHAEFER.

P. 406. v. 23. βουλομένου γὰρ ἐμοῦ τὰ δίκαια] F. addendum ποιοῦντος. Ni sit ἐλλειπτικὸν, κατὰ τὰ δίκαια. WOLF. Alibi **) idem: βουλομένου γὰρ ἐμοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν καὶ, ὥσπερ κ. τ. λ. TAYLOR. Distingue: βουλομένου γὰρ ἐμοῦ, τὰ δίκαια, ὥσπερ etc. Sic τὸ παλαιὸν p. 598, 3. ***) MARKLAND. τὰ δίκαια potest h. l. adverbialiter accipi pro δικαίως vel κατὰ τὰ δίκαια, *prout ius et fas est.* Quamquam enim recte dicitur τὰ δίκαια πρεσβεύειν pro *legatione recte sancteque defungi*, tamen non item dici potest λόγον τῆς πρεσβείας διδόναι τὰ δίκαια, sed dicendum est δικαίως. *me gestiente, ut bis legationem obieram optima cum fide, ita bis quoque legationum istarum rationem, qua par erat, reddere.* REISK. Reiskius, posita post ἐμοῦ hypostigme, τὰ δίκαια iunxit sequentibus. Nostra interpunctio est eadem Bekkerianae. τὰ δίκαια est accusativus pendens a participio βουλομένου. *cum vellem quae iuris sunt, ut, quemadmodum* etc. SCHAEFER.

---

*) Conf. Porsonus ad Euripid. Med. p. 39. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

**) in farragine. REISK.

***) Hoccine Marklandum serio comparare potuisse? SCHAEFER.

P. 406. v. 26. λογισταῖς, ἔχων] Dele hypostigmen. ἔχων μάρτυρας, *cum testibus*. SCHAEFER.

P. 406. v. 28. τὸ] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 406. v. 28. πρᾶγμα] πρᾶγμ' Bekker. SCHAEFER.

P. 406. v. 28. ὑπεργέλοιον] Bekkerus: „ὑπεργελοῖον Q." SCHAEFER.

P. 407. v. 2. οὐκ ἔτ'] ἔτ' abest a Bavarico, Ald. Sed habet Aldina Taylori. REISK. οὐκέτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 2. ἐβούλετο] ἐβούλετ' Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 2. περὶ ταύτης εἰσιέναι] εἰσιέναι περὶ ταύτης Bekker. Sane sic magis iunguntur quae per attractionem arcte cohaerent: sed non ideo reprobandus ordo verborum Reiskianus. V. not. ad p. 271, 24. SCHAEFER.

P. 407. v. 3. τἀδικήματα] τἀδικήματ' Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 5. ταῦτα] τοῦτο Paris. primus, August. primus et secundus. REISK. ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 7. κατεγνωκότα] κατεγνωκόθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 8. μηδενὶ ὑμῶν] Vulg. μηδενὶ νῦν ὑμῶν. νῦν abest a Paris. septimo, August. primo et secundo. Delevi adverbium. REISK. Restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 8. εὐσεβῶς] Vide supra p. 363, 10. et Priscianum c. 1190. l. 21. TAYLOR.

P. 407. v. 11. οὐ μὰ Δί' οὐκ] Hoc loco similibusque negativae iteratio recte habet. SCHAEFER.

P. 407. v. 13. *ΜΑΡΤΥΡΕΣ.*] Titulus hic abest a P. Manut. Subaudi non εἰσέρχονται, neque μαρτυροῦσι, quod paulo post fiet p. 408. in., sed solummodo εἰσκαλοῦνται, *citantur*. Interea dum arcessuntur et conveniunt, orator pro more suo quaedam interfatur a re non aliena. Solebant enim illi oratores interea, dum lex recitanda quaereretur testesve citarentur, ne oratio insisteret neque ipse conticesceret et nil ageret, pauca quaedam interfari, quae viderentur a re praesente non aliena esse, quamquam interdum deprehenduntur cum reliquis non optime cohaerere. REISK. Alia exempla talium interlocutionum commemoravi ad p. 288, 12. Quid quod Orator passim sic interfatus est, ubi non metuendum fuit, ne conticesceret? V. p. 421, 16. ss. SCHAEFER.

P. 407. v. 16. αὐτοῦ] αὐτὰ August. secundus. REISK.

P. 407. v. 17. μετὰ ταῦθ'] posteaquam Aeschines causam suam dixerit. REISK. Ut iniquum sit audire calumnias, quibus retundendis tempus mihi non detur. SCHAEFER.

P. 407. v. 20. ἀπολογήσεται] ἀπολογήσηται. MARKLAND. Sic Cod. Bekk.: latinae quam graecae syntaxi congruentius. SCHAEFER.

P. 407. v. 21. δικασταί] Abest a Paris. septimo. REISK.

P. 407. v. 25. ἐκείνῳ — ἐκεῖνον] Adverte pronominis iterationem. SCHAEFER.

P. 407. v. 26. λέγοι] Vulg. λέγει. λέγοι Paris. quartus, August. primus et secundus. Correxi λέγοι. REISK.

P. 407. v. 27. ὑπὲρ — περὶ] Significatione non differunt. V. not. ad p. 10, 17. et Aeschines p. 395. s. R. SCHAEFER.

P. 407. v. 27. ἀναγκάζετε αὐτὸν] [ἀναγκάζετε.] Restitue ἀναγκάζετε αὐτὸν cum Benenato, Codd. Harl. et Aug. TAYLOR. αὐτὸν abest a Bavarico, Ald. P. Manut. Wolf. Tayl. REISK. αὐτὸν delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 407. v. 28. λέγε μοι τὴν μαρτυρίαν.] Cuiusnam rei testimonium? Haec aut loco suo mota videntur, aut aliquid forte ante ea excidit. Nisi haec μαρτυρία referenda sit ad modo citatos (hac pagina v. 13.) μάρτυρας. Quod tamen non puto. MARKLAND. Sane referenda est ad illos testes. V. not. ad v. 13. SCHAEFER.

P. 407. v. 28. μοι] Abest a Bavarico, August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 403. v. 2. Οὐκοῦν ἐγὼ — ᾤμην δεῖν] In duobus exemplaribus vetustis, quae saepe pulchre inter se consentiunt et conspirant, legitur: Οὐκοῦν ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι καὶ λόγον ἤθελον διδόναι. Deinde Harl. solus: καὶ πάντα τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑπάρχειν ᾤμην δεῖν. TAYLOR. Quae ille vetusta exemplaria designet, haud constat: nam secundi quidem Augustani nulla ei fuit notitia. Videtur August. primum et Harl. designasse. REISK. V. not. ad v. 3. SCHAEFER.

P. 408. v. 2. δεινὸν] Abest ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 3. λόγον ἤθελον διδόναι] Vulg. λόγον διδόναι. λόγον ἤθελον διδόναι August. primus et secundus. ἤθελον addidi. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 3. τὰ ἐκ] τἀκ Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 3. ὑπέχειν] ὑπάρχειν Harl. REISK. V. not. ad v. 2. SCHAEFER.

P. 408. v. 5. οὑτοσὶ] οὗτος Paris. quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 408. v. 6. πέπρακται] [ταῦτα πέπρακται.] Forte πάντα π. Ac potius ταῦτα abundat, quia ταὐτὰ antecedit. WOLF. Deest, ut oportuit, in Regg. α. η. Ven. et Harl. TAYLOR. Vulg. ταῦτα πέπρακται. ταῦτα abest a Paris. primo et septimo, August. primo et secundo, Bavarico, Meermanniano: sed huius margini nescio quis id adscripsit. Sustuli ταῦτα. REISK.

P. 408. v. 6. ταῦτα] ταὐτὰ August. primus. REISK.

P. 408. v. 7. ᾐτιᾶτο] ᾐτίαται August. primus et secundus. REISK. Sic Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 7. πρότερον] Omittunt August. primus et secundus. REISK.

P. 408. v. 8. γε] Abest ab August. primo. REISK.

P. 408. v. 10. γίνονται] γίγνονται Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 10. οὐδεὶς πώποθ' ὁμολογῶν κ. τ. λ.] Ambigue dictum. Vult, *neminem unquam, qui condemnatus fuerit, fassum esse crimen.* Rationem reddit Aeschines in Timarch. p. 113, 7., quia οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες, ἂν μὲν *) ὁμολογῶσι, παραχρῆμα τῷ θανάτῳ ζημιοῦνται, οἱ δὲ λαθόντες καὶ ἔξαρνοι γενόμενοι κρίνονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις. MARKLAND. Recte. Constructio est: οὐδεὶς πώποθ' ἑάλω, ὁμολογῶν ἀδικεῖν. Ferrus: *niuno mai per confessare il suo errore è stato condemnato.* Aliter Wolfius: οὐδεὶς πώποθ', ὁμολογῶν ἀδικεῖν, ἑάλω, *neminem unquam, qui crimen fateretur, esse condemnatum.* Haec inter se distant plurimum. Vid. Lection. Lysiac. cap. XI. TAYLOR. Sopater ad Hermogenem p. 91. f. ἐπιπλήξειέ τις ἂν τῷ Ἑρμογένει, ὅτι τὸν ἠδικηκότα ὁμολογεῖν λέγει ἀδικεῖν. [Refert locum Hermogenis, qui p. 57, 2. edit. Crisp. legitur.] οὐδεὶς γὰρ πώποτε, ὥς φησὶ Δημοσθένης, ὁμολογῶν ἀδικεῖν ἑάλω, ἀλλ' ἀναισχυντοῦσιν, ἀρνοῦνται —. δῆλον γάρ, ὡς, ἐὰν ὁμολογῇ ὁ φεύγων ἠδικηκέναι, λέγεται [imo vero λήγει] ἡ ἀμφισβήτησις καὶ ἕπεται τῇ ὁμολογίᾳ ἡ τιμωρία. REISK.

P. 408. v. 13. οὐδενὶ] Fortasse dicas requiri μηδενὶ: sic enim statim sequi μὴ et μηδὲ apta ex eodem δεῖ. Sed scrib. οὐδ' ἑνὶ, ut negatio seorsum referatur ad δεῖ. Conf. v. 18. ss. SCHAEFER.

P. 408. v. 14. κρῖναι] κρίνειν August. primus et secundus. REISK. κρίναι Reisk. SCHAEFER.

P. 408. v. 15. προσέχειν] Malim προσέχοντας, quod participium aptum erit e κρίναι versu 14. REISK. Potuit Orator sic scribere: ut scriberet, nihil coëgit. SCHAEFER.

P. 408. v. 15. οὓς οὗτος — μαρτυρήσουσι] Omnia haec post μάρτυσιν usque ad μαρτυρήσουσι v. 17. parenthesi sunt includenda iuxta monitum cl. Marklandi. Iam ita instituetur oratio, scilicet: μὴ τοῖς ἐμοῖς λόγοις μηδὲ τοῖς τούτου —, μηδέ γε τοῖς μάρτυσιν, — μηδέ γε εἰ καλὸν —. Ad quam normam reformabis versionem. TAYLOR. Pro οὓς dat Aldina Taylori οἷς. REISK. Distinctionem, quae Marklandum iure offendit, sic refingam: — χρώμενος, (ὄψεσθε δ' ὡς ἑτοίμως αὐτῷ μαρτυρήσουσι) μηδέ γε εἰ καλὸν —. SCHAEFER.

P. 408. v. 16. ἑτοίμους] ἑτοίμως Paris. secundus, Bavaricus. REISK.

---

*) Ne quem fallat iteratum μὲν, meminerit hoc alterum esse περιγραφικόν. *siquidem fatentur.* Nam nisi ὁμολογοῦσι, fieri potest, ut, quamvis ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες, tamen absolvantur. V. Aeschines p. 395. S. SCHAEFER.

P. 408. v. 17. *μαρτυρήσουσι*] *μαρτυρήσουσιν* Bekker. Scilicet post h. v., ut vulgo factum, plene interpunxit. SCHAEFER.

P. 408. v. 17. *εἰ καλὸν καὶ μέγα*] [*εἰ καλὸν μέγα.*] Forte *εἰ καὶ μέγα*, vel *εἰ καλὸν καὶ μέγα*. WOLF. Deerat enim *καὶ* apud Ald. TAYLOR. *εἰ καλὸν καὶ μέγα* correxit etiam annotator Weimar. et Lessing. REISK.

P. 408. v. 18. *φθέγγεται*] *φθέγξεται* MSS. Obsop. Harl. Ask. cum editt. Felician. et Manut. Atque hoc est rectius. TAYLOR. *φθέγξεται* August. primus, P. Manutius vulgatam in indice referens. REISK. Praesens probandum. SCHAEFER.

P. 408. v. 21. *ὑπὲρ*] *ὑπὲρ* h. l. accipio pro *ἀπό*. Nam constructio haec est: *ἀπώσασθαι τὴν αἰσχύνην τὴν ὑπάρχουσαν ὑπὲρ* [*propter*, id est *ἀπὸ*] *τῶν πραγμάτων*. REISK. Immo *ὑπὲρ* est i. q. *περί*. *de rebus turpiter foedeque proditis dedecus, quod nunc est civitati, transferre in culpae auctores.* SCHAEFER.

P. 408. v. 21. *δεινῶς*] *δεῖνος* P. Manut. REISK.

P. 408. v. 22. *ἀπώσασθαι*] Sic etiam Bavaricus: sed *ε* est super diphthongo, a nova manu, ut videbatur, superscriptum. Inverso ordine in Meermann. est *ἀπώσασθε* cum *αι* super *ε* scripto. REISK. V. Wyttenbachii Iulianea p. 177. s. ed. Lips. SCHAEFER.

P. 408. v. 23. *ἐξετάσαντας*] [*ἐξετάσαντες.*] Cod. Harl. *ἐξετάσαντας*. Quod restitues propter *ποιεῖν — ἀπώσασθαι*, quibus connectitur in compositione. TAYLOR. *ἐξετάσαντες* Bavaricus, Ald. P. Manut. Quam lectionem qui optant, necesse est, ut etiam *ἀπώσασθε* in imperativo admittant. REISK.

P. 408. v. 23. *τίνα*] *τί* Bekker. e duobus Codd. V. not. ad p. 121, 7. SCHAEFER.

P. 408. v. 25. *ἃ ὑμεῖς ἴστε*] Modo dixerat *ἃ ἅπαντες ἐπίστασθε*. MARKLAND.

P. 408. v. 25. *εἰ μὲν γὰρ ἅπανθ' κ. τ. λ.*] Absurda hypothesis, sed quae sola possit iudices cogere, ut Aeschinem absolvant. Sensus: Nam si praedixerunt illi quaecunque pacem mala secuta sunt Atheniensesque nihilo secius, nulla necessitate adacti, sed sola ignavia moti, pacem cum Philippo fecerunt, reus est culpae insons accusatorque delirat. *ὑπέσχοντο* sarcastice dicit pro *προεῖπον* acerbe subsannans *τὰς τῶν μακεδονιζόντων ὑποσχέσεις*: facile enim intelligitur talia serio non posse dici pollicitationes. SCHAEFER.

P. 408. v. 26. *ὅσα ὑπέσχοντο*] *ὅσ' ὑπέσχονθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 408. v. 26. *ὑπέσχοντο*] Vulg. *ὑπέσχεθ'*. *ὑπέσχοντο* Paris. septimus, August. secundus, quod praetuli. REISK.

P. 408. v. 26. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Paris. primus. REISK.

P. 409 v. 3. *προακηκοότες*] *ἀκηκοότες* simplex dat August. secundus. REISK.

P. 409. v. 3. παρὰ] περὶ Paris. quintus, August. primus. REISK.

P. 409. v. 4. γενησομένους] Melius cum historia concordabit Cod. August. γεγενημένους, itemque Harl. ex secundis curis. TAYLOR. γεγενημένους August. primus et secundus. REISK. Taylorum errasse nemo non intelligit. SCHAEFER.

P. 409. v. 5. τὰ ἐπὶ] τἀπὶ Bekker. SCHAEFER.

P. 409. v. 5. τὰ ἐπὶ Θρᾴκης] V. Weiskius de Hyperb. III. p. 11. SCHAEFER.

P. 409. v. 5. τὰ] τὰ posterius abest ab August. primo, Bavarico, Meermann. Ald. P. Manut. REISK. Omisit Bekker. SCHAEF.

P. 409. v. 7. ἐποιήσασθε] ἐποιήσατε Paris. primus, quintus, septimus, August. primus et secundus. REISK.

P. 409. v. 7. ἐποιήσασθε ἀγαπητῶς] I. q. ποιησάμενοι ἠγαπήσατε. *ut — pacem facere satis habueritis*. SCHAEFER.

P. 409. v. 10. ἐπιορκίαν προσκτήσησθε] damnando insonte, quem vos servaturos esse iurato promisistis. SCHAEFER.

P. 409. v. 10. προσκτήσησθε] προσήσεσθε Cod. Reg. η. TAYLOR. προσκτήσεσθε August. primus. Videtur olim aliis in libris vulgata, προσκτήσησθε, in aliis προσήσησθε fuisse, *ad vos admittatis*, si per grammaticos licet προσησάμην probare, quod alias non est nisi προσηκάμην. REISK. Intercedunt quidquid est grammaticorum. SCHAEFER.

P. 409. v. 11. τετύφωμαι] Citat h. l. Harpocration v. τετύφωμαι. REISK. V. Photius c. 427. Est i. q. μαίνομαι. Idem Lexicographus c. 428. Τετυφῶσθαι, μεμηνέναι. SCHAEFER.

P. 409. v. 11. δ' ἅπαντα] δὲ πάντα Bekker. SCHAEFER.

P. 409. v. 12. εἰπόντες Φίλιππον] I. e. εἰπόντες περὶ Φιλίππου. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 410. b. p. 558. s. SCHAEFER.

P. 409. v. 13. σώσειν] Sic etiam Bavaricus, sed cum ζ super secundo σ. REISK.

P. 409. v. 18. μονονοὺ] μόνον οὐχὶ margo Lutetianae, nescio unde, August. primus et secundus. REISK. μόνον οὐ Bekker. SCHAEFER.

P. 409. v. 18. περιήρηνται] [παρῄρηνται.] Ita exhibuit Wolfius solus, neque lectorem admonuit, se ab omnibus exemplaribus, tam literis cusis, quam manu exaratis, discessisse. Nam in omnibus, quae consului, legitur περιήρηνται. TAYLOR. παρῄρηνται etiam Taylorus Wolfii exemplum nimis secure et saepe secus, quam criticum decebat, secutus. REISK. Wolfiana scriptura non caret librorum auctoritate. V. Bekker. SCHAEFER.

P. 409. v. 22. τὴν ἀρὰν — ἀπενέγκησθε] absolvendo sonte, quem vos damnaturos esse iurato promisistis diras vobismet ipsis imprecati, nisi faceretis. SCHAEFER.

P. 409. v. 22. ἀπενέγκησθε] εἰσενέγκησθε Cod. MS. Harl. cum Regio η. εἰσενέγκητε Aug. TAYLOR. εἰσενέγκησθε August. primus et secundus. Taylorus a Sim. Fabricio deceptus falsa hic de lectione August. primi retulit. REISK.

P. 421. v. 17. χεῖρα ἔχοντα] χεῖρ' ἔχοντ' Bekker. apostropho abstinens v. sq. SCHAEFER.

P. 421. v. 18. προτείνας] προστείνεις August. secundus. REISK.

P. 421. v. 18. προτείνας καὶ ὑποσχὼν] προτεῖναι τὴν χεῖρα dicitur is, qui manum suam planam et explosam versus largitorem porrigit eoque gestu munus quasi provocat atque proritat: ὑποσχεῖν autem dicitur, qui manui datoris sibi occurrenti suam manum supponit, quo dandum munus excipiat. REISK.

P. 421. v. 20. τούτους] τοὺς Paris. quartus. REISK.

P. 421. v. 20. σεμνολογῇ] σεμνολογεῖς Aug. et Harl. TAYLOR. σεμνολογεῖς August. primus et secundus. REISK. σεμνολογεῖ Bekker. SCHAEFER.

P. 421. v. 22. ἂν] Vulg. κἂν, *etiamsi.* ἂν simplex dant August. primus et secundus. Correxi ἄν, *si.* REISK.

P. 421. v. 22. πιλίδιον] „Quod Graeci πῖλον, πιλίον, πιλίδιον dicunt, hoc Latini *pileum* et *pileolum* vocant. Pollux: οὐ μόνον δὲ πιλίδιον ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῖλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ παρὰ τοῖς ποσίν. Demosthenes περὶ παραπρεσβ. κἂν πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν περινοστῇς. Budaeus in Pandectis hunc Demosthenis locum exponens τὴν ἐπιτηδευτὴν κόμην intelligit, quae φενάκη, etiam πρόσθετος et περίθετος κόμη dicitur. A quo ut invitus dissentiam, facit primum Interpres, deinde Aristophanes in Comoedia, quae Ἀχαρνῆς inscribitur:

Εὐριπίδη, ἐπειδήπερ ἐχαρίσω μοι ταδὶ,
Κἀκεῖνά μοι δὸς τἀκόλουθα τῶν ῥακῶν,
Τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον.

Ex his vocibus, ἀκόλουθα τῶν ῥακῶν, ut πιλίδιον petasum exponas, necesse est: id quod etiam Glossographus agnoscit. Plato Πολιτ. γ. ἐὰν δέ τις αὐτῷ μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθείς. An ulli aegrotationis generi conveniat adulterina coma, cuivis perspicuum esse potest.“ Haec Brodaeus Miscell. I. 12. Confer et quae Iunius item II. Animadv. 6. Quicquid demum sit, sive, ut isti volunt, Demosthenes noster adversario suo mollitiei notam his verbis inurere voluit, sive verae sint hariolationes, quas Ulpianus produxit, liceat certe lectori ob oculos ponere, quae Plutarchus in Vit. Solon. pag. 180. T. I. ed. Bryan. [T. I. pag. 327. s. R.]: ἐλεγεῖα δὲ κρύφα συνθεὶς [Solo] καὶ μελετήσας, ὥστε λέγειν ἀπὸ στόματος, ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν ἄφνω πιλίον περιθέμενος. ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν, ἧς ἐστιν ἀρχή·

Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος,
Κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

An ad hanc historiam Demosthenes hic adludat, viderit adnotator, qui id asseruit ad Plutarchum. Interea tamen habet lector meus ex hac narratione Plutarchi, quod displicere non possit. TAYLOR. Obscuri loci sententiam si satis percipio, videtur haec esse: nullas te poenas daturum speras, si circulos et coetus operto capite perreptans me calumnieris, quo, quae sic in me probra in vulgum spargis, ea auctore careant, ad primumque eorum auctorem nullo pacto perveniri possit. πιλίδιον est tale quid, atque *ein polnischer Judenhut mit herabgelassenen Krempen oder eine Wintermütze mit Klappen rundherum, die herabhängen, dass man einen nicht erkennen kann, als wenn ein ehrbarer Mann zur Hure oder ins Branntweinboutikchen ginge.* V. interpretes Petronii ad illud, *operto capite*, in eiusmodi minutiis operosos. REISK. Coraës ad Plutarchi l. c. T. I. p. 411.: *Πιλίον περιθέμενος.*] Ὡς νοσῶν δηλονότι. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἔοικεν ἡ τοῦ πιλίου περίθεσις ἐπιτετηδεῦσθαι, ἵνα δόξῃ μαινόμενος ἐκπηδῆσαι τῆς οἰκίας βίᾳ τῶν νοσηλευόντων αὐτὸν οἰκείων. Ἄλλως γὰρ ἐξηγήσασθαι τὸ προκείμενον (ὃ καὶ τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἀνεξήγητον παραλέλειπται) οὐκ ἔχω, ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος (Πολιτ. Γ, σελ. 406) παραθέμενος χωρίον τουτὶ, „Ἐὰν δέ τις [ἰατρὸς] αὐτῷ [τῷ νοσοῦντι] μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, ταχὺ εἶπεν, ὅτι οὐ σχολὴ κάμνειν κ. τ. λ." Ἔστι δὲ τὸ πιλίον ἢ πιλίδιον ἐρεοῦν κεφαλῆς περίθεμα κ. τ. λ. Verissima haec etiam Demosthenis loco, qui totus pendet ab illa de Solone narratiuncula, lucem accendunt. Scilicet quemadmodum Solon σκηψάμενος ἔκστασιν τῶν λογισμῶν πιλίον περιθέμενος ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν, ut cives accenderet ad Salaminem recuperandam, ita Aeschines προφασισάμενος ἀῤῥωστεῖν (pag. 379, 15.) πιλίδιον λαβὼν περιενόστει, ut Demostheni conviciaretur. Quae comparatio vilissimi capitis cum cive de patria immortaliter merito dubitare noli quin coronae cachinnos moverit. SCHAEFER.

P. 421. v. 22. ἐπὶ] περὶ Paris. quartus, quintus, septimus, August. primus et secundus. REISK. Perplacet. V. quae modo citata sunt e Platone et Plutarcho. SCHAEFER.

P. 421. v. 23. ἐμοὶ] ἐμὲ Aldina Taylori. REISK.

P. 421. v. 23. λοιδορῇ] λοιδορεῖ August. secundus. REISK. Post h. v. non signum interrogationis, sed punctum posuit Bekker. SCHAEFER.

P. 421. v. 24. *ΕΛΕΓΕΙΑ ΣΟΛΩΝΟΣ.*] Solonis poeticen sive usum in versibus pangendis praedicant praeter alios Aeschines c. Ctesiph. pag. 500, 1., qui eum vocat ἄνδρα περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότα, et Plato in Timaeo: δοκεῖν οἱ τά τ' ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. De ea multi, inquam, scripsere, et nonnulli quaedam citaverunt. Vid. Plutarch. in Vita Solonis — Compar. Solon. et Poplicol. — de Amore Divitiar. — Prae-

cept. bene gerendae Reip. — Sept. Sapient. Conviv. — Orat. Amator. — de Tranqu. Anim. — de Profectu in Virtute etc. Adiiciatur maxime Philo Iudaeus, Clemens Alexandrinus, Aristoteles, Stobaeus, Phrynichus, Laertius, Pausanias, Athenaeus, Aristides, Gellius, Tertullianus, Eustathius aliique. Ex recentioribus Canter. V. Nov. Lect. 9. II. Steph. IV. Schediasm. 20. 21. Allat. de patr. Homeri c. 5. Stanleius in Vita Solonis etc. In iis, quae conservata sunt, elegantiam sane et nitorem floremque illum poeticum, quem sentimus, describit nemo, lector meus non maximum deprehendet, verum simplicitatem quandam, quae primaevos mores et aetatem redolet. Eius lascivissimos versus memorat Apuleius in Apologia et Plutarchus in Vita. Et restant sane apud antiquorum nonnullos, quos modo adduxi, quaedam eius commatis et petulantiae. Honestius sane fragmentum et elegantius paulo ad nos duravit, I. Stobaeo Serm. IX. id procurante: in quo varii humani generis quaestus, artificia et rationes, quibus homo ab homine distinguitur, lepide depinguntur. Et quoniam Stobaei chartae, doctae sane et laboriosae, in hac nostra aetate atque hac sapientia non assidue teruntur, aut saltem non ea assiduitate teruntur, quam merentur, depromam pauca atque lectorem donabo meum illo humanae vitae speculo Soloniano:

Σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος. ὁ μὲν κατὰ πόντον ἀλᾶται
Ἐν νηυσὶν χρήζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν
Ἰχθυόεντ' ἀνέμοισι φορεύμενος ἀργαλέοισι,
Φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίην θέμενος.
Ἄλλος γῆν τέμνων πολυδένδρεον εἰς ἐνιαυτὸν
Λατρεύει, τοῖσι καμπύλ' ἄροτρα μέλει.
Ἄλλος Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίστου πολυτέχνεω
Ἔργαλα εἰν χειροῖν ξυλλέγεται βίοτον.
Ἄλλος Ὀλυμπιάδων Μουσάων πάρα δῶρα διδαχθεὶς,
Ἱμερτὴν σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος.
Ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Ἔγνω δ' ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν ἐρχόμενον,
Ὧι συνομαρτήσωσι θεοί· τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
Οὔ τι τις οἰωνὸς ῥύσεται, οὐθ' ἱερά.
Ἄλλοι Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες
Ἰητροὶ, καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
Κἄν τις λύσαιτο ἤπια φάρμακα δούς.
Τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε
Ἁψάμενος χειροῖν αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.

Mendas, quibus obsiti sunt hi elegi, tollere non vacat: ad alia festino. TAYLOR. Basilius de legendis Graecis citat tres versus Solonis, quos pariter laudat Plutarchus de sentiendo virtutis profectu et in Solone. Exstant hodie inter Gnomas Theognidis versu 316. Verum in poësi non multum abludunt Solo et Theognis. *See* Plutarch. Prosaica *of* Theognis p. 9. ed. Gr. TAYLOR. *in Sche-*

dis. *Σόλωνος* abest ab August. primo et secundo, item Bavarico. Ab August. utroque cuncta illa Solonis carmina absunt praeter paucos quosdam versus in ora primi exaratos. REISK. Bekkerus: „*ἡρωελεγεῖα* O. t.“ In Brunckiana Sylloge est XV. SCHAEFER.

P. 421. v. 25. *Ἡμετέρα δὲ πόλις κ. τ. λ.*] Poëmation hoc esse *ἀκέφαλον*, adnotatur in Altemps. Et continuo repraesentatur hoc distichon:

Ἴσμεν εἰς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου
Ἱμερτῆς χαλεπὸν αἶσχος ἀπωσάμενοι.

Qui haec adlevit margini exemplaris Altempsiani, errorem magnum erravit. Arbitror enim, neque sine auctoritate, duo fuisse insignia et pervulgatiora poëmatia Solonis, elegiacis versibus concinnata: quorum unum hoc aut simile initium habere potuit, scil.

Ἴσμεν εἰς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου
Ἱμερτῆς χαλεπὸν αἶσχος ἀπωσάμενοι.

Alterum vero et diversum est id fragmentum, quod beneficio Demosthenis hodie legimus. Haec admonuit Ulpianus. Verum cum ille adnotator Altempsianus et Scholiastes noster, Ulpianus, haec scripserunt, quid hoc mali et infortunii in priore disticho, ubi vox initialis et sensui et metro repugnat, *Ἴσμεν εἰς Σαλαμῖνα* —? Lege itaque:

Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου.

Ἴομεν, *Eamus*, *Proficiscamur:* id quod exspectare fas erat ab homine, qui carmen *προτρεπτικὸν* canebat. Atque ita recte exaratur in Laërtio. TAYLOR.

P. 421. v. 27. *Τοίη γὰρ μεγάθυμος κ. τ. λ.*] Iliadis V. 828. ipsa Minerva ad Diomedem: *τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθός εἰμι.* SCHAEFER.

P. 421. v. 27. *Τοίη*] *τοίην* P. Manutius. REISK.

P. 421. v. 27. *ἐπίσκοπος*] Videtur fuisse cognomen Minervae. Hoc utens loco Geelius vulgatam Luciani scripturam T. I. pag. 591. ed. Reitz. bene tuetur contra Hemsterhusium. Vid. viri summi Append. Animadvers. in Lucian. p. 23. a. SCHAEFER.

P. 421. v. 27. *ὀβριμοπάτρη*] Bekkerus: „*ὀμβριμοπάτρη* O. t. u.“ SCHAEFER.

P. 421. v. 28. *χεῖρας ὕπερθεν ἔχει*] Festivissimus omnium et lepidissimus, qui scripsit, poëta hos versus Solonis ita deridendos propinavit, Equit. 1168.

Κλ. *Ἐγὼ δ' ἔτνος γε πίσινον εὔχρων καὶ καλόν·*
Ἐτόρυνε δ' αὔθ' ἡ Παλλὰς ἡ Πυλαιμάχος.
Ἀλ. *Ὦ δῆμ' ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ,*
Καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν.
Δη. *Οἴει γὰρ οἰκεῖσθ' ἂν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν,*
Εἰ μὴ φανερῶς ἡμῶν ὑπερεῖχε τὴν χύτραν;

Κλ. Τουτὶ τέμαχός σοι δῶκεν ἡ Φοβεσιστράτη.
Ἀλ. Ἡ δ' Ὀμβριμοπάτρα γ' ἔφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας.

Ubi recte σχ. τὴν χύτραν] ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν χεῖρα. Haec animadvertit senatus Criticorum princeps, ὁ μέγας Hemsterhusius ad Lucian. Timon. Tom. I. pag. 119. edit. nov. TAYLOR.

P. 421. v. 29. μεγάλην] Malim μεγάλῃς (in dativo pluralis) pro μεγάλαις, ut ad ἀφραδίῃσιν referatur. REISK. Ego non item. SCHAEFER.

P. 422. v. 1. πειθόμενοι] Post h. v. plene interpunxerunt Reisk. et Bekker. Hypostigme est in Sylloge Brunckiana. SCHAEF.

P. 422. v. 2. ἑτοῖμον] ἕτοιμον Paris. septimus. REISK.

P. 422. v. 6. [Χρήματα — πεπᾶσθαι,]] Hoc distichon videtur laudari verbis diversis a Plutarcho in Vit. Solon. T. I. pag. 174.

Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.

Sed non est huius loci. Pertinet enim ad poëma bene longum, cuius partem modo laudavimus ex Stobaeo. Deerat prior versus in Wolfio, restituit autem Benenatus. TAYLOR. Totum hunc versum omittunt Bavaricus, Ald. P. Manut. Wolf. Sed Taylorus revocavit. Rectene an secus absit, haud disceptabo. Ego equidem ista omissione nil offendar. Neque probo, quod multi tales lacunas areis vacuis relinquendis designarunt: quae opera erat supervacanea. Quapropter laudo factum Taylori, qui vacua illa spatia complendo hiatus obliteravit, hoc est, hexametros hexametris, pentametros pentametris copulavit, ut ad obtutum nihil deesse appareat. Solebant enim veteres non solum versus inchoatos et ad dimidium perductos destituere, sed etiam hexametros pentametrosve geminare, insuper habita alternatione, aut pro re nata syllabas contra naturam usumve producere aut corripere: id quod ipsis vitio non dabatur. Exempla talis licentiae ab illis usurpatae complura apud Stobaeum Diogenemque Laërtium prostant. Huc pertinent illa apud Iulianum Aug. p. 199. et 213., ubi in Cratetis elegiaco carmine bini pentametri sese protinus insequentes leguntur. REISK. Carmina tam enormia nullus veterum poëtarum pepigit: nam quae huius generis leguntur, sunt lusus aevi recentioris. Omnino quae Reiskius hîc scripsit, ut nemo mirabitur, qui de rebus poëticis iudicantem more suo semel legerit, ita indigna sunt quibus operose confutandis parcus otii immoretur. — Versum omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 7. Πλουτοῦσιν] [Πλουτοῦσι.] F. πλουτῆσαι. MARKLAND. Scilicet ut cum hexametro antecedente coagmentaret. Litteram paragogicam addidi. Addidit etiam Bekker. in quinque Codd. repertam. SCHAEFER.

P. 422. v. 7. ἐργμασι] ἕργμα cum adspiratione est περίφραγμα, κώλυμα, παρὰ τὸ ἕρκω, unde ἕρκος et εἱρκτή. ἔργμα cum te-

mui ἔργον, ut apud Hesiodum: ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι. Utraque scriptura locum habere potest: τὰ γὰρ ἄδικα ἔργα ἔργματά ἐστι. Sententia est, iniustis lucris eos ditari. Hesiodus: κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτησιν. WOLF.

P. 422. v. 8. *Οὔθ' ἱερῶν — δημοσίων*] Hic occurrunt duo pentametri, nullo hexametro interveniente, et v. 21. eadem conditione vicissim duo hexametri: aliter, credo, quam lex et ratio elegiarum postulavit, saltem apud antiquos. Fortasse ea res movit editores, ut avellerent in his locis et discerperent hos elegos Solonis, quasi defectum indicarent: vel fortasse putarunt, tria haec esse Solonis fragmenta ex diversis locis sumta et hic quasi consarcinata. Ea est, inquam, facies editionum omnium. An ita se res habeat, necne, ignoro. Illud saltem teneo, neutiquam posse fieri, ut multa in istis lacunis, si tamen lacunae sint, deessent: adeo bene cohaerent et consequuntur, quae hodie habemus. Hoc in poëtica versione, qualem Wolfii subiecimus, non adeo facile adparet. Apponemus igitur Etruscam, quae nec pura puta est poëtica, verum utcunque inter prosam et poëticen ambulat:

La città nostra mai per fato iniquo
Non perirà, ne per voler di Giove,
Che quella, che dal forte padre è nata,
Pallade saggia la difende e regge.
Ma i cittadin, ch' all' oro sono intenti,
E la de gli ottimati ingiusta mente,
I quai sono a far mille ingiurie pronti,
Onde poscia patisce il popol tutto,
Corromper voglion la lor gran cittade,
Perche nel ben non sanno temperarsi,
Ne celebrar l' allegre feste in pace,
Ne s'astengon dal sacro o dal profano,
* *Pur ch' adempian la lor ingorda voglia.*
Ne servan la giustitia amica a Dio.
La qual tacendo il presente e'l passato
Vede, e tarda, ma al fin viene à punire.
Onde incurabil piaga la cittade
Assale tutta, onde ella poscia presto
Sotto 'l giogo servile il collo pone;
E discordia civile, e guerra desta
Che dorme, laqual molti giovin spegne.
Perche la patria è da' nimici offesa,
Ch' offendan quei che dianzi erano amici.
Hor questi mali tra'l popolo sono.
Altri miseri vanno a terra strana
Venduti, in brutti e duri lacci avvolti.
* *Cosi il mal tutti va a trovare a casa,*
E se la prima porta no'l riceve,
Egli in cima dell' alto tetto sale,

Talche ritruova ogniun, se bene e' fusse
Ne' piu secreti penetrali ascoso.
Hor queste cose me le detta il genio
Per gli Atheniesi. Che le triste leggi
Di molti mali alla città son causa,
E le buone ogni cosa eguale e piana
E ben composta fanno; e le medeme
Spesso avvolgan la fune al collo a' tristi:
E l' aspro molle fanno, e l' insolenza
Lievan, e fanno ancor cessar l' ingiuria,
E i fior seccar del mal, ch' ogni hora nasce:
E modrano i giuditii duri, e l' opre
Superbe humili fanno, e la civile
Discordia fan coll' ira altiera vana,
E da lor' ogni bene human deriva.

Versus hos Solonis plurimi latinitate poetica donarunt: Wolfius noster, Philippus Melanchthon, cuius versio ad finem I. Stobaei editur pag. 632., anonymus quidam, qui quinque has orationes convertit ediditque Venet. apud Hieron. Scotum 1545. Verum, ut credo, (namque in eo vertitur haec adnotatio,) licentiam istam in elegiacis componendis, quam modo adnotavi, non facile admiserunt veteres. In plurimis sane, quae reliquerunt, religio erat hexametro pentametrum suum subiicere et coniugare, ut per totam elegiam pariter fieret. Recentiorum arbitror esse commentum, quos tamen ipsos in ea re parcos fuisse deprehendimus: sed quaedam ex eo genere saxis et marmoribus adhaerescunt.

ΕΚ ΓΕΝΕΗΣ ΠΕΡΙΒΩΤΟΝ ΑΠ' ΑΝΘΥΠΑΤΩΝ ΚΑΙ ΥΠΑΡΧΩΝ
ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ ΚΑΘΑΡΗΙΣΙΝ ΑΟΙΔΙΜΟΝ ΕΥΝΟΜΙΗΙΣΙΝ
ΠΡΟΦΡΟΝΕΩΣ ΜΕΓΑΡΗΕΣ ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΙΣ ΕΠΙ ΕΡΓΟΙΣ
ΕΙΚΟΝΙ ΛΑΙΝΕΗΙ ΣΤΗΣΑΝ ΑΓΑΣΣΑΜΕΝΟΙ
ΠΑΝΤΗ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΙΟ ΚΛΕΟΣ ΠΑΝΤΗ ΔΕ ΤΕ ΘΑΥΜΑ
ΠΑΝΤΗ Δ' ΕΥΝΟΜΙΗΣ ΕΥΧΟΣ ΑΠΕΙΡΕΣΙΟΝ
ΥΙΕΟΣ ΕΥΡΙΟΙΟ ΤΟΝ ΑΛΚΑΘΕΟΥ ΝΑΕΤΗΡΕΣ
ΠΟΛΛΩΝ ΑΝΤ' ΑΓΑΘΩΝ ΑΜΦΙ ΔΙΚΗΣ ΤΕΜΕΝΕΙ.

Megaris. Ex schedis anecdotis Vernonii. Num haec Inscriptio ab aliis edatur, necne, nescio sane, neque vacat consulere: et praeterea omnes auctores, qui in ea materia versantur, ad manus praesto non sunt. Sed pergo. Alia porro cum simili licentia et pariter inemendata exstat in Reinesio Inscript. XV. ult. Attamen, si fides sit habenda exemplaribus Plutarchi, antiquis etiam placebat haec inconstantia:

ΤΟΝΔΕ ΠΟΘ' ΕΛΛΗΝΕΣ ΝΙΚΑΣ ΚΡΑΤΕΙ ΕΡΓΩΙ ΑΡΗΟΣ
ΠΕΡΣΑΣ ΕΞΕΛΑΣΑΝΤΕΣ ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ ΕΛΛΑΔΙ ΚΟΙΝΟΝ
ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ ΔΙΟΣ ΒΩΜΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥ.

Ita dedit Plutarchus in Aristide. Quod tamen alibi, scil. de Herodoti malignit., emendatius hoc pacto:

ΤΟΝΔΕ ΠΟΘ' ΕΛΛΗΝΕΣ ΝΙΚΗΣ ΚΡΑΤΕΙ ΕΡΓΟΝ ΑΡΗΟΣ
ΕΥΤΟΛΜΩΙ ΨΥΧΗΣ ΛΗΜΑΤΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ
ΠΕΡΣΑΣ ΕΞΕΛΑΣΑΝΤΕΣ ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ ΕΛΛΑΔΙ ΚΟΙΝΟΝ
ΙΔΡΥΣΑΝΤΟ ΔΙΟΣ ΒΩΜΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥ.

Et quidem ea consuetudo binis hexametris subdendi unum pentametrum (quale metrum excidimus modo ex inemendatis Plutarchi membranis) prae caeteris omnibus placuisse videtur iis scriptoribus, qui senectutem poëtices viderunt. Gotfridus Viterbiensis, qui saeculo XIII. floruit, eo tenore per opus bene longum, Chronicorum scil. librum, partim ligata partim soluta oratione scriptum, perpetuo est usus. Et eodem consilio, nam casu factum esse non existimo, exaravit quidam in marmore Epigramma, quod sequitur:

ΕΚ ΔΕΚΑ ΠΕΝΤ' ΑΝΔΡΩΝ ΦΟΙΒΟΥ ΤΕ ΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΙΡΕΥΣ
ΚΡΗΣΚΗΝΣ, ΗΓΑΘΕΟΣ ΤΕ ΛΕΟΝΤΙΟΣ, ΕΝΣΟΦΟΙ ΑΝΔΡΕΣ,
ΟΣ ΜΕΝ ΑΠ' ΑΝΤΟΛΙΗΣ, ΟΣ Δ' ΑΡ' ΑΦ' ΕΣΠΕΡΙΗΣ,
ΟΡΓΙΑ ΣΥΝΡΕΞΑΝΤΕ ΘΕΑΙ ΠΑΜΜΗΤΟΡΙ ΡΕΙΗΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΙΟ ΦΕΡΙΣΤΗΣ
ΗΜΑΣΙ ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΙΣ ΒΩΜΟΝ ΥΠΕΡΤΙΘΕΣΑΝ.

Reines. I. 41. Ex omnibus exemplis, ubi legibus elegiacis huiusmodi facta est violentia, nullum habemus insignius aut luculentius, quam suavissimum istud Epicedion, quod Athenis hodie exstans descripserunt plurimi, incorrecte, uti existimavi, omnes. Sed errores qui sunt, (sunt autem non pauci,) non exscriptoribus, sed quadratariis esse adscribendos, docuit me vir doctissimus et amicissimus D. Anton. Askew, qui mendarum memor, quae isti saxo imputari solebant, maxima cura et sollicitudine descripsit. En exemplum antiquum incuriae et negligentiae! En pulcherrimum poëmation, non saepius describendo, sed semel exarando misere et lacrymabiliter contaminatum!

Η ΠΟΤΕ ΚΥΔΙΟΩΣΑ ΞΑΝΘΑΙΣ ΕΠΙ ΚΡΑΤΟΣ ΕΘΙΡΑΙΣ

ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΑΜΠΟ-ΜΕΝΗ
ΧΙΟΝΕΟΙΣ ΤΕ ΠΡΕΠΟΤΣΑ ΠΡΟΣΩΠΟΙΣ ΗΔΕ ΠΑ-ΡΕΙΑΙΣ
ΚΑΙ ΓΛΤΚΕΡΟΤ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΟΠΑ ΛΙΡΙΟΕΣΣΑΝ ΙΕΙΣΑ
ΧΙΛΕΣΙ ΠΟΡΦΤΡΕΟΙΣ ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΕΟΝ ΔΙ' ΟΔΟΝ-ΤΩΝ
ΠΑΝΤΟΙΗΝ ΤΕ ΑΡΕΤΗΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΛΛΕΙ ΣΩΜΑΤΙ ΘΕΙΣΑ
ΗΝ ΤΕΚΕΝ ΕΤΤΤΧΙΔΗΙ ΣΘΕΝΑΡΩΙ ΚΙΛΙΚΙΑ ΧΑΡΙΤ
ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΑΕΤΗΣ ΤΡΤΦΕΡΑ ΤΗΔ' ΕΝ ΧΘΟΝΙ ΚΕ
ΕΡΜΕΡΩΣ ΔΕ ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΜΗ-ΤΡΟ
ΜΝΗΜ ΑΛΟΧΩΙ ΦΙΛΙΗ ΘΗΚΑΤΟ ΚΟΤΡΙΔΙΗ.

Coronidem huic adnotationi satis prolixae iam sum impositurus. Idem vir praestantissimus, quem modo memoravi, cui tantum debent Graecae literae, secum etiam ex iis regionibus asportari fecit marmor novi sane et insoliti argumenti pariter et graecismi, et quod nemo ex nostra familia non ad originem suam corrigere et revocare festinaret, ni admoneretur, autographum istud ita inemendatum aut saltem obscurum hisce ipsis literis domi apud eundem hodie conservari. Age, lector, explica.

*ΣΟΙ ΠΛΑΚΑ ΝΗ *** ΑΝΗΚΕ ΚΟΡΗ ΔΙΟΣ ΤΔΑΤΟ-ΕΣΣΑ*
ΠΗΓΗ ΝΤΜΦΑΩΝ ΟΡΦΙΤΕ ΝΑΜΑ ΦΙΛΟΝ
ΕΝΘΑ ΠΑΛΑΙ ΒΑΣΙΛΗΕΣ ΑΠΟ ΠΤΟΛΕΜΟΙΟ ΚΑ-ΜΟΝΤΕΣ
ΕΝΧΕΑ ΚΑΙ ΚΟΡΤΝΑΣ ΚΑΘΘΕΣΑΝ ΙΠΠΟΛΟ-ΦΟΤΣ
ΕΞ ΟΤ ΔΗ ΔΟΡΤΚΝΑΜΑ ΤΕΟΣ ΛΑΧΕΝ ΟΤΝΟΜΑ ΧΩΡΟΣ
ΧΩΡΟΣ ΕΛΑΙΗΡΗ ΤΕΡΠΟΜΕΝΟΣ ΛΙΒΑΔΙ
ΠΑΝΤΑ ΔΕ ΣΟΙ ΝΤΝ ΤΑΤΤΑ ΔΙΕΡΓΑΤΙΝΑΙΣ ΠΑ-ΛΑΜΑΙΣΙΝ
ΤΡΙΣΣΟΝ ΤΠΟΛΑΤΚΑΒΑΝ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ ΤΕ-ΛΕΩ.

TAYLOR.

P. 422. v. 9. *ἐφ' ἁρπαγῇ*] *ἀφαρπαγῇ* (sic) Bavaricus. REISK.

P. 422. v. 10. *Δίκης*] Minusculâ litterâ scriptum dederunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 10. *θέμεθλα*] [*θέμελα.*] F. *θέμεθλα, τὰ θεμέλια.* Nisi forte *θέμελον ἀντὶ θεσμοῦ* ponatur. *Non observant augustas iustitiae sanctiones.* WOLF. *θέμεθλα* Aldina editio et Parisina. Ita Bodl. quoque et Lindenbr. TAYLOR. *θέμελα* P. Manut. et Wolf. ex illo. REISK.

P. 422. v. 12. *ἀποτισομένη*] [*ἀποτισαμένη*.] F. *ἀποτισομένη*. MARKLAND. Vulg. *ἀποτισαμένη*. *ἀποτισομένη* est in Bavarico, sed e correctione novae manus, quae ex *α* effecit *o*. Aoristo subiici futurum. REISK. *ἀποτισαμένη* Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 13. *Ταῦτ' ἤδη*] F. *ταύτῃ δὴ*, *hoc pacto igitur*. MARKLAND. *τοῦτ' ἤδη* Reg. ε. Ven. Ital. Lind. et Harl. TAYLOR. *τοῦτ' ἤδη* Bavaricus, Aldina Taylori. *ταῦτ' ἤδη* idem est atque si dixisset *διὰ ταῦτα δὴ*, *ob haec ipsa igitur*. REISK. *ταύτῃ τοι* Brunck. *τοῦτ' ἤδη* Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 13. *ἄφυκτον*] Post h. v. plene interpungunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 15. *Ἢ*] *ἣ* Ald. P. Manut. Bavaricus. REISK. *ἣ* Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 15. *ἐπεγείρει*] Utrum *ἡ δίκη*, an *ἡ πόλις*? WOLF. *ἐπεγείρειν* Bavaricus. REISK. Mira dubitatio Wolfii. De urbe dici quis ambigat? SCHAEFER.

P. 422. v. 18. *Τρύχεται — φίλους*] *Ἄστυ πολυήρατον τρύχεται ταχέως ἐκ δυσμενέων τοῖς ἀδικοῦσι τοὺς φίλους ἐν συνόδοις*. Id est: *Urbs eorum, qui cives suos in congressibus et commerciis afficiunt iniuriis, opportuna et obnoxia est hostium insultui.* WOLF. Male interpunctum esse si cui minus *) videatur, is, per me licet, comma retrahat ad *τρύχεται*. Metri causa necesse habuit constructionem seu casum mutare. Nam rectam rationem tenere si voluisset, dicendum fuerat *τῶν ἀδικούντων τοὺς φίλους ἐν ταῖς συνόδοις*, qui genitivus cohaereret cum *ἐκ δυσμενέων*. Iam vero coactus a metro dixit *τοῖς ἀδικοῦσι*, qui dativus tantundem valet atque *ὑπὸ τῶν ἀδικούντων*. Iniurias multifarias dare cives civibus in familiaribus congressibus possunt, inprimis vero rixas, verberationes, caedes, quae sunt iniuriarum atrocissimae. REISK. Malus sit poëta, qui coactus a metro ad talia confugiat. *ἐν συνόδοις* verto *in conflictu*: *τοῖς ἀδικοῦσι* autem est dativus quem dicas incommodi. SCHAEFER.

P. 422. v. 18. *φίλους*] *φίλοις* Codd. Regg. ε. η. cum Lindenbr. TAYLOR.

P. 422. v. 20. *πολλοὶ*] Sic est legendum. WOLF. Alii enim *πολλὴν*. TAYLOR.

P. 422. v. 21. *Πραθέντες — δεθέντες*] Videtur in pentametro, quod deest, etiam divitibus poenam esse minatus. Quare ausus ego sum distichon addere:

Nec sunt expertes cladis, quos ampla beat res,
Et sua divitibus poena luenda venit.

WOLF.

---

*) *minus* videtur delendum. In Reiskiana hypostigme posita est post *συνόδοις*. SCHAEFER.

P. 422. v. 21. δεθέντες] δοθέντες Bavaricus. REISK.

P. 422. v. 23. Αὔλειοι δέ τ' ἔχειν] Lege Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν. ἔτι κωλύειν οὐ δύνανται. WOLF. αὔλειοι δ' ὅτ' ἔχειν Aldina Taylori. In Wolfii ad h. l. annotationem si tempori inspexissem, coniecturam δ' ἔτ' ἔχειν in textum recepissem. Interpretatio eius bona et proba est. ἔχειν h. l. tantundem valet, atque κατέχειν, *continere, retinere.* Sed saepe mihi hoc evenit, ut Wolfium consulere aut oblivisceret aut taederet ob molestum pondus editionis Basileensis et minutissimos typos, quibus annotationes Wolfianae excusae sunt: id quod mihi haud raro fraudi fuit. REISK. δ' ἔτ' ἔχειν Brunck. et Bekker. Iungenda autem ἔτ' οὐκ, i. q. οὐκέτι. V. not. ad Sophocl. Trachin. 161. SCHAEFER.

P. 422. v. 23. οὐκ ἐθέλουσι] V. not. ad Gregor. Corinth. p. 135. s. Dictum est προσωποποιητικῶς neque exuit nativam significationem. SCHAEFER.

P. 422. v. 24. ὑπὲρ] ὕπερ Brunck. SCHAEFER.

P. 422. v. 24. ὑπέρθορεν] ὑπέρθυρον Reg. η. Obsop. et Ask. TAYLOR. Post h. v. plene interpungunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 422. v. 24. πάντως] [πάντων.] F. πάντως, ut supra. MARKLAND. πάντας ἢ πάντως Bodl. πάντας Reg. ε. Obsop. et Ask. TAYLOR. Vulg. πάντων. Praetuli πάντως, *omni modo, certo certius.* REISK. πάντας Brunck. πάντως placuit etiam Hemsterhusio Append. Animadvers. in Lucian. p. 17. Bekkerus: „πάντων mei omnes.“ Vid. Meletem. Crit. p. 130. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 88. et Boeckh. in Platon. Min. p. 141. SCHAEFER.

P. 422. v. 25. Εἴ γέ τις ᾖ] [Εἴη γέ τις.] [Ita Ald.] Versus non constat. Forte εἴ γέ τις ᾖ, vel ἤέ γέ τις. Legi etiam potest εἴη τις φεύγων, ἀντὶ τοῦ φεύγοι. WOLF. Restituitur etiam in Bodl. Εἴγε τις ᾖ, et restituerunt etiam editt. Feliciani Manutiique. TAYLOR. εἴ γέ τις ᾖ corrigit Weimaranus pro vitioso εἴη γέ τις. Aldina Taylori solummodo pro εἴη dat εἰ. εἰ καί τις φεύγων margo Lessing. A Bavarico abest ᾖ. REISK. εἴ κέ τις ᾖ Brunck. εἴ γέ τις φεύγων Bekker. εἰ καί τις φεύγων non displicet. SCHAEFER.

P. 422. v. 25. ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ] Pro εἰς μυχὸν ἢ θάλαμον. Attica enallage praepositionum ἐν et εἰς. WOLF. Fallitur. SCHAEF.

P. 422. v. 27. πλεῖστα] πολλὰ Brunck. SCHAEFER.

P. 423. v. 1. Τραχέα] Utrum ἤθη, an τὰ ἀτυχήματα? WOLF.

P. 423. v. 5. Παύει δ' ἀργαλέης] Παύει δ' ἀργαλέης lege. WOLF. Nescio, quid sibi velit annotatio Wolfii, cum sic legatur in omnibus editionibus. ἐργαλέης dat Aldina Taylori. REISK.

P. 423. v. 6. ἄρτια] ἀπηρτισμένα, τέλεια, προσηρμοσμένα. WOLF.

P. 423. v. 6. πινυτά] συνετά Ven. Quae cum vox sit familiarior, aliquando fortasse fuit vice expositionis. TAYLOR. συνετά

Aldina Taylori. REISK. Vere Taylorus. Hesychius T. II. c. 962. *Πινυτός.* — *συνετός.* SCHAEFER.

P. 423. v. 8. *οὗς*] *ὥς* Paris. quartus. REISK.

P. 423. v. 10. *ἀεὶ μὲν εἶναι*] Vulg. *ἀεὶ μέν.* Pro *ἀεὶ* dant August. primus et secundus *εἶναι.* Cum oratio neutro carere posset, illud servavi, hoc addidi. REISK. V. not. sq. SCHAEFER.

P. 423. v. 12. *οἴομαι*] [*ἡγοῦμαι καὶ βούλομαι.*] Verba duo *καὶ βούλομαι* videntur e scholio huc irrepsisse. WOLF. Bene Wolfius. Desunt etiam in Codd. *β.* *δ.* *η.* et Lindenbr. Porro autem ista *ἡγοῦμαι καὶ* in v. 10. aeque sunt importuna. Corrige ergo: *ἀεὶ μὲν ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι τοῦτον βούλομαι, ὡς —, τρόπον δέ τινα ἡγοῦμαι καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα κ. τ. λ.* Vel si prius istud *ἡγοῦμαι* cuidam adblandiatur et retinendum videatur in v. 10. *ἡγοῦμαι καὶ βούλομαι,* tunc restitues cum Reg. *δ.* et Aug. in v. 11. *τρόπον δέ τινα οἶμαι καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα κ. τ. λ.* Meminerit lector, prius *καὶ βούλομαι* deesse in exemplaribus Ven. Aug. et Harl. atque etiam vocem *εἶναι* in omnibus. TAYLOR. Vulg. *ἡγοῦμαι καὶ βούλομαι.* Pro *ἡγοῦμαι* dant Paris. quartus, August. primus et secundus *οἶμαι.* Verba *καὶ βούλομαι* omittunt Paris. secundus, quartus, septimus, August. primus et secundus, Bavaricus, Lindenbr. Venet. Harl. Correxi *οἴομαι,* deletis reliquis, quae e versu superiori perperam iterata esse constabat. REISK. *ἡγοῦμαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 12. *πάντα*] *πάντ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 13. *ταυταισὶ*] Abest a Paris. quarto, August. primo. REISK.

P. 423. v. 13. *ἔνδειγμα*] *γρ. ἐνδείγματα* margo Parisinae, tacito auctore. Videtur coniectura Lambini esse ab eo clam in variantes immissa. REISK.

P. 423. v. 15. *πρεσβεύσας*] Lege *παραπρεσβεύσας.* Nam *πολλὰ πρεσβεύειν* in nulla criminationis parte esse arbitror. TAYLOR. V. ad p. 416, 7. REISK. Sane *πολλὰ πρεσβεύειν* non datur vitio: datur *πολλὰ καὶ δεινὰ πρεσβεύειν.* V. not. ad l. c. SCHAEFER.

P. 423. v. 17. *ἠτίμωσεν*] *ἠφάνισεν* margo Lessing., nescio, utrum ut variantem, an ut scholium. REISK. Utrum sit, docet Hesychius T. I. c. 1664. *Ἠτιμωμένων. ἠφανισμένων.* SCHAEFER.

P. 423. v. 17. *ὑπακούσαντά*] *τὸ ὑπακούσαντα* videtur significare, Timarchum a populo delectum accusatorem Aeschinis paruisse. Quod ut verum non sit, quid vetat a Demosthene, causae ut serviret, confictum esse? WOLF. Vide infra p. 434, 16. MARKLAND. Ita se habet Italica versio: *ha privato del suo honore un suo accusatore* accusato poi da lui et comparso in giudicio. Anonymus: *quendam eius accusatorem* ex animi sententia *infamia notavit.* Optimum fortasse, quod debemus margini Ask. et Cod. Obsop. *ὑπακούσας τινὰ αὐτοῦ.* ubi tamen *τά τιν' αὐτοῦ,* quasi

olim fuisset *ὑπακούσας τὰ νεανιεύματα τινὰ αὐτοῦ* aut aliquid istiusmodi. *ὑπακούσας* etiam bonus et sincerus Cod. Harleianus. TAYLOR. *ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ*, aliquem, qui aure ad seras admota auscultasset ignoratus, quid Aeschines cum legatis Philippi clam ageret. REISK. F. *ἠτίμωσεν οὐχ ὑπακούσαντά τινα αὐτῷ κατηγορῶν. οὐχ ὑπακούσαντα αὐτῷ*, qui morem ei gerere noluerat. vel: *ἠτίμωσεν οὐχ ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ κατήγορον. κατήγορον* est in Herwagiana secunda. Timarchus accusationem in Aeschinem instituerat. SEAGER. *Diar. Classic.* LVI. pag. 254. Ne audias. Nec probanda Reiskii interpretatio huius participii, cuius sensum pulchre intellexit Marklandus citans p. 434, 16. Sic dudum intellexerat Ioach. Camerarius Comment. Utr. L. c. 231, 25., quem secutus est H. Stephanus Thes. c. 1749. B. Orator dicit, Timarchum non sponte sua, non *ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου*, non ut petulantem sycophantam, sed rogatum ab amicis invitatumque a bonis civibus ad accusandum Aeschinem prodiisse. SCHAEFER.

P. 423. v. 17. *τινα*] *τιν'* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 18. *κατηγορῶν*] Vulg. *κατήγορον.* Correxi *κατηγορῶν* de meo. *per accusationem suam hoc effecit, ut is infamia notaretur.* REISK. Recte *κατήγορον* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 18. *διὰ τί;*] Absunt haec ab August. secundo. REISK.

P. 423. v. 20. *ἠδίκησε*] *ἠδίκηκε* Bavaricus. *ἥμαρτε* Paris. quartus. REISK. *ἠδίκηκε* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 20. *ἀλλὰ καὶ*] Quid quod —. vel: Non solum autem hoc ausus est, sed etiam istud —. REISK. Recurrit mox v. 25. SCHAEFER.

P. 423. v. 21. *καὶ πάλιν κ. τ. λ.*] Supra: *βοῶντα ἐν Πειραιεῖ, ὡς εἰσαγγελεῖ με καὶ γράψεται, καὶ ἰοὺ, ἰού.* Verba sic ordino: *ἠπείλει ἐν τῷ δήμῳ* (*ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*) *ἀποίσειν γραφὰς* (s. *πρὸς τὸν ἄρχοντα καὶ τοὺς θεσμοθέτας κατ' ἐμοῦ*) *καὶ τοιαῦτα* (s. *ἠπείλει*). WOLF. Punge igitur post *δήμῳ*, ut sit *κατηγορῶν ἐκείνου, καὶ πάλιν ἐν τῷ δήμῳ, γραφὰς ἀποίσειν — ἠπείλει. et in curia, et in concione.* Infra p. 436, 14. *ποῦ τούτων ἕκαστος ἐπρώτευεν; ἐν τῷ δήμῳ. ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐδείς πω κ. τ. λ.* TAYLOR. Recte Wolfius: sed non propterea cum Tayloro interpungendum. SCHAEF.

P. 423. v. 22. *ἠπείλει*] *ἀπείλει* (sic) Aldina Taylori. REISK.

P. 423. v. 22. *διὰ τί;*] *ἵνα τί;* Aldina Taylori. REISK. *ἵνα τί;* Bekker. Perplacet: suspicorque etiam v. 18. *διὰ τί;* mutandum esse in *ἵνα τί;* SCHAEFER.

P. 423. v. 23. *ὑμῶν*] Potius *ὑμῖν*, ut margo Benenati et Cod. Aug. TAYLOR. *γρ. ὑμῖν* margo Lutetianae sine auctoritate, August. primus et secundus. Quod praefert Taylorus. Ego equidem nil interesse existimo. REISK.

P. 423. v. 23. *πονηρεύματα*] *πονηρεύματ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 23. *ἀκριβέστατα*] Malim *ἀκριβέστατον*. JURIN. *ἀκριβῶς* Paris. primus, quartus, quintus, septimus, August. primus. REISK. Iurinum fugit ratio adverbia flectendi per gradus. Scilicet, ut hoc ipso utar exemplo, Graeci dicunt *ἀκριβῶς*, *ἀκριβέστερον*, *ἀκριβέστατα*: non *ἀκριβέστερα*, neque *ἀκριβέστατον*. Causam discriminis, quod usu nititur scriptorum, ignoro: gratumque faciet qui me docebit. SCHAEFER.

P. 423. v. 25. *παρηκολουθηκὼς ἅπασι*] Frigide Wolfius interpretari videtur: *omnia comperta habeo*. Neque multo felicius caeteri. H. Stephanus Thes. L. Gr. T. I. c. 282. exquisitius de eo, qui rerum cognitionem studiose persecutus est, ita ut eam sit consecutus. Ita de Cor. p. 285, 22. *παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξαρχῆς καὶ συλλελογισμένον ὀρθῶς*. Vide, quae protulit vir ille doctissimus, et quam pulchre consonat locus ille d. Lucae ab illo non praeteritus I. 3. *ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς* —. Neque tamen interpretibus id vitio verti, quasi mentem auctoris non omnino attigerint, sed quod vim et emphasin non adeo dilucide expresserint. TAYLOR.

P. 423. v. 25. *διακρουόμενος*] *ἀντὶ τοῦ διακρουσάμενος εἰσελθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον*. WOLF. *διακρουσάμενος* Paris. septimus, quod malim. REISK. Praestat imperfectum. Aeschines *διεκρούετο* (non *διεκρούσατο*) *ἅπαντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον*. SCHAEF.

P. 423. v. 26. *ἅπαντα*] *πάντα* Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 26. *ἔμπροσθεν*] Bekkerus: „*ἔμπροσθε* Y." SCHAEF.

P. 423. v. 27. *τῶν ἐπιόντων*] *τῶν μελλόντων καὶ προσδοκωμένων κινδύνων καὶ συμφορῶν*. WOLF.

P. 423. v. 28. *ἀθῷον*] *ἀθῷον* Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 423. v. 28. *αἰεὶ μὲν γὰρ — ἐπιμελείας δεόμενον.*] Citat Dionysius Halicarn. T. VI. p. 996. R. SCHAEFER.

P. 423. v. 28. *αἰεὶ*] *ἀεὶ* Bekker. Et sic Dionysius. SCHAEFER.

P. 424. v. 2. *προδότας καὶ*] Absunt a Paris. septimo, August. primo. REISK.

P. 424. v. 2. *ἐπὶ καιροῦ τοῦτο*] *ἐπὶ τοῦ καιροῦ τούτου* Dionysius Halicarn. p. 171. REISK.

P. 424. v. 3. *ὠφελήσειεν*] *ὠφελήσει* August. secundus. REISK.

P. 424. v. 3. *ἀνθρώπους*] Abest ab August. primo. REISK.

P. 424. v. 3. *νόσημα γὰρ κ. τ. λ.*] *Iam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu? Νόσημα γὰρ* —. Plinius IX. Epist. 26. TAYLOR. Celeberrimus et a multis citatus locus, ut a Demetrio Phalereo pag. 161. §. 296. Hermogene cap. *περὶ ἀκμῆς* p. 263. Aristide de D. C. p. 192. et 274., ubi sic e memoria recitat: *νόσημα δεινὸν καὶ χαλεπὸν καὶ φυλακῆς πολλῆς καὶ τῆς παρ'*

ὑμῶν ἐπανορθώσεως δεόμενον. REISK. Conf. not. ad pag. 361, 18. SCHAEFER.

P. 424. v. 4. δεινὸν] Deerat in Aldo, neque excudit Wolfius. Restitui e caeteris. TAYLOR. Bekkerus: „δεινὸν] νόσημα δεινὸν γρ. S.“ Satis placet. Tales repetitiones, multum illae augentes gravitatem orationis, saepius omissae sunt a librariis. SCHAEFER.

P. 424. v. 5. καὶ] καὶ secundi loco dat Dionysius ὃ. REISK.

P. 424. v. 5. εὐτυχίας] Arridere potest εὐλαβείας, ut modo de eadem re scribitur p. 425, 4. ταῦτα, νὴ τὴν Δήμητρα — εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται. Sed Hermogenes περὶ ἀκμῆς, ubi hunc locum laudat, diserte habet εὐτυχίας. Dionysius interea Halicarn., qui pariter citat de admir. vi dicendi in Demosth. §. 14., habet συντυχίας. Stet igitur vulgata lectio. *ad remp. servandam opus est cum fortunae auxilio tum providentia vestra.* Ita Etruscus: *d'una divina gratia e della vostra diligenza ha di bisogno.* TAYLOR.

P. 424. v. 5. παρ' ὑμῶν ἐπιμελείας] Vulg. τῆς παρ' ὑμῶν ἐπιμελείας. Articulus abest ab August. primo et secundo, item Dionysio. Sustuli. REISK. Additus mihi quidem non displicet. SCHAEFER.

P. 424. v. 8. οἱ δυστυχεῖς] Sic positum οἱ δείλαιοι p. 425, 13. SCHAEFER.

P. 424. v. 8. ἐπάγονται δουλείαν] 2. Petr. II. 1. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. MARKLAND.

P. 424. v. 10. Φιλίππου] [Φιλίππῳ.] Forte Φιλίππου. WOLF. Φιλίππῳ editi omnes cum Harleiano. In paucissimis MSS. Φιλίππου, quod tamen debuit legi. TAYLOR. Vulg. Φιλίππῳ. Φιλίππου Paris. septimus, August. primus et secundus. Correxi Φιλίππου. REISK.

P. 424. v. 10. φιλίαν — ἑταιρίαν] ξενίαν καὶ ἑταιρίαν καὶ φιλίαν Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 10. τὰ τοιαῦθ'] [τοιαῦθ'.] τὰ τοιαῦθ'. MARKLAND. Uti habent Parisienses et Suidas. TAYLOR. τὰ abest a Bavarico, Aldina, Paulina, Wolfiana. REISK. Habet etiam Photius c. 460. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 10. ὑποκοριζόμενοι] τουτέστιν, ἀντὶ προδοσίας ξενίαν εὐφημοτέρως ὀνομάζοντες. WOLF. Suidas: Ὑποκοριζόμενοι —. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐχρήσατο τῇ λέξει ἐπὶ τοῦ εὐφημοῦντες καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες. λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας· αὐθαίρετον αὐτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, Φιλίππου ξενίαν καὶ ἑταιρείαν καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποκοριζόμενοι. ὑποκρινόμενοι Harl. Sed perperam. Nemo ex interpretibus haec probe intellexit. *Quam serviunt* servitutem *illiberalem, blando nomine dissimulant: vocant enim* amicitiam *cum Philippo initam.* Ea est vis τοῦ ὑποκορίζεσθαι atque ea mens huius commatis. TAYLOR. Non ἀντὶ προδοσίας, ut Wolfius, sed ἀντὶ δουλείας. V. Etymol. M. c. 782, 35. Photius l. c. Scholiastes Platonis p. 156. Ruhnk. p. 401. Bekk. et

Zonaras c. 1784., qui omnes hunc locum vel citant vel respiciunt. Simul discas e Scholiasta Platonico Zonaraque, quam habeat originem perversa Codicis Harleiani scriptura ὑποκρινόμενοι. SCHAEFER.

P. 424. v. 11. τὰ κύρια] οἱ τὸ κῦρος καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, οἱ ἄρχοντες, οἱ ἐν τέλει. Intelligo haec de variis appellationibus magistratuum in aliis atque aliis civitatibus. WOLF. Wolfius: *magistratus singularum urbium*. Potius: *ii, quicunque sint, penes quos est summa potestas in singulis urbibus:* scilicet populus in democratia, in aristocratia nobiles. HURIN. Recte omnino et feliciter vir, dum viveret, mihi amicissimus. Τὸ κῦρος non significat magistratus sive τοὺς ἐν τέλει, sed, quod nos emphatice in lingua Anglicana, *the constitution.* Eo modo intelligendi distinguit scriptor noster in hoc loco inter τοὺς γνωριμωτάτους, τοὺς προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιουμένους, *eos, qui remp. administrant*, et τὰ κύρια — ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, sive *remp. ipsam.* Dilucida haec omnia et distincta. Verum interea quinam sint illi λοιποὶ paulo ante eod. v. 11., qui tam odiose se his rebus admiscent et conturbant omnia, quae enarravimus, et quorum ope tam bellam versionem nobis procudit Wolfius? scilicet: *ii, in quos collata est reip. auctoritas, — caeteri autem et magistratus singularum urbium.* Non potuit optare, non ausus est, ut, qui graece nescivere, existimarent, oratorum principem tam futilia, tam inania, tam insulsa blaterasse. Quid ergo? Pro οἱ λοιποὶ omnino restituas οἱ πολλοί. Ex iis enim constituta erat resp. Atheniensis. Et benigne sane nobiscum actum est, quod haec mea divinatio praesidium quoddam nacta esse videretur ab auctore nostro exeunte hac oratione, scilic. pag. 450, 24., ubi legimus ἡμῖν τοῖς πολλοῖς καὶ πάντων κυρίοις. Parem omnino huic prae manibus locum habemus pag. 425. ult., ubi Lasthenes et Euthycrates erant οἱ προεστηκότες, οἱ ὑπὲρ ἄλλων λέγοντες, et sequitur deinde pag. 426, 4. οἱ δὲ πολλοὶ — οὐχ ὅπως ὠργίζοντο. Similiter in oratione de corona pag. 240, 27. αἱ μὲν πόλεις ἐνόσουν, τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων —, τῶν δὲ ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν κ. τ. λ. Iterum pag. 241, 6. συμβέβηκε τοῖς μὲν πλήθεσιν — τὴν ἐλευθερίαν ἀπολωλεκέναι, τοῖς δὲ προεστηκόσι κ. τ. λ. Ita noster Philippic. II. pag. 71, 22. φυλακτήριον — τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους. Ita Aeschines c. Ctesiph. pag. 525, 14. λέγει γάρ που παιδεύων τὰ πλήθη καὶ συμβουλεύων ταῖς πόλεσι τοὺς πονηροὺς τῶν δημαγωγῶν μὴ προσδέχεσθαι. Et antea p. 454, 9. εἴ τινες προσέχοιεν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ. Scriptores enim antiqui indifferenter eam remp. designant sive per τοὺς πολλοὺς sive per τὸ πλῆθος. Ita Lysias c. Agorat. pag. 454, 7. αἰσθόμενοι ἐκ τοῦ τρόπου τούτου τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταλυθησόμενον. Add. p. 411. 412. 447. 451. 599. etc. Etiam latini scriptores, ut id obiter admoneam, praesertim si atticissant, ita rem describere solent. *Non idem ipsis,* qui summas imperii tenerent, *expedire et* multitudini.

Cornel. Nep. in Miltiade §. 3. Loquitur enim ibi Histiaeus de tyrannis, quos in unaquaque civitate constituerat Darius (in quo numero et ipse fuit), et de iis civitatibus, quae populari forma uterentur remp. administrandi. Aliud porro et insigne exemplum habemus in eodem auctore. Accidit, ut Athenis duae essent factiones, quarum una populi causam agebat, altera optimatium. In hac erat Phocio. *In quem*, ait Cornelius noster, *tantum fuit odium* multitudinis, *ut nemo ausus sit eum sepelire.* Quid? Cave, ut vocem istam *multitudinis* de maiore, sed de altera parte interpreteris. Ut redeam iam ad Demosthenem, quis non fatebitur, istas sordes fuisse a me feliciter expurgatas? *οἱ προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιούμενοι* — et deinde *οἱ πολλοὶ*, id est, *τὸ πλῆθος* sive *τὸ κῦρος*. Verum, quia unaquaeque civitas non eadem forma utatur imperii, subiicit: *καὶ τὰ κύρια, ἅττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων*. Harpocratio vocem *ἅττα* illustrans ait sumtam esse in hac oratione Demosthenis pro *ὅσα*. Potius pro *οἷα*, si hic sit locus. Nam et occurrit pag. 438, 24. Modo melius *ἑκάστῃ τῶν πόλεων* (sine praepositione), uti habet MS. Reg. *δ*. TAYLOR. *Πλῆθος spoken of a few.* Lysiae or. funebr. v. Demosth. or. 2. c. Aristogiton. initio. *Magnus multitudini timor iniectus.* Corn. Nep. Alcib. c. 3. TAYLOR. *in Schedis.* Ad *τὰ κύρια* subaudi *τέλη*, *ordines*, *penes quos summa rerum est.* REISK. Idem Ind. Graecit. p. 320.: „scilicet *μέρη τῆς πολιτείας*.“ Nihil subaudiendum: nam *τὰ κύρια* ipsum per se est i. q. *τὰ τέλη*. Bene H. Stephanus Thes. c. 5478. A.: „Capita civitatis, Qui summam reip. in manibus habent.“ Nec *λοιποὶ* cum Tayloro mutandum est. *reliqui cives*, scilicet praeter *τοὺς γνωριμωτάτους καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιουμένους*. SCHAEFER.

P. 424. v. 11. *κύρια*] *κύρι'* Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 11. *ἐν*] Abest a Paris. quarto. REISK.

P. 424. v. 12. *οὓς* — *κολάζειν*] *quos* (reliquos cives et magistratus) *oportebat in hos* (proditores patriae) *animadvertere.* REISK.

P. 424. v. 12. *ἀποκτιννύναι*] *ἀποδεικνύναι* Paris. septimus. REISK.

P. 424. v. 15. *τοσοῦτον*] *τοσοῦτ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 15. *τοιοῦτόν*] Bekkerus: „*τοιοῦτό* k. s.“ SCHAEFER.

P. 424. v. 16. *βούλοιτ'*] *βούλοιντ'* Bavaricus et Aldina Taylori. Non male. REISK. *βούλοιντ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 17. *τουτὶ*] *τοῦτο* Paris. primus, August. primus et secundus. REISK. *τοῦτο* Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 18. *μέχρι — πρώην*] *ἐπ' ὀλίγον χρόνον.* WOLF. Fallitur. Rectius intellexit Reiskius, cuius v. not. sequ. SCHAEFER.

P. 424. v. 18. *μέχρι — παραιρεῖται*] Sententia est: Hactenus quidem principatu solummodo privati fuerant Thessali, libertate

tamen adhucdum gaudebant; iam vero etiam hac spoliati sunt. REISK.

P. 424. v. 18. μέχρι μὲν ἐχθὲς] μέχρι χθὲς (sine μὲν) August secundus. REISK.

P. 424. v. 18. καὶ] ἢ Bekker. Conf. p. 270, 22. SCHAEFER.

P. 424. v. 18. πρώην] πρῴην Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 20. ἀπολωλέκει] γρ. ἀπολώλεκε margo Lutetianae, August. primus et secundus. REISK. Bekkerus: „ἀπωλωλέκει F. Y." V. not. ad p. 242, 10. SCHAEFER.

P. 424. v. 21. παραιρεῖται] παραιτεῖται Paris. quartus. REISK.

P. 424. v. 21. αὐτῶν] Abest ab August. primo. REISK.

P. 424. v. 22. εἰς Πελοπόννησον δ' εἰσελθὸν κ. τ. λ.] V. Weiskius de Hyperb. II. p. 43. SCHAEFER.

P. 424. v. 23. καὶ τοσαύτης — ἀλλήλων ἄρχωσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 8. SCHAEFER.

P. 424. v. 23. μανίας καὶ παροινίας] [παρανομίας καὶ μανίας.] Post μανίας adiungit Benenatus καὶ παροινίας. Istud absurdum. Potuit quidem fuisse παρανοίας. Verum cum ita restituo, non lubenter in textum admitto. Video enim, in margine Parisinae τὸ παρανοίας adnotari (ex MSto quodam procul dubio) ut variam lectionem sive τοῦ παρανομίας, quod modo praecesserat, sive potius τοῦ μανίας. TAYLOR. Vulg. παρανομίας καὶ μανίας καὶ παροινίας. Pro primo vocabulo dat Parisinae margo, tacito auctore, qui nescio an Lambinus sit, παρανοίας. Duo prima vocabula desunt August. primo et secundo. Pro παροινίας dant iidem duo παρανοίας. Vocabula duo postrema, καὶ παροινίας, plane absunt a Bavarico, Ald. et P. Manut. Omisi παρανομίας καὶ, cum pareret παρανομίας esse variam lectionem insequentis vocabuli παροινίας, sive mavis παρανοίας: nil enim refert. REISK. τοσαύτης παροινίας καὶ μανίας ἐνέπλησε Anecd. Bekk. l. c. τ. παρανοίας καὶ μανίας ἐ. Bekker. Quod verum puto: παροινία enim rei tam atroci parum convenit. SCHAEFER.

P. 424. v. 26. αὐτῶν] [αὑτῶν.] Corrige αὐτῶν. MARKLAND. αὐτῶν Reisk. αὑτῶν etiam Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 28. καὶ νῦν Ἀρκάδων πολλοὶ κ. τ. λ.] V. Valckenarius Diatr. de Phil. Maced. p. 277. SCHAEFER.

P. 424. v. 29. ὁμοίως] ὥσπερ Paris. quintus. REISK.

P. 424. v. 30. τῶν] Abest a Bavarico, Ald. et P. Manut. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 30. ἁπάντων] πάντων Bekker. SCHAEFER.

P. 424. v. 30. ὑμεῖς — κἀκεῖνοι] S. οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Ἀρκάδες. Suidas addit Αἰγινήτας καὶ Θηβαίους (sic enim lego, non Ἀθηναῖοι,) et eam adfert causam, quod vel terram ante igna-

vam excoluerint, vel non aliunde advenerint. WOLF. Bene. Diximus ad pag. 489, 10. TAYLOR.

P. 425. v. 1. ἱστᾶσι] ἱστῶσι Paris. secundus. REISK.

P. 425. v. 1. στεφανοῦσι] Post h. v. Reisk. plene interpunxit, iure improbante Weiskio de Hyperb. II. p. 39. SCHAEFER.

P. 425. v. 2. ταῖς πόλεσιν] F. ἐν ταῖς πόλεσιν. MARKLAND. Praepositione facile caremus. SCHAEFER.

P. 425. v. 3. Ἀργεῖοι] Malim καὶ Ἀργεῖοι. *etiam Argivi*, scilicet agitant. REISK. Particulam quis requirat, cum additum sit ταὐτά? SCHAEFER.

P. 425. v. 3. ταῦτα] Loco secundi ταῦτα est in August. primo ταὐτά, in secundo τὰ αὐτά. REISK.

P. 425. v. 3. μὰ] Vulg. νή. μὰ August. primus et secundus. Correxi μά. *non, per Cererem.* REISK. Recte νὴ Bekker. Enuntiatio enim est aiens, quodque in ea inest οὐ pertinet ad solum μικρᾶς. SCHAEFER.

P. 425. v. 3. Δήμητρα] Δήμητραν August. secundus, Bavaricus. V. ad p. 426, 21. REISK. Bekkerus: „δήμητραν Q. r." V. not. ad p. 37, 13. et Schweighäuserus varr. lect. ad Herodot. II. c. 123, 5. SCHAEFER.

P. 425. v. 5. ληρεῖν] λοιδορεῖν Paris. septimus. REISK.

P. 425. v. 5. ὡς] Tantumdem valet h. l. atque γὰρ vel ὅτι, *nam* vel *quoniam*. REISK.

P. 425. v. 6. δεῦρο] δεῦρ' Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 6. εἰσελήλυθεν] Mallem hanc vocem participii formam gessisse et τῷ βαδίζον ex aequo respondisse, utraque voce absolute sumta, ut solent Attici. TAYLOR. Tanti non est quaerere, utrum εἰσερχόμενον an εἰσεληλυθὸς voluerit: nam tota illa annotatione carere poteramus. εἰσελήλυθεν, in urbem nostram quoque. Modus verbi recte habet et indicativus praestat participio, si ὡς eo sensu, quo dixi et quo creberrime usurpatur, accipias. REISK. ἐλήλυθεν Bekker. Conf. p. 424, 22. et 27. SCHAEFER.

P. 425. v. 7. ἔστ'] ἔτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 8. σκοπεῖσθ'] Vulg. σκοπεῖτε. σκοπεῖσθ' August. primus. REISK. σκοπεῖθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 10. δόξῃ] δόξει Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 11. οὐχ ὁρᾶτε κ. τ. λ.] Citat h. l. Hermogenes p. 253. REISK.

P. 425. v. 11. καὶ σαφὲς] Desunt August. secundo. REISK.

P. 425. v. 13. τὸ τοιαῦτα] [τὸ τὰ τοιαῦτα.] τὰ τοιαῦτα editio Parisina. τὸ ταῦτα in margine. TAYLOR. Vulg. τὰ τοιαῦτα. τὸ ταῦτα margo Lutetianae. τὸ ταὐτὰ August. primus (non ταῦτα, quod Fabricius retulit). τὸ τοιαῦτα August. secundus. τὸ τὰ τοιαῦτα editio Wolfii et codex Bavaricus et margo Lessing. Correxi τὸ τοιαῦτα: redit enim τὸ ad ποιεῖν. REISK.

P. 425. v. 17. τῶν] Abest ab August. primo et secundo, Bavarico, Ald. P. Manut. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 17. πεντακισχιλίων] τετρακισχιλίων Paris. primus et quartus, August. primus et secundus: sed hic duobus divisis vocabulis τετράκις χιλίων, raro more scribendi. REISK.

P. 425. v. 20. αὐτοὺς] αὐτοῖς Paris. septimus. Unde videtur Wolfius sumsisse, quod in farragine affert, αὐτοῖς ἐπελθόντων, praepositione transposita et ad verbum adiuncta. REISK.

P. 425. v. 20. πολλῇ — δυνάμει] Vulg. πολλῇ ναυτικῇ καὶ πεζῇ δυνάμει. πολλῇ καὶ ναυτικῇ καὶ πεζῇ δυνάμει August. primus. πολλῇ καὶ πεζῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει Aldina Taylori seu Venetus, Bavaricus, August. secundus. καὶ πεζῇ καὶ ναυτικῇ πολλῇ δυνάμει Aldus. REISK. πολλῇ καὶ πεζῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 20. πεζῇ] V. Thomas Mag. p. 697. SCHAEFER.

P. 425. v. 24. ἀπώλεσαν] ἀπολώλεσαν Paris. quartus. REISK.

P. 425. v. 26. ἠβούλοντο] ἐβούλοντο August. secundus, margo Lutetianae, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK.

P. 425. v. 27. ἀβελτηρίαν] ἀβελτερίαν Bekker. SCHAEFER.

P. 425. v. 28. αὑτῶν] αὐτῶν. MARKLAND. Vulg. αὐτῶν. αὐτῶν cum leni Bavaricus. Sed cum aspero mavult Marklandus. Ego cum leni malim. REISK. Edidit αὐτῶν, quod mutavi. αὑτῶν Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 1. Λασθένης μὲν ἤρεψε κ. τ. λ.] Plutarchus de Garrulitate: Εὐθυκράτης μὲν οὖν ἤρεψε τὴν οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας ξύλοις, ὥς φησι Δημοσθένης, Φιλοκράτης δὲ χρυσίον πολὺ λαβὼν πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, Εὐφόρβῳ δὲ καὶ Φιλάγρῳ τοῖς Ἐρετρίαν προδοῦσι χώραν ὁ βασιλεὺς ἔδωκε. TAYLOR.

P. 426. v. 1. ἤρεψε] ἐστέγασε Reg. β. TAYLOR. Quod est scholium. REISK. Hesychius T. I. c. 1425. Ἔρεψα. — ἐστέγασα. SCHAEFER.

P. 426. v. 2. δοθεῖσι] Haereo de hac voce, non solummodo quod apud Plutarchum non appareat, sed quod otiosa est vel potius importuna. Dedit curiosus aliquis adnotator, qui lectorem admonere voluit, Lasthenem largitione Philippi esse corruptum, cum potuit aliquis citra culpam domum suam exstruere vel reficere ex lignis vel materia Macedonica: et idcirco observat, eam non solum a Macedonia esse asportatam, verum etiam dono datam. Eam cautelam a Demosthene non utique exspectabant eius auditores. Ergo vocem elimino. TAYLOR. Innocentissimae voci, quam omnes libri tuentur, nemo non parcet. SCHAEFER.

P. 426. v. 2. Εὐθυκράτης] Ἰφικράτης August. secundus. REISK.

P. 426. v. 2. τιμὴν οὐδενὶ δοὺς] Id est, gratis acceptos, dono datos a Macedonibus. MARKLAND.

P. 426. v. 5. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 6. ἀπέβλεπον] ἐπέβλεπον August. secundus. REISK. I. q. ἐθαύμαζον. V. Anecd. Bekk. p. 425, 28. SCHAEFER.

P. 426. v. 7. ἐπειδὴ δὲ] [ἐπειδή.] Forte addendum δὴ vel γοῦν vel τοίνυν propter prolixitatem periodi. WOLF. Immo cum Aug. Cod. ἐπεὶ δέ. TAYLOR. Vulg. ἐπειδή. ἐπεὶ δὲ August. primus. Addidi δέ. REISK.

P. 426. v. 8. προήγετο] Num praestet προῆγε legi in activo, in medio relinquam. REISK.

P. 426. v. 8. χιλίους μὲν ἱππέας κεκτημένοι κ. τ. λ.] Observes ἀνακολουθίαν huius sententiae: χιλίους μὲν ἱππέας κεκτημένοι, πλείους δὲ ὄντες ἢ μύριοι — αὐδὲν οὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι. Vis et spiritus oratoris grammaticam prostravit. TAYLOR. Annotatio de melioribus Angli. Longe diversa ratio multorum in scriptoribus cadentis Graecitatis anacoluthorum, quae non vis et spiritus, sed absurda classicorum imitatio peperit. SCHAEFER.

P. 426. v. 10. μυρίοις δὲ ξένοις κ. τ. λ.] V. Apparat. T. I. p. 153. SCHAEFER.

P. 426. v. 11. τῶν πολιτῶν] Subaudi τῶν ἡμετέρων, civium nostrorum Atheniensium. REISK. Nulla hic ellipsis: cum enim solenniter inter se opponantur οἱ ξένοι et αἱ πολιτικαὶ δυνάμεις, nihil in huiusmodi locutionibus est ambiguitatis. SCHAEFER.

P. 426. v. 12. ἠδυνήθη] ἐδεήθη Paris. quartus. REISK.

P. 426. v. 12. μὲν] Abest a P. Manut. REISK. Male abest. Particula habet δύναμιν περιοριστικὴν significatque ad tantam rerum conversionem ne annuo quidem spatio opus fuisse. SCHAEFER.

P. 426. v. 13. τοῦ] Abest a P. Manut. REISK.

P. 426. v. 15. οἱ προδιδόντες] F. glossa. MARKLAND. Id quoque credo. Hoc non potuit a Demosthene proficisci, scilic. τὰς πόλεις ἀπολωλέκεσαν — οἱ προδιδόντες, καὶ Φίλιππος οὐκ ἔτ' εἶχεν ὑπακούειν τοῖς προδιδοῦσιν. Et glossam esse puto istorum verborum, οἱ ταῦτα ποιοῦντες, quae occurrunt infra v. 20. Neque me magnopere afficit, quod haec duo adeo locis essent disiuncta. Solet hoc fieri. TAYLOR. Non assentior. Tales repetitiones tantum abest ut onerent orationem, ut eius vim augeant. Orator toto hoc loco de pernicie Olynthiis per proditionem allata loquens nomen proditorum aptissime ingeminat, quo magis persuadeat auditoribus omnia facienda esse, ne in eandem ipsi perniciem incidant. SCHAEFER.

P. 426. v. 15. Φίλιππος — λάβῃ] Sententia est: non iam sufficiebat Philippus proditoribus tam dense crebriterque sese ingerentibus atque eum ad se vocantibus, ut, cui primo satisfaceret, nesciret, neque tam cito accurrere atque occupare oblata posset, atque illi offerrent. REISK.

P. 426. v. 15. οὐκ ἔτ'] οὐκέτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 15. *οὐκ ἔτ' εἶχεν ὑπακούειν*] Non placet *οὐκ ἔτ' εἶχεν* — *οὐδ' εἶχεν κ. τ. λ.* Iam *οὐχ ὑπεῖχεν ὑπακούων* Cod. Aug. Neque id placebat collatori, S. Fabricio. *ὑπακούων* etiam Reg. δ. Ven. Ask. et Obsop. *ἀκούων* Ital. Sed nihil has salebras complanat. TAYLOR. Pro infinitivo *ὑπακούειν* participium *ὑπακούων* dat Paris. quartus. *οὐχ ὑπεῖχεν ὑπακούων* August. primus, quod negat Fabricius seu Wolfius sibi placere. *ὑπακούων* etiam Aldina Taylori. REISK. Nihil hic video salebrarum. SCHAEFER.

P. 426. v. 16. *εἶχεν*] *εἶχον* Paris. sextus. REISK.

P. 426. v. 16. *λάβῃ*] *λάβοι* August. secundus. REISK. Coniunctivus recte habet. V. annotat. ad calcem Partis I. Herodoti Reiziani. — Post h. v. plene interpunxerunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 17. *ἡγεμόνων*] *ἡγουμένων* P. Manutius in texto, vulgata in indicem reiecta. REISK. *ἡγουμένων* Bekker. e duobus libris notae melioris. SCHAEFER.

P. 426. v. 18. *ὁ Φίλιππος*] Iterum glossam sapit. Ecce enim in una periodo: *Φίλιππος οὐκ ἔτ' εἶχεν* — *πεντακοσίους δ' ἱππέας* — *ἔλαβεν αὐτοῖς ὅπλοις ὁ Φίλιππος.* An potuit inhonestius scribi? An ab omni, non dicam elegantia, verum a castitate sermonis alienius? TAYLOR. Hic quoque rigidus censor paratragoediat. Iam sane non mirum Tayloro hanc orationem scholiis quisquiliisque scatere visam esse. SCHAEFER.

P. 426. v. 18. *ὅσους* — *ἀνθρώπων*] Hoc ne quis miretur, meminerit Graecorum copias illis temporibus valuisse peditatu, non item equitatu. SCHAEFER.

P. 426. v. 20. *ἀνθρώπων*] Post h. v. plene interpunxerunt Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 21. *πατρίδα*] *πατρίδαν* August. secundus. V. ad p. 425, 3. REISK. Haec quidem Reiskius componere non debebat. SCHAEFER.

P. 426. v. 21. *ἐφ' ἧς*] Sic corrigunt annotator Weimaranus et Wolfius in annotatt. vitiosum *ἐφ' οἷς*, quod est in Aldina. REISK. Item in duobus Codd. Bekk. SCHAEFER.

P. 426. v. 21. *ἕστασαν*] *ἔστησαν* lege. WOLF. Sed idem valet vulgata. SCHAEFER.

P. 426. v. 22. *τοῖς*] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 24. *ὑμᾶς*] *ὑμᾶς* secundum abest ab August. primo. REISK.

P. 426. v. 26. *τῶν*] Cod. δ. pro *τῶν* habet *τοὺς*. Ego utrumque amplector. TAYLOR. *τοὺς* Paris. quartus. Videtur ille utrumque copulatum dedisse. REISK.

P. 426. v. 27. *προδόντων*] *γρ. προδιδόντων* margo Lutetianae. REISK.

P. 426. v. 27. *ἐψηφίσασθε*] Scribe *ψηφίσαισθε.* MARKLAND. Hoc si libri haberent, mutandum esset in *ἐψηφίσασθε.* Reapse enim Athenienses talia *ἐψηφίσαντο* ipsumque *ψήφισμα* Orator statim iubet recitari. Scilicet, quod Marklandus aut ignorabat aut non meminerat, particula conditionalis *εἰ* in una eademque periodo recte iungitur et indicativo et optativo, sed magno sensus discrimine: quippe indicativus significat rem factam, optativus rem quae sub conditione fieri possit. Confer simillimum Platonis locum, de quo scripsi Melet. Crit. p. 111. SCHAEFER.

P. 426. v. 28. *οὖν*] Abest a Bavarico et Aldina Taylori. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 426. v. 29. *μοι*] Abest a Bavarico, Ald. et P. Manut. REISK.

P. 427. v. 2. *ἄνδρες δικασταὶ*] *Ἀθηναῖοι* Paris. quartus. REISK.

P. 427. v. 3. *τε*] Abest ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 3. *ἐψηφίσθαι*] *ψηφίσασθαι* Paris. quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 427. v. 7. *ἴδητε*] *εἰδῆτε* margo Lutetianae. REISK.

P. 427. v. 8. *εἶναι*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 427. v. 8. *εἰ δὲ ὁ μὲν καιροὺς κ. τ. λ.*] Legendum arbitror: *εἰ δὲ ὁ μὲν καιροὺς, ὁ δὲ πράγματα, ὁ δὲ στρατιώτας προδίδωσι, καὶ ὧν ἂν ἕκαστος αὐτῶν, οἶμαι, κύριος γίγνηται, ταῦτα διαφθείρει, μισεῖν δὴ ὁμοίως τοὺς τοιούτους ἅπαντας προσήκει.* Et sic mecum verte: *Quod si hic opportunitates, ille negotia, tertius milites prodit, et, ut uno verbo complectar, cuicunque res aliquae fuerint commissae, eas utique perdat, omnes demum istiusmodi pari odio digni esse censeantur.* Hic tacitus discedit Wolfius ab omnibus exemplaribus, ubi *ἕκαστος ὑμῶν* universe. *) TAYLOR. Fallitur. Sensus: ut res diversae sint, quas proditores perdunt, aliae maioris, minoris aliae momenti, tamen omnes isti proditores eodem sunt odio prosequendi. SCHAEFER.

P. 427. v. 10. *μὲν*] Addidi de meo. REISK. Recte delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 10. *ἕκαστος*] Vulg. *ἕκαστος ὑμῶν. ὑμῶν* abest ab August. primo et secundo. Sustuli. REISK. In textum revocavit Bekker. Mihi videtur melius abesse. SCHAEFER.

P. 427. v. 11. *γένηται*] Vulg. *γίγνηται. γένηται* Paris. quartus, August. primus, secundus, margo Bavarici, P. Manut. Praetuli *γένηται.* REISK.

P. 427. v. 11. *ταῦτα διαφθείρει*] Cod. Reg. ε. *ταῦτα καὶ*

---

*) Cur tamen propagat errores Taylorus? cur recoquit ipse videns et arguens? REISK.

προδίδωσι καὶ διαφθείρει. TAYLOR. *ταῦτα προδίδωσι καὶ διαφθείρει* August. secundus. Ad *ταῦτα διαφθείρει* subaudi *μόνα.* nihil quidem aliud corrumpit, h. e. hosti prodit, praeter illam copiarum et opum particulam, cui praefectus est, verumtamen nil ideo minus odio et abominatione dignus est, quam si totam remp. prodidisset: nam quem prodere partem haud pudet, is totum certo certius prodet, si possit. REISK. V. not. ad v. 8. SCHAEFER.

P. 427. v. 12. *ἅπαντας*] *πάντας* Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 13. *πάντων*] Omittunt Paris. quintus, August. primus et secundus. REISK.

P. 427. v. 13. *πάντων τῶν*] *τῶν πάντων* Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 13. *ἄλλων*] Deest Bavarico. REISK. Omisit Bekker. Mihi placet *μόνοις τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. εἴ τινες μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν* p. 475, 23. *μόνοι τῶν ἄλλων Βοιωτῶν* p. 1377, 13. *τὰς συμφορὰς βεβαίας τούτοις μόνοις τῶν ἄλλων μένειν* p. 1480, 7. Alia dedi in H. Stephani Thesauro c. 1841. C. SCHAEFER.

P. 427. v. 15. *καὶ γὰρ*] Absunt a Bavarico, Ald. P. Manut. Sed addit Aldina Taylori et margo Lessing. REISK.

P. 427. v. 15. *στρατείας*] *στρατιὰς* margo Parisinae. REISK.

P. 427. v. 16. *ἐν τοῖς — καιροῖς*] [*συμβαίνει καιρός.*] S. *μιμεῖσθαι.* Hunc locum videtur imitatus Cicero I. de Offic., ubi de imitatione parentum agit. *Si*, inquit, *non poterit sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere, illa tamen praestabit, quae erunt in ipsius potestate, iustitiam, liberalitatem, fidem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur.* WOLF. Scilicet *καιρὸς* [*τοῦ μιμεῖσθαι*] *τὰς μάχας* etc. Quod infinitivum subintelligendum est ex *τῷ μιμεῖσθαι* ad finem sententiae, si haec integra sint. MARKLAND. Acute haec, ut omnia, vir ingeniosissimus. Verum locum haud integrum ita restituunt MSti: *ἐν τοῖς νῦν συμβαίνει μιμεῖσθαι καιροῖς.* Ita disco ex margine Benenati et Altemps. Ita etiam Codd. Aug. Ven. Harl. Ital. TAYLOR. Vulg. *συμβαίνειν καιρός. ἐν τοῖς νῦν συμβαίνει μιμεῖσθαι καιροῖς* margo Lutetianae, August. primus et secundus. Bavaricus quoque dat *συμβαίνει* in indicativo. *ἐν τοῖς νῦν μιμεῖσθαι συμβαίνει καιροῖς* Aldina Taylori seu Venetus. Correxi *ἐν τοῖς νῦν συμβαίνει μιμεῖσθαι καιροῖς.* REISK. *συμβαίνει καιρὸς* Bekker. Quod Wolfius et Marklandus recte interpretantur. SCHAEFER.

P. 427. v. 17. *ἀλλ' ἄγεθ' ἡσυχίαν*] *ἀλλ' εἰ ἄγετε ἡσυχίαν.* WOLF.

P. 427. v. 21. *ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ*] Quicquid statuatur de hoc textu, dubio sane atque, ut videtur, infecto, nemo integrae mentis absolverit mirabilem istam conversionem: *pari spatio temporis.* Sed locus sine dubio est contaminatus. Nonnihil proficimus sublata

voce *χρόνῳ*. *vos nunc in deliberationibus aequalem partem reip. sustinentes ac illi militantes.* Pene videor tenere mentem auctoris. TAYLOR. quo quis temporis spatio male consulendo r e p. perdat, eodem recte suadendo servet. bonis et salutaribus inveniendis consiliis nihilo plus temporis operaeve opus est quam pestiferis excogitandis. REISK. Vere Reiskius: Anglus autem hic etiam crepans textus corruptionem tam turpiter lapsus est, ut turpius non potuerit. SCHAEFER.

P. 427. v. 22. *γιγνώσκῃ*] *γιγνώσκειν* Aldina Taylori. REISK.

P. 427. v. 23. *ψηφίζηται*] Recte. Male editur a Parisiensibus *ψηφίζεται*. TAYLOR. Vulg. *ψηφίζεται*. *ψηφίζηται* Bavaricus, August. primus et secundus, Ald. P. Manut. Wolf. Et sic correxi. REISK.

P. 427. v. 25. *φαυλότερά*] Bekkerus: „*φλαυρότερα* r." V. Ind. Graecit. p. 527. et Photius c. 474. SCHAEFER.

P. 427. v. 25. *τε καὶ*] Vulg. *καὶ*. *τε καὶ* Bavaricus, Aldina Taylori. Addidi *τε*. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 28. *τοῖς*] Abest ab August. primo. REISK. Omissum equidem non requiram. SCHAEFER.

P. 427. v. 29. *ὑμῶν*] Abest a Bavarico et Aldina. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 427. v. 29. *λέγε ταῦτα*] Absunt a Paris. quarto, August. primo. Solum pronomen abest ab August. secundo et Bavarico. *ταῦτα* etiam punctis subnotatum habet Aldina Taylori. REISK. Pronomen omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 1. *ΣΤΗΛΗ.*] [*Γράμματα ἐκλογῆς.*] Qui sit delectus iste, me ignorare fateor. WOLF. An *Γραμμάτων ἐκλογή*? MARKLAND. Lege omnino *Γράμματα ἐκ στήλης*, ut annotatum est in margine Benenati. Leges, plebiscita, foedera, omnia denique cuiuscunque generis monumenta fuisse apud antiquos columnis lapideis, aereis ligneisve exarata, nemo est, qui ignorat. *Leges.* *Ἀνάγνωθι*, inquit Lysias Orat. I. p. 31, 11. *δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.* Ita Demosthenes c. Neaer. p. 1370, 25. *τοῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ — καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν.* Adde p. 1381, 10. Ita Andocides Orat. I. p. 12. edit. Steph. *ὁ δὲ νόμος τί κελεύει, ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου;* Atque hinc loco Lysiae deploratissimo, sc. Orat. c. Nicomachum p. 852. ult., si memineris, mi lector, aut ea res te ceperit, lux olim plenissima a me affusa. *Foedera* porro. Ita in Epistola Philippi p. 160, 21. *ἐγὼ δὲ τούτους οὔτε τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν οἶδα μετασχόντας ὑμῖν, οὐδ' ἐν ταῖς στήλαις ἀναγεγραμμένους.* Deinde Aeschines c. Ctesiph. p. 460, 3. *ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἑλλήνων ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγεγράφθαι μετ' Ἀθηναίων καὶ μετέχειν τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν.*

Harpocratio denique v. Ἀττικοῖς γράμμασι· Θεόπομπος ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐ τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. Postremo *obaeratorum* nomina, maxime autem *proscriptorum* (*relegatos* vocat iurisprudentia nostra) cippis et saxis frequenter cum titulo et causa condemnationis inscribi solebant. Isocrates in Orat. de Bigis: εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥστ' ἔπεισαν ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος καὶ στήλην ἀναγράφειν. Diodorus Siculus l. 16. ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε καὶ τὰ περὶ τῶν καταδίκων γράμματα. Unde factum est, ut στηλιτεύεσθαι idem esset ac *proscribi* et λόγοι στηλιτευτικοὶ apud antiquos pro invectivis passim haberentur. Cuiusmodi sunt Gregorii Nazianzeni Orationes duae adv. Iulianum. Istius posterior his verbis clauditur: αὕτη σοι παρ' ἡμῶν στήλη τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ὑψηλοτέρα τε καὶ περιφανεστέρα — ἣν καὶ ὁ μέλλων ὑπολήψεται χρόνος, εὖ οἶδα, σέ τε καὶ τὰ σὰ στηλιτεύουσαν καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας παιδεύουσαν, μή τινα τοιαύτην κατὰ θεοῦ τολμᾶν ἐπανάστασιν, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια δράσαντες τῶν ἴσων καὶ ἀντιτύχωσιν. Omnino Lycurgus c. Leocratem p. 234. 235. Plato: περιϊόντες ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς στήλαις. At quid in his moramur? Hoc in Arthmio esse factum et haec ipsa verba, quae hic memorat noster, esse in eius cippo insculpta, abunde docemur. Orator noster in Philipp. III. οὐ λόγους ἐμαυτοῦ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων δεικνύων, ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες —. τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; Ἄρθμιος, φησίν, ὁ Πυθώνακτος ὁ Ζελείτης ἄτιμος ἔστω καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸς καὶ γένος. εἶθ' ἡ αἰτία προσγέγραπται, δι' ἣν τοῦτ' ἐγένετο, ὅτι τὸν χρυσὸν τὸν ἐκ τῶν Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. Sed hoc unico testimonio contentus non ero. Addere liceat Aristidem: Θεμιστοκλῆς μὲν Ἀρίθμιον (ita Aristidis ubique exemplaria, tu corriges mecum) ἐστηλίτευσεν, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων etc. Iterum: τοῦ δ' αὐτοῦ φρονήματός ἐστι καὶ ἡ στήλη, ἣν ὕστερον τούτων ἔστησαν, λέγουσαν τάδε· Ἀρίθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην ἄτιμον καὶ πολέμιον εἶναι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων αὐτὸν καὶ γένος, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. Vid. Aristid. T. II. pag. 218. 303. edit. postrem. Coronidis loco adiiciantur haec ex Nonno, qui historica Ὑπομνήματα Gregorii Nazianzeni collegit et illustravit: Στήλη δέ ἐστιν ἢ λίθος ἢ χαλκὸς ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι, ἐν ᾗ ἐγγέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις. οἷον Ἀθηναῖοι τὸν Ζελείτην Ἄρθμιον, τὸν διαφθείροντα τοὺς Ἕλληνας χρήμασιν ἐπὶ τῷ μᾶλλον ὑπακοῦσαι τῷ Πέρσῃ, ἐν στήλῃ ἀνέγραψαν ἀτιμώσαντες καὶ αὐτὸν καὶ ἅπαν τὸ γένος αὐτοῦ, ἐξουσίαν δεδωκότες ἐν τοῖς γράμμασι τῷ βουλομένῳ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐγγράψαντες καὶ τὴν αἰτίαν ἐν αὐτῇ τῇ στήλῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ τῷ Ἀρθμίῳ ψόγος· ὅτι, φησὶ, τὸν χρυσὸν τὸν ἐκ τῶν Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν αἱ εὐεργεσίαι ἐν ταῖς

στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τοῦ Λεύκωνος, τοῦ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. Plura de Arthmio praestabunt Plutarchus in Themistocle Vol. I. p. 253. Harpocratio v. *Ἄτιμος,* Dinarchus, Aeschines, Valesius ad Harpocrat. pag. 26. aliique. TAYLOR. Vulg. *Γράμματα ἐκλογῆς.* Horum duum vocabulorum loco in August. primo est unum: *ΣΤΗΛΗ.* Titulos enim maioribus literis exaratos solet exhibere. Non additum hoc est illis, quod ait Fabricius, sed illorum plane nihil ibi est. *Γράμματα* solum sine *ἐκλογῆς* dat Bavaricus. Cum August. primo prorsus convenit secundus. Pro *ἐκλογῆς* dat margo Lutetianae *ἐκ στήλης.* Vocabulum *ἐκλογῆς* punctis subnotavit annotator Ald. Tayl. Videntur hic variae in libris versatae fuisse lectiones, e. c. *λέγε ταῦτα τὰ γράμματα, recita has tabulas.* Iam titulus: *Ἐκ στήλης.* aut istaec: *λέγε ταῦτα τὰ γράμματα ἐκ στήλης. Στήλη.* REISK.

P. 428. v. 3. *Ἄρθμιον*] *Ἀρίθμιον* August. primus, Aldina Taylori. REISK.

P. 428. v. 5. *τῶν Ἀθηναίων*] *τοῦ Ἀθηναίων* August. primus, Bavaricus. REISK. *τοῦ Ἀθηναίων* Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 6. *ἅπαν*] *πᾶν* Paris. primus et quintus, August. primus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. *πᾶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 6. *τὸν*] *τὸν* secundum abest a Bavarico, Ald. P. Manut. REISK.

P. 428. v. 8. *ἄλλος*] Id est, qui civis vester, qui Graecus non sit. REISK. Graecus quidem, sed non civis vester. SCHAEFER.

P. 428. v. 10. *ἐργάσηται*] *γρ. ἐργάσεται* margo Lutetianae, August. primus. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 12. *ἀδικήσῃ*] *ἀδικήσει* August. primus, Bavaricus. REISK. Item Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 12. *νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως κ. τ. λ.*] Citant hunc locum Hermogenes p. 272. et Minucianus p. 150. REISK.

P. 428. v. 13. *γράμματα*] *γράμμαθ'* Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 13. *ἕστηκεν;*] Post h. v. Bekkerus recte posuit punctum, non signum interrogationis. *νὴ Δί' — ἕστηκεν* est ficta oppositio, quam Orator statim diluit. SCHAEFER.

P. 428. v. 13. *ἀλλ', ὅλης —*] Videtur deesse *μηδαμῶς* in subiectione ante *ἀλλ' ὅλης*: aut *τὸ ἀλλὰ* pro *immo vero* ponitur. WOLF. Ellipsis est negativae *οὐχὶ* ante *ἀλλ'*. Unde explicatur par omnino locus d. Pauli I. Cor. X. 19. 20. *Τί οὖν φημι; ὅτι εἴδωλόν τι ἐστὶν, ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τι ἐστίν;* Respondet ipse: [*Οὐχί*·] *Ἀλλ'* [*φημὶ*] *ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ.* Confer loca. MARKLAND. Suppletur negativa in margine Morel. *οὐ μὰ Δία.* TAYLOR. Post *ἕστηκεν* addit margo Lutetianae *οὐ μὰ Δί',* forsitan e coniectura Lambini. Supplementum non inutile, neque necessarium tamen. Sine illo nervosior est oratio, cum illo mol-

lior atque planior. REISK. Interpretantis esse, non Oratoris, facile intelligas. SCHAEFER.

P. 428. v. 13. ἱερᾶς] ἱερῶς P. Manutius. REISK.

P. 428. v. 14. τὴν — Ἀθηνᾶν] V. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. T. II. p. 295. S. SCHAEFER.

P. 428. v. 14. τὴν — τὴν —] Adverte iteratum articulum. SCHAEFER.

P. 428. v. 15. ἐν δεξιᾷ] ἐκ δεξιᾶς in MSS. fere cunctis. Atque ita laudat Hermogenes de Form. Orat. T. I. p. 272. TAYLOR. ἐκ δεξιᾶς Paris. quartus et quintus, Aldina Taylori, August. primus et secundus. REISK. ἐκ δεξιᾶς Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 16. τῶν] Abest ab Ald. et P. Manut. Sed addit Aldina Taylori. REISK.

P. 428. v. 16. τὰ χρήματα ταῦτα] aes, quanti vaenibant aes, unde statua Minervae facta, aurum, argentum, ebur, gemmae, reliquus mundus, opera artificis. REISK.

P. 428. v. 17. ταῦτα] ταῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 17. ἀνέθηκε] ἀνέθηκεν Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 17. τοίνυν] Mox recurrit v. 23. et 26.: ut tres deinceps periodi (nam post τιμωρίαι v. 21. cum Bekkero melius pones signum coli) eadem coniunctione vinciantur. V. not. ad p. 317, 21. SCHAEFER.

P. 428. v. 17. τὸ — κολάζειν] τὸ δίκαιον καὶ τὸ κολάζειν lege. WOLF. Verum sic est in omnibus, quas vidi, editionibus: quare miror, quid istaec sibi velit annotatio. REISK.

P. 428. v. 18. ὥστε] ὡς Bavaricus. Sed τε a nova manu est superscriptum. REISK.

P. 428. v. 20. τό — ἀριστεῖον τῆς θεοῦ] Simile est istud σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου apud Euang. sc. Matth. XII. 39. et alibi. Nam haec statua deae erat ipsissimum ἀριστεῖον. TAYLOR. Haec annotatio potius Marklandi esse videatur, quem novimus captasse occasiones Biblia comparandi cum Graecis scriptoribus. Quod quoties apte fit, quis non laudabit? Sed nec Taylorus talia comparare dubitavit. Conf. not. ad p. 383, 7. SCHAEFER.

P. 428. v. 20. αἱ — τιμωρίαι] Id est tabula tenens literis consignatas minas poenarumque denuntiationes adversus sceleratorum hoc genus. REISK.

P. 428. v. 21. τοιαῦτα] τοιαῦτ' Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 21. νῦν δὲ — Αἰσχίνη] [νῦν δὲ γέλως, ἄδεια, αἰσχύνη.] γέλως, ἄδεια, s. τὸ τοιαῦτα ἀδικεῖν. Quod vero sequitur, αἰσχύνη, videtur ad sequentia pertinere: εἰ μὴ ὑμεῖς σχήσετε νῦν τὴν ἄγαν ταύτην ἐξουσίαν, αἰσχύνη ἐστί. WOLF. Disputo, quae hic scripsit Wolfius. Totum enim (non vocem αἰσχύνη solam) pertinere video ad sequentia. Sed tum quid erit ἄδεια? Nimirum ex

loco suo exturbatur, quem occupavit vox alia et similis ἄγαν. Lege itaque: νῦν δὲ γέλως, αἰσχύνη, εἰ μὴ τὴν ἄδειαν ταύτην καὶ ἐξουσίαν σχήσετε νῦν ὑμεῖς. TAYLOR. Vulg. νῦν δὲ γέλως, ἄδεια, αἰσχύνη. Correxi de meo sic: νῦν δὲ γέλως, ὅση ἄδεια Αἰσχίνη. Iam vero res risu digna est, quantam licentiam largitiones accipiendi et corradendi bonaque vestra vendendi et intervertendi vos Aeschini dederitis. Id est: vos deridendi estis ob hanc tantam, tum turpem socordiam. REISK. Vulgatam ante Reiskium scripturam iure restituit Bekker. *Nunc vero talia facinora ridentur, impune perpetrantur, dedecore afficiunt civitatem.* SCHAEFER.

P. 428. v. 22. τὴν ἄγαν ἐξουσίαν] V. Ind. Graecit. p. 4. Plato III. 1. p. 413. Bekker. ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει. ubi requiras εἰς τὴν ἄγαν δουλείαν. Quod placuit etiam Anglis in H. Stephani Thesauro c. 62. C. SCHAEFER.

P. 428. v. 22. ἐξουσίαν ταύτην] ταύτην ἐξουσίαν Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 22. σχήσετε] *coërcebitis.* Hic solennis usus huius futuri. V. Hesychius T. II. c. 1331. τούτους τῆς ἄγαν κολακείας ἐπισχήσετε p. 1128, 16. SCHAEFER.

P. 428. v. 26. ἐκεῖνοι τοίνυν κ. τ. λ.] V. Meierus de Bonis Damnator. p. 116. ss. SCHAEFER.

P. 428. v. 26. ὡς ἅπαντες — ἀκηκόατε] εὖ οἶδ', ὡς (ὅτι) ἅπαντες τὸν λόγον τοῦτον ἀκηκόατε. WOLF. Immo formula εὖ οἶδ' ὅτι perinde ut δηλονότι reliquae orationi parenthetice interserta est. SCHAEFER.

P. 428. v. 27. ταύτην] Malim τὸν ταύτην. REISK. Non opus. SCHAEFER.

P. 428. v. 28. θρυλλουμένην] θρυλουμένην Bekker. SCHAEFER.

P. 428. v. 28. ἵππου — δρόμον ἡμέρας] I. q. ἵππου δρόμον ἡμερήσιον. Alia exempla duorum genitivorum ab eodem pendentium nomine collegit Matthiae Grammat. Gr. §. 314. 1. p. 431. s. SCHAEFER.

P. 429. v. 1. μὲν] Post μὲν addit οὖν August. secundus. REISK.

P. 429. v. 1. [τὴν]] Abest ab August. secundo. REISK. Uncos removit Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 2. βασιλέα] Lege τὸν βασιλέα, ut p. 383, 16. et ubique. Nam rex Persarum ὁ βασιλεὺς Graecis appellabatur. MARKLAND. Talem igitur virum tunc fugit, quod nunc tenent tirones. SCHAEFER.

P. 429. v. 2. Χελιδονέων] Stephanus Χελιδονίας πέτρας appellat per ι. Κυάνεαι, Συμπληγάδες, Συνδρομάδες vel ex Homeri Scholiaste notae sunt. WOLF. Dixi ad Lycurg. §. 17. de hoc foedere. TAYLOR. Χελιδοναιῶν August. primus. REISK. Χελιδονείων Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 2. *Κυανέων*] *Κυαναιῶν* August. primus. REISK.

P. 429. v. 3. *ὅτι δῶρα — πρεσβεύσας*] At in Cimonis vita Plutarchus contra asserit et Calliam, de quo hic sermo, dicit multum honoris et reverentiae adeptum fuisse ex hac legatione apud Athenienses. Cui credendum? Utrique, ut credo. Callias accusatus vitae periculum adiit; at crimine *δωροδοκίας* absolutus multum honoris adeptus est. PALMER.

P. 429. v. 5. *τάλαντα ἐπράξαντο*] *ἐπράξαντο τάλαντα* Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 8. *ἑαυτῶν*] *αὑτῶν* Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 10. *τοῦτον — κοινοῖς*] S. *τὸν τρόπον χρὴ παρέχεσθαι δίκαιον τὸν προσιόντα τοῖς κοινοῖς*. WOLF. *τοῦτον*, scilic. *τὸν τρόπον*. Vage interpretatur Wolfius. MARKLAND.

P. 429. v. 11. *τὸν*] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 429. v. 11. *οὖν*] *τοίνυν* August. secundus, Bavaricus, Aldina Taylori. REISK. *τοίνυν* Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 13. *ἐᾶν*] *ἐᾶν* lege. WOLF. Aldus enim *ἐᾷ*. TAYLOR. Sic corrigunt Weimaranus et Wolfius in annotatt. vitiosum *ἐᾷ*, quod est in Aldina. REISK.

P. 429. v. 16. *ὑμετέρων*] *ἡμετέρων* August. primus. REISK.

P. 429. v. 18. *πώποτε*] *ποτε* simplex dant August. primus et secundus. REISK.

P. 429. v. 20. *κτησαμένην*] Idem est ac si dixisset: — *ἤλπισαν κτήσασθαι διδοῦσαν, παρασκευάζουσαν*. REISK.

P. 429. v. 20. *αὐτοὶ*] *vestrapte sponte*. SCHAEFER.

P. 429. v. 20. *ἀπεκτείνατε*] Codd. Regg. *α*. *ε*. cum Aug. et Harl. *ἀποκτενεῖτε*. Quae proba erit lectio, si interrogative sumas hanc periodum. TAYLOR. *ἀποκτενεῖτε* Bavaricus, August. primus. *ἀποκτείνατε* August. secundus, Aldina Taylori. REISK.

P. 429. v. 22. *τὰ παλαιὰ*] *τὰ πάλαι* Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 27. *ἢ*] *ἣ* lege, ut sit articulus postpositivus. cum adspiratione. WOLF. Sic corrigit Wolfius in annotatt.: nam in ipsius editione est *ἢ* ductum ex Aldina, quod etiam editio Taylori renovavit. REISK.

P. 429. v. 28. *δυεῖν*] Vulg. *δυοῖν*. *δυεῖν* Bavaricus: et sic ille, si bene memini, ubique, etiam ubi necessarium non duxi id in hoc libello variantium commemorare. REISK. *δυοῖν* Bekker. SCHAEFER.

P. 429. v. 28. *ἐπιμνησθήσομαι*] Simplex *μνησθήσομαι* dant Paris. quartus, August. primus et secundus. REISK.

P. 429. v. 29. *λέγε*] Post *λαβὼν* addit August. secundus *λέγε*. Addidi. REISK. Recte omisit Bekker. V. not. ad p. 433, 12. SCHAEFER.

P. 430. v. 3. *κατεγνώκατε*] *γρ. κατέγνωτε* Paris. quartus et quintus, August. primus et secundus, Bavaricus. REISK. *κατέγνωτε* Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 3. *Ἐπικράτης*] Infra p. 431, 11. dicit, hunc Epicratem *ἐκπεσεῖν*, *exsilio mulctatum fuisse*, vel *urbe pelli*, Wolfio vertente. Dubito, an ibi recte. Vid. init. Androt., ubi *ἐκπεσεῖν* vertit *honore deiicere*. Latine dici posset *excidere:* sub quo comprehenditur vel *mors*, vel *exsilium*, vel *mulcta*. MARKLAND. Harpocratio et Suidas v. *Ἐπικράτης* ad hunc locum digitum intendunt. Male ergo Cod. Paris. *δ*. *Εὐθυκράτης*. Quo pacto etiam habet infra p. 431, 11. De hoc Epicrate multa Maussacus ad glossam Harpocrationis et Valesius ad Adnotata Maussaci. Alius porro erat Epicrates, Aeschinis affinis, ut observarunt iidem Lexicographi, *οὗ ἐπώνυμον Κυρηβίων, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Αἰσχίνου*. Vid. p. 433, 21. TAYLOR.

P. 430. v. 6. *χρήσιμος*] F. *χρήσιμος γενόμενος*. WOLF.

P. 430. v. 6. *τῶν — δημοτικός*] *τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον* (s. *εἷς*) *καὶ ἄλλως δημοτικός* lege. WOLF. Ald. valde insincere *τὸν* et *ἄλλος*. TAYLOR. *τῶν*. Sic corrigit Weimaranus vitiosum *τὸν* Aldinae: item Lessingianus. REISK.

P. 430. v. 8. *τούτων*] *τοῦτον* Bavaricus. REISK.

P. 430. v. 8. *ἐφ᾽ ἡμισείᾳ*] Malim *ἐξ ἡμισείας*, ut Aristoteles: *ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξ ἡμισείας δυστυχοῦσι γυναικοκρατούμενοι*. WOLF. *γρ. ἡμίσεια* et *ἡμισείᾳ*. Quod si hoc postremum obtineat, adnotavit alibi Wolfius intelligendum esse *μερίδι*. TAYLOR. Vulg. *ἡμισεῖα*. *ἡμίσεια* et *ἡμισείᾳ* dat margo Lutetianae sine auctoribus. Posterius dant August. primus et secundus, Bavaricus, P. Manut. REISK. V. Bosii Ellips. p. 307. SCHAEFER.

P. 430. v. 10. *τὰ*] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 10. *διοικεῖν*] *ἀδικεῖν* Bavaricus. REISK.

P. 430. v. 10. *προλαβόντα*] [*προσλαβόντα*.] *προλαβόντα* Ven. et Ital. Sed utraque compositio est inutilis. Praestat simplex *λαβόντα:* id quod dedit Harleianus. TAYLOR. Vulg. *προσλαβόντα*. *προλαβόντα* (sine sibilo) Aldina Taylori, August. primus et secundus, quod praetuli. REISK.

P. 430. v. 11. *καταχρῆσθαι*] S. *τῷ πιστευθῆναι*. WOLF. *καταχρήσασθαι* August. primus. Neque dubito idem in Paris. quarto quoque fuisse, tametsi ex eo solummodo *χρήσασθαι* protulit margo Lutetianae. REISK.

P. 430. v. 12. *εἰ τοίνυν — τούτοις*] *ἄπρακτόν ἐστι τούτοις* lege. WOLF. Quidam enim *εἰ τοίνυν τι τούτων ἄπρακτόν ἐστι τούτων*. Optime haec verba ordinantur in nonnullis exemplaribus: *εἰ τοίνυν τι τούτοις ἄπρακτόν ἐστι τούτων, κ. τ. λ.* Lind. Ven. Obsop. TAYLOR. Pronomina *τούτων* et *τούτοις* transponit Bavaricus et ordine inverso collocat. Sic etiam est in margine Lessing. et in Aldina Taylori. Pro dativo est in Ald. *τούτους*. Sed istud reponi iubent Wolfius et Weimaranus. In quibusdam esse *εἰ τοίνυν τι τούτων ἄπρακτόν ἐστι τούτων* ait Taylorus nullos no-

minans: in quibus non bis fuisse τούτων, sed semel modo, et alterius loco τούτῳ videtur, quod ad Aeschinem sit referendum. REISK. εἰ τοίνυν τι τούτοις ἄπρακτόν ἐστι τούτων Bekker. Qui verborum ordo praestat ut iungens iungenda. SCHAEFER.

P. 430. v. 15. Ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα κ. τ. λ.] Marcellinus ad Hermogenem p. 175, 34. εὗρε δὲ καὶ ἄλλην καινοτέραν Δημοσθένης ἀνακεφαλαίωσιν τοῖς πρέσβεσιν [illis vetustissimis] ἀντιτάξας τοὺς πρέσβεις [hos novissimos] καὶ γράμμασι γράμματα [formulam Calliae cum formula pacis ab Aeschine et Philocrate Philippo mercede condonatae]. ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα, φησὶν, ἐπρέσβευσαν. οὗτοι δὲ οὐ παρὰ τὰ γράμματα [scilicet πεπρεσβεύκασι]; REISK. Fallitur Reiskius. ἐκεῖνοι non sunt illi vetustissimi, quorum fuit Callias, sed hi recentiorum temporum, quorum fuit Epicrates: nec γράμματα intelligenda de formulis pacis cum barbaro Philippoque factae, sed de decretis, quae ἐκεῖνοι et οὗτοι παραπρεσβεύσαντες violarunt. Hoc Technicus voluit, cum Oratorem diceret τοῖς πρέσβεσιν ἀντιτάξαι τοὺς πρέσβεις καὶ γράμμασι γράμματα. SCHAEFER.

P. 430. v. 16. φησὶν] Formula condemnationis adversus Epicratem et complices pronuntiatae, quam ad formulam etiam φησὶ p. 431, 1. redit. REISK.

P. 430. v. 16. ἐκεῖνοι] Orator videtur addidisse de suo. — Post h. v. subdistinctionem habent Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 16. [καὶ τὸ ψήφισμα]] Absunt ab August. primo ac prorsus delenda sunt. Nam τὸ ψήφισμα et τὰ γράμματα, ni fallor, eandem rem designant, mandata legatis ab urbe discedentibus addita, quid eos in legatione peragere atque exsequi oporteret: nisi malis affirmare, τὰ γράμματα esse *die Verhaltungsbefehle*, id quod modo dixi, τὸ ψήφισμα vero *das Creditiv*, *die Vollmacht des Staates*, tabulas patentes publice exhibendas, quibus S. P. Q. A. testaretur, se hos, nominatos, legatos suos ad Philippum nuncupasse iisque negotia haec vel illa exsequenda suo nomine delegasse. Verum hanc interpretationem palam evertunt insequentia, quae docent γράμματα et ψήφισμα prorsus idem esse. REISK. Delenda esse non dubito. Margini olim adscripta ad interpretandum verbum φησὶν post in textum irrepserunt. Docet etiam optimus Bekkeri liber, qui cum habeat τὸ ψήφισμα, caret particula καί. SCHAEFER.

P. 430. v. 17. τὸ] Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 18. γράμματα] πράγματα Aldina Taylori. REISK.

P. 430. v. 20. εἶναι κελεύει τὴν εἰρήνην] Haec absunt ab August. primo. REISK. Uncis inclusit Bekker. Si deleas, sententia fit manca: ut Orator, si forte non haec scripsit, (nam quod boni Codices omittunt movet rei suspicionem,) tamen similia scripsisse credendus sit. SCHAEFER.

P. 430. v. 21. ἀπέφηναν] ἀπέφηναν Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 21. ὁρκοῦν — ὥρκισαν] Ergo τὸ ὁρκοῦν et ὁρκίζειν idem valent: nisi, ut existimo, legendum sit ὥρκωσαν. WOLF. Quaenam est haec petulantia et prurigo emendandi? Quare exterminanda est ὥρκισαν, ab ὁρκίζω, vox ab omnibus confirmata Codd., quae aeque valet *iusiurandum deferre*, ac ὥρκωσαν, quae profecta est ab ὁρκόω? Noster de Cor. p. 235. pen. ἢ οὐκ ἂν ὡρκίζομεν αὐτόν. TAYLOR. V. Lobeckius ad Phrynich. p. 361. Qui quod ait Georgium Lecapenum pag. 73. hunc locum respexisse, Grammaticus non habet nisi haec: Ὁρκῶ σε καὶ ὁρκίζω σε φησὶ Δημοσθένης. Petulantiam autem Wolfii pruriginemque emendandi non video: ac vellem Codex quod illi placuit ὥρκωσαν offerret. SCHAEFER.

P. 430. v. 22. ὅ] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 430. v. 25. Καὶ — ἀπαγγέλλοντες.] Haec verba materialiter sunt *), ut sumta e formula illa, qua mortis sententia dicta fuit in Epicratem eiusque consortes. REISK.

P. 430. v. 25. ἠλέγχθησάν] Sic lege. WOLF. Aldus enim ἠλέχθησάν. Restituerunt et alii. TAYLOR.

P. 431. v. 1. οὐδ' οὗτοι.] Ita f. distinguendum: οὐδ' οὗτοι; cum interrogatione. Sensus est: οὐδ' οὗτοι, scilic. ἠλέγχθησαν οὐ τἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες οὐδὲ ἐπιστέλλοντες τὰ ἀληθῆ. MARKLAND. Bis erravit. Primum enim τὸ ἐρωτηματικὸν σχῆμα τῆς ἀντιτάξεως non progreditur ultra verbum χρηματίζοντες p. 430, 24. Deinde h. l. ad οὗτοι subaudiendum solum ἐπιστέλλοντες, non item ἀπαγγέλλοντες. SCHAEFER.

P. 431. v. 2. λαμβάνοντες] λαβόντες Paris. quintus, August. secundus. REISK.

P. 431. v. 2. καταψεύδεσθαι] καταψευδόμενοι August. primus. Quod negat Fabricius seu Wolfius sibi placere: sed facile possit illa lectio defendi. REISK. Recte καταψευδόμενοι Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 3. τοῦτο — δεινότερον] Verba sic ordinata dant August. primus et secundus: τοῦτο δεινότερον τοῦ καταψεύδεσθαι. Etiam Paris. quartus dat praesens pro aoristo. REISK. τοῦτο δεινότερον τοῦ καταψεύσασθαι Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 6. τὸ λοιπὸν] Vulg. τολοιπὸν. Simplex λοιπὸν dat August. primus, quod malim. REISK. Bene λοιπὸν Bekker. SCHAEF.

P. 431. v. 6. ὁμολογοῦσιν] ὡμολόγουν P. Manut., vulgata in indicem reiecta. REISK.

P. 431. v. 7. ἀπάγειν] Ad ἀπάγειν videtur referendum, quod in Bavarici margine circa hanc regionem sine nota, quo pertine-

---

*) *intelligenda* aut simile quid excidit. SCHAEFER.

ret, sic erat exaratum: ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι. REISK. Ind. Graecit. p. 54.: *ad supplicium rapere.* V. ibid. p. 55. v. ἀπαγωγή. Bavarici scholium quid sibi velit, docent Anecd. Bekk. p. 414, 8. Conf. Orat. c. Androt. p. 601, 20. ss. SCHAEFER.

P. 431. v. 7. προσῆκε] προσήκει Paris. primus et quintus, August. primus et secundus. REISK. προσῆκεν Bekker. Mihi placet προσήκει. SCHAEFER.

P. 431. v. 7. Ἀθηναῖοι] Post h. v. pone signum interrogationis. SCHAEFER.

P. 431. v. 8. ὑμεῖς — ὄντες] Plene ὑμεῖς οἱ μὲν — ὄντες. V. Bosii Ellips. p. 329. s. coll. Ind. ad Porsoni Hecub. p. 111. b. ed. tert. Lips. SCHAEFER.

P. 431. v. 8. ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὄντες] Scilicet υἱοί. filii qui estis illorum virorum, qui Epicratem, a quo e Piraeo rursus in urbem essent reducti, condemnarunt. REISK.

P. 431. v. 8. οἱ δὲ καὶ τινὲς αὐτῶν] ὑμεῖς τινες, ἀντὶ τοῦ ὑμῶν τινες αὐτῶν. S. τῶν προγόνων. WOLF.

P. 431. v. 11. τὸν ἐκ Πειραιῶς] τῶν ἐκ Πειραιῶς iterum lege. S. ἕνα. WOLF. I. e. ἕνα τῶν ἐκ Πειραιῶς. Ut p. 438, 5. τῶν ἀπιστούντων Φιλίππῳ, pro ἕνα τῶν ἀ. Φ. Et supra p. 430, 3. MARKLAND. Melius hoc multo, quam quod legitur in Benenato aliisque editis, scilic. τὸν ἐκ Πειραιῶς. TAYLOR. Taylorus τῶν in sua editione exhibuit secutus in hac re Wolfianum exemplum, in quo τῶν est. Correctio haec est, quae nemini non facile occurrat. Nolim tamen ideo probare. Nam τὸν ἐκ Πειραιῶς an τῶν ἐκ Πειραιῶς legatur permultum interesse nego. τῶν si praeferas, subaudiendum erit ἕνα. Librarius August. primi primitus τῶν exaraverat: deinde, veluti erroris poeniteret, ω in o breve mutavit radendo, cuius rei perspicua supersunt vestigia, et circumflexum in gravem. REISK. Subaudi καταγαγόντα τὸν δῆμον. V. p. 430, 6. Elliptica locutio, sed usus, ut probabile est, tam frequentis, ut eius significatio neminem fugeret. SCHAEFER.

P. 431. v. 11. Πειραιῶς] Bekkerus: „πειραιέως S. Y. ut saepe.“ Quod in Codicibus notae tam bonae vix exspectaveris. SCHAEFER.

P. 431. v. 11. Ἐπικράτην] γρ. Εὐθυκράτην Paris. quartus, quod rursus damnat Taylorus. REISK. V. not. ad p. 430, 3. SCHAEFER.

P. 431. v. 11. ἐκπεσεῖν] V. not. ad p. 430, 3. SCHAEFER.

P. 431. v. 11. κολασθῆναι] Post h. v. signum interrogandi est in Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 12. πρώην] Abest a Paris. quarto. REISK. πρῴην Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 12. Θρασύβουλον, ἐκείνου τοῦ Θρασυβούλου] Vulg. Θρασύβουλον ἐκεῖνον, τὸν Θρασυβούλου. Praetuli de meo Θρασύ-

βουλον [Thrasybulum iuniorem atque ignobiliorem], ἐκείνου τοι Θρασυβούλου [illius senioris atque nobilioris Thrasybuli filium]. Nam ἐκεῖνος ferme soli celebratiori convenit. REISK. ἐκεῖνον τὸν restituit Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 13. υἱὸν] Abest ab August. primo et secundo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 13. τοῦ ἀπὸ Φυλῆς] [τὸν ἀπὸ Φυλῆς.] τοῦ ἀπὸ Φυλῆς: etsi malim abesse articulum. WOLF. Necessarium sane articulum, τοῦ ἀπὸ Φυλῆς, prout legitur in MSS., praefocavit Wolfius. Male τὸν Ald. Felician. et Harl. TAYLOR. τοῦ secundi loco est in Ald. et P. Manut. τὸν. Quod τὸν cum τοῦ mutant Aldina Taylori, margo Lessing. et Wolfius in annotatt. Taylorus queritur Wolfium τοῦ praefocavisse. Scilicet abest τοῦ ab editione Wolfii et proinde quoque ab editione Taylori. REISK.

P. 431. v. 15. ὠφληκέναι] ὠφληκέναι. WOLF. ὠφεληκέναι Ald. Sed correxit Lessing. REISK.

P. 431. v. 15. τὸν] [τῶν.] Si hoc ad Thrasybulum non refertur, cuius mihi genealogia nota non est, subintelligendum est aut omissum τινάς. Ulpianus Proxenum intelligit. WOLF. Vulg. τῶν. τὸν August. primus et secundus, item Bavaricus. Correxi τὸν. Nam designat certum aliquem a Thrasybulo diversum, cuius nomen seu reverentia reticet, sed quod nemini non vel sic notum esset REISK.

P. 431. v. 15. καὶ Ἀριστογείτονος] Absunt ab August. primo. REISK.

P. 431. v. 16. [καὶ]] F. delendum καί. Vel legendum τῶν καὶ τὰ —. MARKLAND. Recte deest καὶ in Cod. δ. TAYLOR. Delendum καί. Natum est e litera antegressa. SCHAEFER.

P. 431. v. 16. μέγιστα] μέγιστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 16. ἐργασαμένων] Usitatius multo, quod est in plurimis, in Aug. Harl. Obsop. in margine Benenati et Ask., εἰργασμένων. Proxime p. 437, 4. τὸν τοσαῦτα κακὰ εἰργασμένον. Et p. 442, 8. πρὸ μὲν τοῦ [Aeschinem] πάντα τὰ κακὰ εἰργάσθαι τὴν πόλιν. Et passim, ut dixi. TAYLOR. ἐργασαμένων ὑμᾶς. Pronomen abest ab August. primo et secundo *). Verba transponunt Aldus, P. Manutius, Bavaricus, nisi quod hic dat ἡμᾶς, *nos*. Eiusdem Bavarici margo dat γρ. εἰργασμένων, quod etiam est in Parisinae margine sine auctore et in August. primo. REISK. ὑμᾶς εἰργασμένων Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 17. ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς] *quae priores in vos contulerunt.* V. H. Stephani Thesaur. c. 2298. B. SCHAEFER.

P. 431. v. 18. ἱεροῖς, — θυσίαις,] Dele subdistinctiones cum Bekkero. SCHAEFER.

---

*) Mox tamen ait in August. secundo esse ἡμᾶς. SCHAEFER.

P. 431. v. 18. *καὶ κρατήρων*] *κρατῆρες* fortasse additi sunt, quod unicuique deo sui peculiares crateres fuerunt. WOLF. Oratoriâ abundantiâ iunxit *σπονδῶν* et *κρατήρων*, poteratque alterutrum omittere: nam *ἀπὸ κρατήρων ἐσπένδετο*. V. Anecd. Bekk. p. 274, 4. SCHAEFER.

P. 431. v. 21. *πάντας*] *ἅπαντας* Paris. primus, August. primus et secundus. REISK.

P. 431. v. 22. *ἔλεον*] Post *ἔλεον* videtur *εὑρέσθαι (invenisse)* deesse: nam *μήτε συγγνώμην μήτ' ἔλεον αὐτοὺς ὠφεληκέναι* videtur durum et inconcinnum et paene sententia vacuum esse. REISK. Non puto. Adde quod pluribus nominibus saepe unum additur verbum, cuius significatio non omnibus ex aequo congruit. SCHAEFER.

P. 431. v. 22. *κλάοντα*] *κλαίοντα* Paris. quartus, August. primus et secundus. REISK. *κλάοντα* Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 23. *ὁμώνυμα τῶν εὐεργετῶν*] V. not. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 168. SCHAEFER.

P. 431. v. 23. *ὠφεληκέναι;*] Post h. v. subdistinctio est in Reisk. et Bekker. SCHAEFER.

P. 431. v. 25. *γραμματιστοῦ*] *γραμματικοῦ* August. secundus, si satis diligenter enotavi: nam de mea ipsemet h. l. fide dubito. REISK.

P. 431. v. 26. *τέθνηκεν*] V. not. ad p. 383, 20. SCHAEFER.

P. 431. v. 26. *ἱέρεια*] Quaedam hic non inutilia habet Scholiastes. Meminerit autem lector meus, haec et eiusmodi omnia, quae ad Aeschinis genus et familiam pertinent, quemadmodum et ea, quae ad Demosthenis pariter, studiose a me in Vita Auctorum recenseri. TAYLOR. V. Hemsterhusii Append. Animadvers. in Lucian. p. 6. Facile suspiceris, in illis *θιάσοις*, ob quos mulier poenam capitalem passa est, *τοὺς θιασώτας* usos ipsa sacerdote *προξενητρίᾳ* perpetrasse quae flagitiosa essent. SCHAEFER.

P. 431. v. 27. *λαβόντες ἀφήσετε*] Post *λαβόντες* addunt August. primus et secundus *ἀφήσετε*, sed iidem paulo post idem post *τούτου* [p. 432, 1.] omittunt, ubi vulgo legitur: unde retractum hic posui. Ad *λαβόντες* subauditur *ἐπ' αὐτοφώρῳ*. REISK. Non subauditur. Sensus: cum in eum ut convictum animadvertere possitis. SCHAEFER.

P. 432. v. 1. *ποῖος γὰρ ἵππος; — τῇ πόλει;*] Post v. *πόλει* Bekkeriana habet signum interrogandi, ceterorum in locum suffectis hypostigmis. Quae interpunctio rectior. Vulgaris quot quam miras ellipses comminisci Reiskium coëgerit, docent notae sequentes. SCHAEFER.

P. 432. v. 1. *ποῖος γὰρ ἵππος;*] Scilicet *ἐτράφη πώποτε παρὰ τούτων*. Ecquis unquam equus bellator et certator, palmas merere

doctus, ab his unquam altus fuit? REISK. Immo hoc quaeque sequuntur omnia referri oportet ad γέγονε v. 4. SCHAEFER.

P. 432. v. 1. ποία τριήρης;] Scilicet παρεσκευάσθη καὶ ἐχορηγήθη ὑπὸ τούτων. REISK.

P. 432. v. 1. ποία στρατεία;] Scilicet ἐστράτευται. REISK.

P. 432. v. 2. ποία χορηγία;] Scilicet γέγονε. REISK. Omisit Bekker. auctoritate duorum Codd. Recte. V. not. sequ. SCHAEFER.

P. 432. v. 2. τίς χορός;] Subauditur εἰσήχθη, *inductus fuit in scenam.* Non idem est χορὸς et χορηγία. Chorus est solummodo puerorum saltantium atque canentium in Liberalibus: χορηγεῖν vero potest aliquis etiam in gymnasia, item in classem. REISK. Vanum h. l. discrimen. Quando enim sic iunguntur χορηγία et χορὸς, χορηγία non potest aliter quam de χορῷ intelligi. SCHAEFER.

P. 432. v. 2. χορός] [χορηγός.] Lege χορός. Alioqui χορηγία et χορηγός inanis erit nugatio. WOLF. Et reperitur quidem χορός in uno exemplari Reg. Paris. ε. in margine Askew. etiam, in Obsop. et Harl. in editione Felician. et MSto Aug. TAYLOR. Vulg. χορηγός. χορός August. primus et secundus, P. Manut. REISK.

P. 432. v. 2. τίς λειτουργία;] Scilicet λελειτούργηται. REISK.

P. 432. v. 2. τίς εἰσφορά;] Scilicet εἰσενήνεκται. REISK.

P. 432. v. 2. τίς εὔνοια;] Scilicet ἐπεδείχθη. REISK. Nempe vocem sensu vulgari intellexit. Sed h. l., cum opponantur ei λειτουργία et εἰσφορά, quas cives praestabant coacti, significat *donum gratuito datum.* V. not. ad p. 96, 10. SCHAEFER.

P. 432. v. 3. ποῖος] τίς August. primus et margo Lutetianae. REISK. Satis placet. SCHAEFER.

P. 432. v. 3. ποῖος κίνδυνος;] Scilicet ἀνέῤῥιπται. REISK.

P. 432. v. 3. τῶν] Vulg. τούτων. τῶν Paris. primus, August. primus. Correxi τῶν. Ecquid omnium, quicunque sunt modi, quibus cives patriam ornare possunt —? τούτων sola contineret ea genera officiorum, quae orator modo commemoraverat: τῶν adhuc alia plura praeterea complectitur. REISK. τούτων Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 3. τῷ] Omittunt Aldus et P. Manutius. Sed addit Aldina Taylori. REISK.

P. 432. v. 4. τούτων] τούτου Paris. quartus, August. primus. REISK.

P. 432. v. 4. πάντα] πάνθ' Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 6. αὐτόν] [αὐτῷ.] Rectius αὐτόν. Ita optimi, Reg. α. Aug. et Harl. TAYLOR. Vulg. αὐτῷ. αὐτόν cum γρ. Paris. primus, August. primus et secundus. Praetuli αὐτόν, non quo quicquam interesset, sed quod accusativus h. l. pluribus placeret. REISK. αὐτῷ Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 7. ἐκεῖνα] L. ἐκεῖνο. Vide quae praecedunt. MARKLAND. Fabricius hic annotare aliquid voluit, forte dissensum August. primi cum editione Herwagiana prima. Cum Lutetiana quidem h. l. Augustanus convenit. REISK. Praestat ἐκεῖνα ob arctam cum opposito ταῦτα syntaxin. SCHAEFER.

P. 432. v. 7. ἀναμνησθήσεσθε] ἀναμνήσεσθε August. primus. REISK.

P. 432. v. 7. οὗτος] Abest ab August. primo. REISK. Omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 8. Τιμάρχου;] Post h. v. hypostigmen posuit Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 8. ἐστιν] ἐστ' Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 11. παραγγελία] advocatio h. e. multitudo advocatorum undique corrogatorum, qui in iudicium adducti precibus et gratia iudices flectant, potentia minisque terreant, reum quibuscunque modis eripiant. REISK. V. not. ad p. 341, 2. SCHAEFER.

P. 432. v. 11. μεῖζον ἰσχύουσιν] πλέον ἰσχύει Paris. quartus, August. primus, cum quibus etiam August. secundus de ἰσχύει consentit. REISK.

P. 432. v. 11. οὐδ' ἐλεεῖν ὑμᾶς κ. τ. λ.] Haec cum non sint in Aeschinis oratione, satis apparet, eum, ut et caeteros oratores, aliter dixisse, aliter scripsisse, ipsoque eventu edoctos et detraxisse et addidisse et mutasse complura. Nisi forte et hoc sit Demosthenicae licentiae mendacium. WOLF. Non puto. De oratorum more aliter orandi aliterque scribendi v. Wolfius ad Argument. Timarcheae p. 20. R. SCHAEFER.

P. 432. v. 11. οὐδ' ἐλεεῖν] F. οὐ δὴ —. *non igitur.* Ut p. 369, 25. οὐ δὴ δίκαιον. MARKLAND. Non opus. SCHAEFER.

P. 432. v. 12. δεῖ] [δεῖν.] δεῖ Ms. Reg. δ. et Ital. TAYLOR. Vulg. δεῖν. δεῖ August. primus et secundus. Correxi δεῖ. REISK. δεῖν Bekker. Saepe sic transit oratio recta in obliquam. SCHAEFER.

P. 432. v. 12. τὴν] τοῦ Ms. Reg. δ. et Ital. TAYLOR.

P. 432. v. 13. τὰ] Abest ab August. primo et secundo. REISK.

P. 432. v. 15. τὰ] Loco prioris τὰ dat Paris. sextus τι. REISK.

P. 432. v. 15. τὰ] Posterius τὰ omisit Bekker. SCHAEFER.

P. 432. v. 16. αὐτοὺς] Abest ab August. secundo. REISK.

P. 432. v. 16. ὁ μὲν — ἠτίμωται] Reiskius Ind. Graecitat. p. 93.: „ὁ μὲν ἄθλιος ἄνθρωπος [Straton, ni fallor] ἠτίμωται καὶ ὕβρισται. citat Hermog. p. 347. 5. e Midiana, ni fallor." Scilicet Reiskius meminerat quae leguntur p. 541, 17. et p. 542, 21. Sed erravit. Neque enim quisquam dubitet Technicum nostrum locum respexisse. Conf. p. 433, 17. SCHAEFER.

P. 432. v. 16. ἠτίμωται] ἠτιμώσεται Bekker. e Cod. egre-

gio: congruentius futuro quod sequitur, δώσετε. Sensus: *sinetis manere ἄτιμον? non reddetis ei τὴν ἐπιτιμίαν?* SCHAEFER.

P. 432. v. 17. ἀδικοῦντα] Miserat enim Aeschines arma ad Philippum, idque deprehenderat Timarchus. V. p. 433, 5. REISK. ἀδικοῦντα i. q. παραπρεσβεύοντα. De armis ab Aeschine Philippo summissis Orator οὐδὲ γρύ. SCHAEFER.

P. 432. v. 18. ἑαυτοὺς] αὑτοὺς Paris. primus, August. primus. REISK.

P. 432. v. 18. ἐξαμαρτανόντων] ἐξαμαρτόντων Bekk. SCHAEF.

P. 432. v. 22. ὀμωμοκότας] ὁμωμοκότας cum aspero Aldus, P. Manutius. REISK.

P. 432. v. 22. καὶ] Tolle hoc inutile καὶ, ut sententia sit, quae esse debet: qui non prius, quam dicto iureiurando, ad ferendam sententiam proceditis. REISK. Assentior. SCHAEFER.

P. 432. v. 23. νὴ Δί' — βελτίους] Est hypophora. SCHAEFER.

P. 432. v. 23. ὑμῖν] [ὑμῶν.] ὑμῖν legit margo editionis Parisinae, Ven. Harl. Ital. cum editione Feliciani (ἡμῖν Harl.), solita et nota syntaxi. ἐστασίαζε μὲν αὐτῷ τὰ Θετταλῶν infra p. 444, 3. et alibi passim. Atque ita hic interpretatur Wolfius. TAYLOR. Vulg. ὑμῶν. ὑμῖν August. primus, Aldina Taylori, P. Manut. Quod addit Taylorus, Harleianum dare ἡμῖν, e quo modo ὑμῖν protulisset, id non intelligo. Bavaricus dat ἡμῶν. Praetuli ὑμῖν. REISK. ἡμῖν Bekker. Quod aliquanto melius est ut in hypophora dictum. SCHAEFER.

P. 432. v. 23. ἔσονται] Post ἐκεῖνον posuit Bekker. SCHAEFER.

